dñm habiturũ, ⁊ de defendendo, ⁊ de iudicato soluendo si peta-
tur corã eodem iudice reconueniri. si nil opponit̃, vel frustatoriũ
opponat̃, fit pronunciatio predicta, ⁊ ad eius instãtiã procedetur
7 in cã. † Si vero sit procurator rei, eodẽ mõ dꝫ producere instrm̃
sue procurationis, vel alias probare mandatũ, ⁊ seruabitur quod
dictũ est in instrumẽto petitionis actoris. ⁊ non seruatur hodie si
8 ue habeat mandatũ, siue non, dꝫ satisdare iudicatũ solui, † in per
sonali actione non satisdat procurator rei, ratã rem dñm habitu-
rũ, sed in reali actione directa sic, si est persona cõiuncta sine mã
dato admittitur dũmodo nõ sit expresse ꝯ volũtatem eius ꝓ quo
interuenit, sed dꝫ satisdare de rato, ⁊ de defendẽdo in recõuentio
ne ab actore vel reo. Hodie de cõsuetudine iste satisdationes nõ
9 prestantur, nisi reus esset persona suspecta. † Legitimatis ꝑsonis
ꝑ pronunciationẽ iudicis, tũc iudex procedit ad interrogationes
que fiunt ante litẽ contestatã. Si reus vel procurator eius petit
libellum sibi offerri, statuitur terminus vtriq̃ parti simul actori
ad dandum, ⁊ reo ad accipiendum libellum.

¶ De libelli oblatione, ⁊ qð expediat circa predicta.

10 **Adueniente** † Termino offertur reo libellus, statuitur terminus reo, oblato libello, ad de-
liberandũ ⁊ respondendũ dicto libello, prout iudici videbit̃. nũc
si reus vel eius procurator, vult respondere libello vel petitioni
actoris, ⁊ si in respondẽdo intendit negare, que in libello vel peti
tione continentur, videat vt sapienter neget, ne sibi noceat nega-
11 re, † vel si non vult respondere libello, ⁊ habeat iudiceꝫ suspectũ,
potest ipsum recusare, anteq̃ respondeat, ⁊ litẽ contestetur ⁊ etiã
post litis contestationem posset, si causa suspicionis nouiter ap-
pareret, que ante nõ erat, dummodo legitimo modo probet, si nõ
vult iudicẽ recusare, ⁊ habet eum suspectũ, põt petere eũ sociari
12 de alio iudice, qui secũ cognoscat ⁊ iudicet. † opponũtur exceptio
nes si que sunt dilatorie ante lits cõtestationẽ, ⁊ peremptorie an
te ⁊ post quandocunq̃ ante sententiã, ⁊ quedã post sententiã pro
ponendo statim vnã, ⁊ protestãdo ceteras sibi saluas fore. statuit̃
reo terminus ad probãdũ. de quibus omnibus dꝫ dari actori co
13 pia, ⁊ terminus ad accipiendum copiã ⁊ opponendũ. † Sed ⁊ si
reus opponeret mõ vnã exceptionẽ dilatoriã vel declinatoriaꝫ, ⁊
modo aliã, semper fugiendo litis contestationẽ, tunc actor faciet
sibi statui terminũ peremptoriũ ad opponendũ, ⁊ proponendum
oẽs suas dilatorias exceptiones, ⁊ exinde in antea nõ audiet̃ op-
14 ponens. † Datur reo terminus ad probandũ suas exceptiones, ⁊
si actor replicauerit datur sibi terminus ad probandum suas re-
15 plicationes. ⁊ sic deinceps, † fient interrogationes que debẽt fie
ri ante litis cõtestationẽ, ⁊ interdũ ante libellũ datũ si expedit an
te litis contestationẽ hoc est in ipsa litis contestatione, reus pro-
testatur oẽs suas exceptiones tã dilatorias ⁊ declinatorias q̃ ꝑ-
emptorias sibi cõpetentes ⁊ cõpetituras, sibi saluas fore si nõ fe
cit, ⁊ post litis contestationẽ dꝫ eas probare, contestatur lis, iura
tur de calumnia. statuitur terminus vtriq̃ parti ad probandũ qð
asserunt, prout iudici videbit̃ expedire. In termino fiunt opposi
16 tiones pro vtraq̃ parte. † Iudex recipit ipsas positiones, ⁊ dꝫ di
cere, recipio eas in quantũ de iure recipere debeo, ⁊ aliter nõ, sal
uo iure impertinentium, ⁊ nõ admittendarũ, ⁊ postea ipse iudex
videat eas, ⁊ examinet ⁊ approbet si quas viderit. approbãdas,
vel reprobet vt viderit expedire de iure, de quibus dꝫ dari copia
si iudici vr̃, aduerse parti, ⁊ terminus ad deliberandũ, si iuste di-
17 cat se dubitare in eis, vel an sit eis respondẽdũ. † Quibus exami
natis ⁊ probatis, ille qui facit eas dꝫ statim iurare ꝙ credit verꝰ
qð ponit, nisi eẽt iuratũ de calũnia. Citatur postea reus vt veniat
ad rñdendũ positionibus. Interrogatur reus super positionibus
interdũ de nouo prestito sacramento de respõdẽdo veritatem, si
reus confiteatur positiones que plene probent causam planũ est,
quia satis probatũ est ꝯ eũ. Si vero negatur, datur actori termi-
nus ad probãdũ, si ante nõ erat datus, ⁊ tunc actor facit articulos
seu capitula sue intẽtionis, ⁊ iudex dꝫ eos recipere saluo iure im
pertinentiũ ⁊ nõ admittendarũ, de quibus datur copia reo, ⁊ ter
18 minus ad faciendũ interrogatoria sua. † Aliqui sunt qui faciunt
interrogationes per se, ⁊ articulos per se, dato ꝙ sint eiusdẽ teno
ris. in hoc autẽ attendit̃ cõsuetudo fori. habita copia articulorũ,
reuo, facit super his interrogatoria sua, ⁊ ea porrigit iudici, sup
quibus debent examinari testes qui producũtur super articulis,
⁊ ad ista interrogatoria facienda iudex statuat certum terminum
reo. factis ⁊ productis interrogatorijs producunt̃ testes per acto
rem, cõmittitur nuncio vt citet testes, vt in tali termino sint coraꝫ
19 iudice ad perhibẽdũ testimoniũ sup tali cã. † Nota ꝙ testes aut
sunt de iurisdictione iudicis, aut nõ. Si testes sunt de iurisdictio
ne iudicis compellunt̃ venire personaliter captis pignoribus ⁊
mulcta imposita. si aũt testes nõ sunt de iurisdictione iudicis sub
quo est questio, tunc ipse iudex sub quo pendet lis, potest mitte-
re vnam literam iudici, de cuius iurisdictione sunt, si sibi viderit
expedire, quatenus ipsos testes sibi mittere debeat ad perhiben-
dũ testimoniũ in tali cã, que agitur corã eo inter tales personas,
vel si non vult hoc facere, vel si sunt ipsi testes sub iurisdictione iu
dicis questionis, ⁊ non possunt venire, iudex questionis põt mit
tere vnũ notariũ, si nõ vult personaliter ire ad locũ vbi sunt testes
qui eos recipiat presentibus partibus vel citatis, ⁊ de ipsorũ vo-
luntate ⁊ licentia eorũ absentia nõ obstãte, vel si non sunt iurisdi-
ctionis iudicis questionis, potest ipse iudex mittere litteras suas
iudici, de cuius iurisdictione sunt de consensu vtriusq̃ partis, vt
eos recipiat presentibus partibus, vel etiam absq̃, vel earum ꝓ-
curatoribus, prius ab eis prestito iurõ vt iuris ẽ. ⁊ mittat sibi pe
titionẽ articulos ⁊ interrogatoria ⁊ totũ processum sigillatũ, sup
20 quibus debent interrogari, ⁊ hoc in ciuili. † In criminali vero re
gulariter testes cõpellunt̃ omnino venire personaliter corã iudi
ce, vt si necesse fuerit tormentis subijciantur, ⁊ iudex videat qua
mente loquantur. Cõmittitur nũcio vt citet testes. refert nuncius
se ipsos citasse, qñ sunt de iurisdictione iudicis questionis perso-
naliter vel ad domũ. Veniunt testes corã iudice parati iurare ⁊
testificari. cõmittitur notario vt partes citet ꝙ veniunt ad vidẽ-
dũ iuramẽta testiũ. Refert nuncius se citasse partes ꝫ cõmissio
nẽ predictã. veniunt partes corã iudice, anteq̃ testes iurent cum
parati sint iurare. reus contra quem producunt̃ protestatur oẽs
suas exceptiones sibi saluas fore tam contra testes q̃ ꝯ eorꝫ di-
21 cta. † postea presente vtraq̃ parte, vel saltẽ vna presente ⁊ altera
absente, tamen legitime citata, vel eius procuratore causam agẽ
te, iurent testes de veritate dicẽda pro vtraq̃ parte. ⁊ deinde ne
22 mine audiente debent deponere testificationes suas, † ⁊ si vnus
terminus seu vna dilatio non sufficeret actori vel reo ad producẽ
dũ testes vel instrumenta ⁊ iura sua, tunc iudex dabit plures dila
tiones actori ⁊ reo, ꝓut viderit expedire ď iure ⁊ occurrẽtia facti.

⁊ si qua

⁊ si qua partium fugaret tergiuersando depositionem testium, tunc iudex statuat sibi terminum ⁊ peremptorie ad probandum ⁊ proba tū habendū quidquid vult super causa. Testificant̄ testes, ⁊ dicta sua deponunt pro vtraq̄ parte in secreto. Actor etiā ad ꝓbandā intentionē suā producit instrumenta sua si qua h3. citatur reus, vt veniat ad videndū productionem instrumentorum, ⁊ accipiendum copiam de ipsis vsq̄ ad certū terminū. comparet reus, statuit̄ ei
23 terminus ad accipiendū copiā instrumentoꝝ supradictoꝝ† ⁊ postea habita copia datur alius terminus ad opponendū sibi q̄dquid voluerit, ⁊ hoc d3 fieri de omni scriptura, quā actor ꝓducit. ⁊ vult vti ꝯ reum in iudicio, ⁊ si reus est presens in productione statī datur sibi terminus. s. dictus. alias citatur vt veniat ad accipiendum terminū, ⁊ si non venit, statuatur sibi in eius absentia, ⁊ postea notificabitur sibi ꝑ notariū communis, ⁊ ea que dicta sunt qn̄ p actorē ꝓducunt̄ instrumenta ꝯ eum seruanda sunt qn̄ per reum producunt̄ exceptiones ꝯ actorē, ⁊ sic deinceps probata vel fundata saltim intentione actoris, si reus vult probare aliquid ꝯ actorem, vel petitionem suam formet, ⁊ producat exceptiones per eum oppositas ⁊ ꝓtestatas ante litem contestatam. citatur actor vt veniat ad vidēdū productionem exceptionum rei. comparet actor. iudex statuit sibi terminum ad accipiendum copiam ipsarum exceptionum ⁊ ad replicandum quidquid voluerit quo termino adueniente ⁊ actore cōparente cum replicationibus suis, faciet citari reum ad videndum
24 productionē replicationum ipsius actoris, † ⁊ iudex in recipiendo eas. s. exceptiones ⁊ replicationes, d3 dicere se recipe eas in quantū de iure d3, ⁊ nō aliter postea videat ⁊ examinet eas admittēdas, statuat terminū vtriq̄ parti ad probandū eas, ⁊ si viderit exceptiones nō obstare, ⁊ de iure nō procedere, pronunciabit sup ipsas, ⁊ dicet fore procedendū in causa nō obstantibus exceptionibus ⁊ replicationibus, ⁊ facta ipsa pronunciatione procedet̄ in causa. ⁊ oia alia faciat reus sup exceptionibus probādis, que dicta sunt in actore ad probandū intētionē suā. ⁊ idē erit in replicatione actoris ꝯtra exceptiones rei. ⁊ sic deinceps elapsis oibus terminis, ⁊ dilationi-
25 bus datis ad probandū partibus. † ⁊ receptis oibus probatiōibus vtriusq̄ partis tam testiū q̄ instrꝫ, iudex d3 sepius interrogare partes si quid noui addere velint, vel vlterius probare ꝑ testes vel instrumenta. ⁊ si dixerint q̄ nō, iudex statim faciet scribi renūciationē predictā tā sup instrīs, q̄ sup testibus, ⁊ tam sup nouis articu-
26 lis q̄ sup veteribus, ⁊ esse ꝯclusū in causa, ꝓnūciabit, † cōmittitur notario vt citet partes vel ꝓcuratores qui sunt in causa, ⁊ tutius est q̄ citent̄ ambo, vt veniant in tali termino ad videndū ꝓnūciari testes apertos, ⁊ totum processū apertū, ⁊ fore conclusum in causa. Refert nūcius se partes ⁊ eaꝝ ꝓcuratores citasse s̄m cōmissionē p̄dictā, vt sint in tali termino corā iudice ad videndū ⁊ audiendū ꝓnūciationē predictā, publicat̄ ꝓcessus. hic si nō fuit facta ꝓtestatio ꝯ testes ⁊ eoꝝ dicta anteq̄ iuraret, pōt fieri anteq̄ ꝓnūciet̄ ꝓcessus apertus, hoc est qn̄ iudex fuerit paratus ad ꝓnūciandū. deinde presente vtraq̄ parte, ⁊ volēte, ⁊ petēte, vel altera citata, ⁊ p cōtumaciā absente, iudex ꝓnūciabit testes aptos ⁊ totū ꝓcessum apertū, ⁊ ꝯclusum in causa. statuit̄ statim terminus vtriq̄ parti ad accipiendū copiā de testificationibus ⁊ dictis testiū, ⁊ de toto ꝓcessu, ⁊ ad deliberādū dōm ⁊ opponendū q̄dq̄d voluerint tā ꝯ testes, quā ꝯ eoꝝ dicta, ⁊ ꝯ alias probationes ⁊ ꝓcessū. Hic reprobant̄ testes si qua partiū voluerit eos reprobare. s. facta intentione ꝯ ipsos testes, ⁊ ꝓductis alijs testibus vel probationibus ꝯ ipsos testes receptos ⁊ testificationes eoꝝ. Nūc receptis oppositionibus ⁊ probationibus ꝯ testes, ⁊ ipsis diligenter cognitis ⁊ examinatis statuitur terminus vtriq̄ parti ad allegandū ⁊ dōm quidquid voluerit in to-
27 ta causa† si super diffinitione cause, vel super aliquo puncto interloqutorio iudex intendat habere consiliū sapientis cum dicat se dubitare, vel locus sibi a partibus postulatur, statuat iudex terminū vtriq̄ parti ad dandum suspectos, ⁊ ad deponendum salarium, qd ipse iudex d3 decernere ꝑ modum questionis. Datis suspectis iudex eligat sapientem vnum, nō aliquem ex suspectis, ⁊ presentibus partibus faciat commissionem, vel ipsis absentibus legitime tn̄ citatis, ⁊ eo electo mandet partibus, vt compareat coram sapiente cū iuribus suis, ⁊ eisdem certus terminus statuat̄ ad producendū oia iura sua, ⁊ oēs probationes suas corā ipso sapiente, ⁊ ad allegandū
28 dōm et ostendendū de iure suo quidquid voluerit, † ⁊ ipse iudex eidem sapienti cum omnibus agitatis ad punctum ⁊ questionem pertinentibus causis ⁊ sigillatis mittant articulū seu pūctū, sup quo ele-
29 ctus est ad consulendum, ⁊ tota adiacentia facti. † ⁊ si sapiens fuerit presens iudex ore proprio omnia sibi notificet ⁊ narret, que faciant ad causam, vel per literas si distat ab eo, tunc sapiens electus ad consulendū. viso articulo ⁊ puncto questionis super quo est electus, visis iuribus ⁊ rationibus ⁊ auditis allegationibus vtriusq̄ partis cum omnibus actitatis, ⁊ eis diligenter examinatis, habito consilio sapientū cū deliberatione solenni, Christi nomine inuocato consulat ⁊ suum consilium det secundum q̄ ei equū ⁊ iustū visum fuerit ꝯuenire de iure, ⁊ ꝯsiliū suū scribat, ⁊ sigillet, ⁊ mittat iudici,
30 qui de questione cognoscit. † Iudex recepto consilio, anteq̄ aperiatur faciat citari partes ad videndum aperiri consilium, ⁊ presente vtraq̄ parte, vel earum procuratoribus cū q̄bus agitat̄ causa, vel legitime citatis, ⁊ saltē altera parte presente, aperiat ꝯsiliū, ⁊ faciat
31 ipsum legi p notariū suū ꝓ tribunali sedēdo. † Aperto ⁊ lecto consilio presentibus partibus vel legitime citatis vt dictū est, sequutus formam dicti ꝯsilij, ꝓnūciabit s̄m q̄ ꝯsilūt est fore faciendū, vel nō ⁊ suā pronunciationē vel sententiā seruet, ⁊ mandet exequtioni, siue fuerit sup pūcto interloqutorio, siue fuerit sup decisione cause. Si ꝯsiliū fuerit sup decisione cause, iudex facit citari partes. s. tā principales q̄ procuratores peremptorie ad audiendū sententiam diffinitiuā in scriptis redactā ꝯdēnatoriā vel absolutoriam iuxta formam consilij s̄m ꝯsuetudinem ⁊ multoꝝ opinionem ⁊ vsus com-
32 munes. † Si autē non est ꝯsiliū in cā, tūc Iudex sentētiet secundū allegata ⁊ probata. faciat iudex exequtionē in sn̄ia mandat̄ sn̄ia exequtioni. Si qua partium ex sentētia sentiat se grauatā, querat remediū si possit p appellationē, vel ꝓ supplicationē, vel falsi suspitionem, vel per in integrū restitutionē. vel dicat sn̄iam nullā si pōt. Aliter sn̄ia mandat̄ exequtioni, vt dictū est, nullo remedio resistēte elapsis decem diebus per exequtorem in sententia nominatis.

¶ Qualiter procedatur contra reum confitentem ante litis contestationem.

33 **Aditur** † ab actore ꝯpetens iudex, committitur nuncio iurato, vt citet reū. refert nūcius iudici ⁊ notario reū citasse ꝑsonaliter vel ad domū. citatus reus ꝯparet in iudicio, ⁊ se presentat. Actor facit petitionē suā in scriptis ⁊ eam porrigit iudici, in qua petitur sibi dari decem ex tali causa, sc3 mutui, vel simili. Reus visa ⁊ audita petitione actoris de plano confitet̄ id qd̄ actor petit. iudex statim audita responsione ⁊ confessione rei in iudicio sponte facta, precipit sibi q̄ soluat actori dictos decē, quos ꝯfessus est s̄m actoris petitionē vsq̄ ad certū terminū ꝯpetentē sub pena
34 que sibi videbit̄ ꝯuenire, vel et̄ sine pena si vult. † Elapso termino, si reus nō soluit vt in precepto ꝯtinet̄, iudex iterū faciat ipsū citari si vult aliquid dicere vel opponere ꝯ preceptū, sibi factū, ne mādet̄ exequtioni ad petitionē talis, q̄ vsq̄ ad talem terminū debeat corā iudice legitime ꝯparere ad dōm ⁊ opponendū ꝯ id q̄dq̄d voluerit, ꝓp qd̄ dictū preceptū nō debeat exequutioni mādari ⁊ peremptorie, alioquin preceptū mādabit̄ exequtioni i bonis ipsius rei, ⁊ ꝯ reū. si reus vel alter pro reo nō ꝯpareret ad ꝯdicendū, mandabit preceptū exequtioni in bonis ipsius rei pro mensura debiti declarati, accipiendo pignora, vel dando actori tenutā de ipsis bonis, ⁊ alia faciendo que infra dicent̄ in reo ꝯtumace, de cuius bonis inuenitur. Si vero reus vel alter pro eo comparuerit, ⁊ se defendere voluerit, dabit̄ sibi copia precepti, ⁊ terminus ad opponendū ⁊ ꝯdicendū precepto, ꝓcedet̄ via ordinaria sup exceptionibus.

¶ Qualiter procedatur contra reum confitentem super restitutione rei petite.

35 **Aditur** ab actore ꝯpetens iudex. ꝯmittit̄ nūcio vt citet reū ad petitionē actoris refert nuncius iudici ⁊ notario seu reum citasse personaliter vel ad domū. Reus citatus comparet in iudicio ⁊ se presentat. actor facit petitionē suā inscriptis, ⁊ eā iudici porrigit, in q̄ ꝯtinet̄, q̄ ipse actor petit vnū suū librū sc3 codicē cū tali apparatu ⁊ talibus signis quē deposuit penes ipsū, vel quē sibi ꝯmodauit, ⁊ sic expssa cā. vel petit aliquā aliā rē, quam dicit ad se ꝑtinere iure dominij vel q̄si, vel non expressa alia causa. Reus visa ⁊ audita petitione actoris de plano ꝯfitet̄ qd actor petit iudex statim audita ꝯfessione rei in iudicio spōte facta, statī precipit sibi q̄ det ⁊ restituat actori librū ipsū vsq̄ ad terminū, vel statī si sibi vr̄ expedire sub certa pena, ⁊ sic de alia re. elapso termino si reus nō restituit librū vel rē in precepto ꝯtentā iudex faciet ipsum iterum citari, si vult aliquid opponere vel ꝯtradicere ꝓcepto sibi facto ad instantiā actoris de restitutione talis rei q̄ debeat in tali termino coram eo legitime ꝯparere, ⁊ si quidem nō venit ad opponēdū vel contradicendum precepto, nec ipse nec alius pro eo, iudex ex sua equitate si vult per suum nuncium iterum prescripere sibi quod sub certa pena restituat librum ipsum, vel rem in precepto contentam vsq̄ ad certum terminum, vel quod compareat coram eo si ex precepto dixerit se grauatum, ⁊ si iudex nollet facere fieri

hoc secundum preceptũ non compelletur, sed potest mandare primum preceptum exequutioni, † & si reus non restituat, vt. s. dictũ est
36 nec cõpa ret ad ɔ̃dicendũ precepto iudex faciet sibi manu militari auferri rem ipsam, & dabit eã actori, vel cõdẽnabit ipsum quãti actor in li: ẽ iurabit, facta prius a iudice taxatione, & sic de ɔ̃suetudine obseruat, & hoc est qñ per dolum & ɔ̃tumaciã reus nõ restituit. Si autẽ solũmodo p culpam suam non restituit tunc ɔ̃dẽnabit ad solã extimationẽ rei. Si vero reus citatus ad opponẽdũ precepto ɔ̃parue rit, & vult se defendere, dabit sibi terminus ad opponẽdũ qdqd voluerit, si videbit iudici habere iustã cãm ɔ̃dicendi & se defendendi, & audit sup defensione sua, & sup suis exceptionibus legitimis procedetur prout petit ordo iuris.

¶ De sequestro.

37 **Si quis** † facit sequestrari rez debitoris sui suspecti, seu sequestrari petit, iudex facit prius sibi fieri fidem d debito aliquali modo summarie saltẽ per demonstrationem instrumẽti debiti, vel per aliquẽ testem summariũ receptũ, & postea facit actorem iurare q ille cuius res est, re vera est suus debitor, nec est sibi satisfactũ de dicto debito in totum vel in partem eius q petit, & q est forensis, vel alia suspecta psona, nec ibi possidet immobilia, & q nõ cõpetit hoc animo calũnie postea iudex facit ipsam rem sequestrari & deponi penes aliquem idoneum detentorem. Facit iudex citari reum cuius res esse dicitur q si sentit se grauatum ex illo sequestro q debeat in tali termino comparere ad ɔ̃dicẽdum & rñdendum de iure tali &c. ¶ Si nõ comparet reus, vel alius pro eo, tunc actor facit suam petitionẽ, in qua petit rem sequestratam sibi dari in tenutã p debito suo ex primo decreto. Nunc citatur reus si vult contradicere, vel opponere sequestro, seu petitioni actoris, quo minus dentur actori seu creditori in tenutam, q in tali termino debeat coram eo iudice comparere ad ɔ̃dicendum, & opponendũ qd quid vult. alioquin eius contumacia non obstante, & habita eius cõtumacia p plena & legitima pbatione & confessione, dictus iudex p cedet ad dationem tenute prout de iure nouerit expedire. Si reus non comparet, nec alius p eo, habita summaria cognitione de debito, scz visa petitione actoris, prestito sacramẽto ab eodem, de non recepto debito in totum, vel in partẽ, iudex pnuntiat interloquendo tenutã esse dãdã actori in re ipsa sequestrata, seu ipsam rem in tenutam dãdam ex primo decreto p suo debito & expensis. Fit exequutio in sentẽtia ad tenutam dandam citatur reus vt veniat defensurus tenutã dãdã tali tãq̃ suo creditori in tali re sua sequestrata, vsq ad certũ terminũ, si reus non venit defensurus tenutam, nec alius p eo. committitur nuncio & exequutori, vt det ipsam rem in tenutam actori p suo debito & expensis tanq̃ de bonis sui debitoris. Refert nũtius & exequutor, se dedisse ipsam rem in tenutam actori. iudex facit estimatores tenute, qui iurant bona fide & sine fraude rem seu tenutam ipsam estimare. Referunt estimatores eximationem quam fecerũt, & illa estimatio scribitur in actis. banditur tenuta tribus vicibus per nũtium vel preconem cõis de mandato iudicis, vel plus vel minus ẽm ɔ̃suetu. loci, & prout res exegerit aliquo spacio intermisso prout iudici videbit. Refert nuntius vel precio, se bandiuisse dictam tenutam ẽm cõmissionem predictam, & facit ipsam scribi.

¶ Elapso termino venditur, & plus offerenti datur. ¶ Si non reperitur emptor, & actor vult eam in solutum ex secundo decreto, faciat actor super hoc specialem petitionem iudici inscriptis vel in actis & producat instrumentum debiti, & de debito iudici faciat plenam fidem. ¶ Proclamatur quod si est aliquis qui velit defendere talem rem talis, vel qui habeat ius in ea, vel qui velit contradicere quominus detur tali in solutum, q debeat in tali termino complacere coram iudice, & exinde in antea nõ audiretur, & daretur in solutũ ipsi creditori agenti pro rata quantitate, quoniam nõ repitur aliquis qui velit plus offerre. Si quis habens ius in ea re, volẽs eam defendere cõpareat scribẽdo presentationem eius, & contra dictionẽ & cãm ɔ̃dictionis, iudex statuat terminũ ɔ̃dictori ad pducendũ coram eo omnia iura sua, postea examinabit summarie iura vtriusq partis, & ille obtinebit, quem iudex viderit & cognouerit in iure potiorem. Si actor fuerit potior in iure, tunc iudex feret sentẽtiam diffinitiuam & pnunciabit ipsam rem & tenutam dandam actori ex secundo decreto in solutum & pagamentum ẽm petitionez suã vsq ad summam sui crediti & expensarum. fit executor in sententia ad dandum ipsam rem actori in solutum p suo debito & expensis, & ei sic committitur vt tradat & faciat pro vt in ipsa pronunciatione cõtinet. Refert exequutor se dictam rem dedisse ipsi actori in solutum tanquam de bonis talis pro suo debito & expensis, saluo semper iure omnium personarum. ¶ Creditor de hoc fieri faciat publicum instrumentum, vt possit docere de titulo sue possessionis. Et not. q quando res alicuius est sequestrata, ipse reus cuius est res potest venire coram iudice, & petere rem ipsam tolli & relaxari de sequestro prestita prius per eum idonea satisdatione de iudicio sisti & iudicato soluendo actori, & quod eidem respondebit de iure. Quo facto relaxatur res de sequestro, & inchoatur iudicium inter actorem & reum.

¶ De processu contra reum contumacem.

38 **Citatur reus** † bis, semel, & quater, vel pbreuius ex iusta causa prout iudici videbitur expedire secundum qualitatem personarum cause & temporis, & secũdum consuetudinem loci. Si non comparet reus in terminis in citationibus positis, actor in fi. cuiuslibet termini se presentat coram iudice, & facit scribi presentationem suam, & accusat contumaciam rei & licentiatus recedit. postea elapsis terminis si reus nõ comparet, pclamat eius & bonoꝝ suoꝝ defensio, & si nullus cõparet pro eo ad ipsius rei, vel bonoꝝ ipsius defensionẽ, actor facit petitionez suã in scriptis, vel sine scriptis & ipsam porrigit in iudicio, in qua petatur se mitti in possessionem bonorum rei, quo casu petitione visa actoris & contumacia rei, iudex pronunciabit hoc modo, quia fertur sententia interlocutoria de tenuta & possessione danda actori ex primo decreto in bonis ipsius rei pro mensura debiti declarati & p expensis primo mobilium, secũdo stabiliũ, tertio nomina debitoꝝ capiunt habita prius p iudicẽ summaria cognitione de debito. s. visa aliquali petitione actoris producto instrumẽto debiti, vel aliquo teste pstito sacramẽto aliunde de debito nõ recepto in totũ vel in p tem, fit exequutor in snia ad dandũ tenutã ex primo decreto, cui fit cõmissio de tenuta danda datur tenuta, & refert nũcius dedisse tenutã. citatur reus, & quicũq alius qui vult defendere bona talis, vt veniat defensurus tenutam ex interloquutoria datam seu pronunciatã in bonis talis, tali suo creditori, vsq ad certum terminum. Si non venit reus infra annum, sed potius latitat, nec alius pro eo ad defendendum & contradicendum tenute date, actor poterit post annum a iudice petere vt res de qua admissus fuerit in possessione ex primo decreto, vendatur, & constituatur tempus infra quod vendi debet arbitrio iudicis. ¶ Venditur tenuta de mandato iudicis, & postea refertur ei videlicet, quod si quis vult emere rem acceptam in tenutam per talem de bonis talis quod compareat coram &c infra talem terminum, quoniam plus offerenti dabit, & sic communiter banditur tribus vicibus. Si plurimi veniunt emptores dabit plus offerenti. Si vero nullus veniet ad emendũ, & elapsis omnibus terminis actor vult ipsam tenutam sibi dari, & adiudicari insolutum ex secundo decreto, faciat super hoc specialem petitionem in scriptis, & eam porrigat iudici, & producat instrumentũ debiti, & iuret se verum esse creditorem vt petit, & de dicto debito se nil recepisse, nec aliquem alium pro eo.

SVMMARIVM

1 Judicium quid sit.
2 Judicium dicitur iurisdictio.
Item pro discretione punitur.
3 Actor iudex & reus in iudicio necessaria sunt.
4 Judex in causa propria quis esse non potest.
Mutus, surdus, cecus, & perpetuo furiosus iudex esse non potest.
5 Impubes infamis & minor iudex esse non potest.
Seruus & mulier officijs publicis non funguntur.
6 Jurisdictionẽ ordinariam habentes qui sint, & qui delegatam.
7 Seruus in iuditio esse non potest.
8 Filiusfa. minor an in iuditio esse possit.
9 Filiusfamil. minor quatuordecim ann. sine patris consensu in iudi tio esse nõ potest.
Maior infanti in beneficialibus sine patris ɔ̃sensu in iudicio eẽ pt.
10 Filius emancipatus ɔ̃ patrẽ venia impetrata in iudicio esse potest.
Minor. xxv. an an sine curatore in iuditio esse possit & nu. seq.
12 Minor. xxv. an. maior tamen. xviij. qñ in iudicio esse possit.
13 Monachus siue alius regularis sine licentia abbatis in iudicio esse non potest.
14 Tutor pro pupillo si satisdederit rem pupilli saluam fore in iuditio esse potest nisi sit tutor testamentarius.
15 Minor sine tutoris auctoritate regulariter procuratorem constituere non potest.
16 Procurator nisi in rem suam sit constitutus de calumnia iurare non potest.

17 Judex

17 Iudex competens dicitur quis ratione contractus.
Item ratione communis patrie.
Item ratione domicilij.
Item ratione possessionis.
Item ratione originis proprie vel paterne.
18 Iudex vsqꝫ ad litis contestationem recusari non potest.
19 Libelli copia parti datur cum termino ad opponendum.
20 Appellari quando ab interlocut. possit.
21 Libellus primo in iudicio offertur ꝛ quid in eo cõtineri debeat.
22 Lex municipalis dummodo non sit contra libertatem ecclesiasticam seruari debet.
23 Rectores statuta nec consuetudines contra libertatem ecclesiasticã seruare non tenentur.
24 Petionis substantia in citatione inseri debet.
25 Causa ante ꝛ post litem contestatam dicitur.
26 Exceptiones litis ingressum impedientes que sint.
27 Exceptio an ante litem contestatam probetur.
28 Libellus in quibus casibus non offeratur.
29 Litis contestatio per que verba fiat.
30 Iudex quando interloqui debet litem esse contestatam.
31 Procurator substitutus de calumnia iurare debet.
32 Articuli qui ad causam faciunt fieri debent.
33 Positionibus actoris prinsqꝫ rei respondendum est.
34 Procurator si speciale habet mandatum quandoqꝫ positionibus respondet.
Reus super positionibus quomodo interrogari debet.
35 Positionibus respondenti si dubitet terminus ad respondendũ datur.
36 Positiones in quo loco fieri debent.
37 Positio negatiua vtrum fieri possit.
38 Interrogationes an fieri possint postqꝫ in causa conclusum est.
Positioni contrarie vel obscure respondendum non est.
39 Interrogationes ad iudicium ordinandum quandoqꝫ ante litem contestationem fiunt.
40 Interrogationes si ante litis cõtestationem non fiunt an post fieri possint.
41 Testes super tota causa pro vtraqꝫ parte veritatem dicere iurare debent.
42 Testes quando parte presente iurant not. hoc dicere debet.
43 Terminus ad faciendum interrogatoria parti datur.
44 Iudex testibus examinatis dat terminum ad producendũ ꝛ opponendum quod vult.
45 Publicatio testium quomodo fieri debeat.
46 Terminus ad opponendum testibus ꝛ attestationibus eorum ꝛ toto processui datur.
47 Exceptiones multe contra testes opponi possunt.
48 Iudex quando partibus mandet in causa concludi.
49 Conclusio in causa quomodo fiat.
50 Citatio ad audiendam sententiam an personale vel ad domum fieri debeat.
51 Iudex in scriptis sententiam ferre debet ꝛ ipsam legere.
Sententia libello conformis esse debet.
52 Bona in quibus fit missio quantitatem debitam in multum excedere non debet.
Excussio quomodo fieri debeat.
53 Expense quando producuntur copia parti datur.
54 Sententia quomodo formari debeat. ꝛ nu. seq.

¶ Sequitur ordo iudiciarius eiusdem. d. Jacobi gentilis.

In nomine dñi nostri Iesu Christi, cui omne genu flectitur, vt extra de immun. eccl. c. decet, adsit operi meo isto ꝛ breui celestis altitudinis potentia, cuius suffragio mediante omnia prosperantur, pro qua innocatione facit. l. C. de vete. iu. enucle. ergo ipsius auxiliũ innocaui ꝛ innoco corde puro. Quoniam aliqui sunt cupientes practicã actorum ciuilium in iudicijs faciendorum, ideo aliqua sub breuitate ostendam. Primo nanqꝫ breuiter aliquas ponam partes,
1 † ꝛ primo videndum est quid sit iudicium. ꝛ dico ꝙ iudicium est iustitia siue ordinatio cause, siue iurisdictio, vt. C. de iudic. in rub.
ꝛ not. in. c. j. de iudic. in. vj. ꝛ no. esse verbũ iudicium. C. de lit. cõ
test. in. l. iudicium. ꝛ. ff. de iudic. in rub. ꝛ nota. extra in. c. pastora
2 lis. de indic. † sic etiam ꝙ iudiciuʒ dicatur iurisdictio tenent grã
matici quibus est standum tanqꝫ expertis in arte, vt. l. septimo. ff.
de sta. homi. ꝛ. l. j. in prin. de vent. inspic. ff. ꝛ exponitur etiam iu
3 diciũ idest discretio, vt no. gl. insti. de ord. iud. sup rub. † Scdo
qd in iudicijs sit necesse, ꝛ vr̃ ꝙ i iudicijs sint inter alia necessaria
tria. s. actor, reus, ꝛ iudex, ꝛ d istis prio vidẽdũ ẽ q possint eẽ iudi
4 ces, ꝛ videt † ꝙ quis non possit esse iudex in causa sua vt. l. j. C. ne
quis in cau. sua. Itẽ prohibetur esse iudex mutus, surdus, cecus,
ꝛ perpetuo furiosus, sed dum patitur dilucida interualla potest.
5 l. cum pretor. ff. de iudi. ꝛ de postul. l. j. §. casum. † Item impubes,
infans, seu turpidine notatus. Item minor. xxviij. annorum. l. quidam consulebat. ff. de re. iudi. Item seruus ꝛ mulier, qui publicis
ꝛ virilibus officijs non funguntur. ff. de re iudica. l. femine. cum si
milibus. licet in casu qs dicatur in sua causa iudex ꝛ testis. C. de
fideicom. l. fi. vbi quis iudex ꝛ testis inuenitur, ꝛ iurat etiã de au
ditu, vt dicit ibi gl. ff. de aqua plu. arcen. l. in summa. §. idẽ labeo.
ꝛ. l. marcolus. ff. re. amot. ꝛ in isto iuramento iuratur primo p pe
6 tentem de calumnia, vt dictis iuribus. † Sunt etiam aliqui iudi
ces habentes ordinariam iurisdictionem. s. illi qui habent a dño
Papa, Imperatore, Principe suo populo ciuitatis, quibus cõ
missa est iurisdictio generalis omnium causarum. Quidam vero
habent delegatã iurisdictionem, vt delegati, vt not. de offi. dele
7 ga. c. j. lib. vj. † Tertio qui possunt, ꝛ qui non possunt esse in iudi
cio, videtur enim non posse seruus, vt. l. seruus. C. de indi. regula
riter tamen quia pro se vel alieno nomine esse nõ potest nisi in ca
sibus, vt si agatur causa libertatis, sic in libertate prouocando vel
defendendo sibi libertatem. l. quomodolibet. C. de iudi. Item pro
alimentis sibi relictis. Item pro possessione turbata Dñi sui ha
bentis. l. j. C. si per viʒ vel alio mo. vbi pro possessione turbata, seu
recuperande nomine habentis quilibet etiam sine mandato, cri
8 minaliter autem remaneat in pendenti. † Itẽ filius famil. sine pa
tris auctoritate, nisi de castrensi vel quasi castrensi peculio, ꝛ de
aduentitio si quesitũ est patre volente. litigat enim pater vt legi
timus administrator filij, vt. C. de bon. mat. l. j. si autem inuito pa
tre officio iudicis consentiet pater filio agente. l. cum non solũ. §.
necessitate. C. de bonisqꝫ liber. ꝛ ibi not. tñ videtur ꝙ in hoc casu
filius possit conueniri in iudicio cum patre, vt in auct. vt lic. mat. ꝛ
9 auie. §. j. † potest etiaʒ filiusfam. minor. xiiij. annis esse in iudicio
sine patris consensu etiam per se ꝛ per procuratorem, vt in benefi
cialibus ꝛ spiritualibus causis, vt extra. c. si annum. quartum de
cimum. de iudi. li. vj. si est maior infante in predictis casibus, po
test sine consensu patris esse in iudicio, ꝛ constitutus procurator
ad predicta cum consensu iudicis ꝯm formam dicti capituli, sed
10 filiusfam. non potest nisi de castrensi agere cum patre. † filius. n.
emancipatus potest esse in iudicio contra patrem ꝛ patronuʒ ve
nia impetrata primo, vt. C. de in ius vo. l. ij. ꝛ. iij. Item furiosus.
Item demens seu mente captus. Item minor. xxv. annis sine tu
tore vel curatore, sed si fuerit in iudicio, ꝛ sententia fuerit lata pro
eo valet. l. si preses. C. quomo. ꝛ quan. iud. ꝛ. l. cum ꝛ minores C. si
aduer. rem iudi. ꝛ. l. acta. §. fi. de regu. iur. ꝛ. l. contra pupillũ. eo
dẽ titu. ꝛ hoc contra se. Quando vero pro se valet, vt. l. non omni
nus. C. de procurato. ꝛ ibi etiam not. per glo. vbi dicitur ꝙ pro se
valet. facit. l. pupillus. §. pupillus. de auctor. tut. sed contra eum
11 nõ. † fallit in casibus in quibus minor sine tutore vel curatore po
test interesse, vt puta quando agitur de libero homine exhibẽdo.
l. de eo. in prin. ff. ad exhib. vbi filiusfam. tenetur exhibere ꝛ ha
bet facultatem exhibendi. ꝛ videtur de hoc gl. no. insti. de aucto.
tut. §. neqꝫ. super verbo ne vllũ. ꝛ agitur de adipiscenda vel reti
12 nenda possessione vel recuperanda. † Iteʒ minor. xxv. annis, ma
ior tamen. xviij. potest esse in iudicio in casu. c. iij. de iudi. in. vj.
Item masculus si est etatis. xx. annoruʒ, mulier. xviij. possunt eẽ
13 in iudicio sine curatore a principe venia impetrata. † Monach9
vel alius regularis sine Abbatis vel prioris consensu non potest
14 esse. Itẽ tutor accusatus de suspecto. Itẽ excõicatus. † ceteri aũt
regulariter pñt in iudicio interẽe, suo, vel alieno noie si alieno no
mine litigant hi. s. tutor pro pupillo, curator pro adulto, si satisde
derint rem pupilli saluam fore, quum fecerint inuentariuʒ ꝛ alia,
non anteʒ aliter audeant attingere, excepto tutore testamentario
ꝛ ex inquisitione dato, qui non tenetur satisdare, nec esse curator
furiosi testõ datus insti. d satisda. tut. §. j. Itẽ actor tutoris vel cu
ratoris. Itẽ sindicus ꝛ iconomus, ꝛ pater pro filio queʒ hʒ in po
testate, ꝛ negociorum gestor, qui de coniunctis est. Iteʒ curator ma
ior. xxv. annis prestita satisdatione de rato, hodie cõiter apponit
in instrũ de ratihabitatione ꝛ satisdatione, dicitur eniʒ de maiore

15 †quia minor sine tutoris vel curatoris auctoritate regulariter p̄curatorem constituere non potest nisi sit absens minor, q2 tūc pōt
16 ad petendū curatorem, vt.l.diuus.ff.qui pe. tut. †procurator vo nisi sit institutus in rem suam non potest de calumnia iurare, sed principalis interrogationes ⁊ responsiones facere in iudicio, maxime quando petit per aduersarium dicendo ꝙ principalis est iustior ⁊ melius nouit veritatem, vt.l.si actor malit.ff.de procur. .C.eo.l.fi. cetera autem si sit legitime constitutus potest iudicialiter exercere. ⁊ quia in ciuili iudicio multa occurrunt, tamen vt plurimum contingere solet, vt adeatur ab actore competens iudex.C.de de.ord.iud.l.j.⁊ vide plene de hoc in speculo, in tit. de
17 compe.iudi.ad.§.j. †⁊ dicitur iudex competens quis aliquando ratione contractus, vt.ff.de iudi.l.heres absens.⁊.l.contraxisse. de action. ⁊ obliga. Item ratione cōmunis patrie.ff.de municip. l.Roma. Item ratione domicilij, vbi reus hʒ maiorem partē fortunarum.ff.de iudi.l.si fideiussor.§.penul.⁊ de incol.l.ciues. Iteʒ rōne possessionis, vt.C.vbi in reʒ act.l.fi.ff.de iudi.l.si super.§.fi. Itē ratione originis proprie, vel paterne.ff.ad municip.l.assumptio.§.j.⁊ eo.tit.l.antepen. alias actor sequitur forum rei, vt.l.iurisdictionem.C.de iurisdi.om.iudi.⁊ vide de hoc in specu. de cōpet.iudi.adi.§.j.versi. hec regula.
¶ Offertur libellus ⁊ proclamatur eius defensio. Recusatur iu-
18 dex. †Iudex autem recusari potest vsqȝ ad litis contestationem, qui alias non est suus, nisi per proprium consensum, vt.l.cōuenerit.ff.de iurisdic.om.iudi.⁊ ibi not. per glo. extra de appella. c.secundo requiris. in glo. que incipit nota ꝙ hec decretalis. ⁊.ff.de
19 de.iud.l.sed si susceperit. †Datur copia libelli parti cum termino ad opponendum secundū formā auct. offeratur.C.de lit.ꝯtest. opponuntur exceptiones, fiunt interrogationes ante litem contestatam, ⁊ aliquando post, satisdatur alteri a suspectis, ⁊ cauetur a procuratore de rato, ⁊ ab illis qui pro alijs, vel eos defendūt. Itē aliquando satisdatur ab actore ⁊ contestatur lis, seu fit litis contestatio, iuratur de calumnia. statuitur terminus ad probandū. fiūt probationes seu articuli. eduntur instrumenta, ⁊ ex tunc concluditur in causa. ⁊ auditis allegationibus fertur sententia vbi ferenda est, alias interloquatur datis suspectis vel confidatis, quod mihi melius videtur. habetur consilium ⁊ examen, ⁊ secundū cōsiliū fertur sententia interloquutoria seu diffinitiua vt dictum est,
20 †aliquando anteȝ appellatur a sententia interloquutoria vel diffinitiua, ab interloquutoria hodie d̄ iure canonico, quia a quolibet grauamine pōt appellari, vt in.c.j.extra de appellatio. lib. vj. sed de iure ciuili secus, quoniam potest reparari a diffinitiua, vt.l.ante sententie tempus.C.quo.appella.non re. Mandat̄ sententia executioni, de quibus per ordinem est dōm, ⁊ primo q̄ pñt esse iudices, de quo dictum est.s̄.ibi, ⁊ primo ⁊c.
21 ¶ † Offertur in iudicio primo libellus, vt auct. offerat̄.C.de lit. contest.⁊.l.j.eo.titu.in quo libello dʒ contineri clare id sup quo litigatur, vt not.in.l.edita.C.de eden. quo oblato procedatur ſm formam traditam per.d.auct ⁊ per auct. libellum. positam sup. l.j.de lit.contest. qua forma seruata detur terminus reo ad excipiendū ⁊ opponēdū oēs sibi cōpetentes exceptiōes, sed aliquādo datur forma ex lege municipali, vel constitutione que seruari
22 debet in datione termini vt.s̄.†⁊ de mō procedendi, quam legem municipalem serua, dummodo dicta lex municipalis non sit contra ecclesiasticā libertatem, vt in auct. cassa.C.de sacrosan. eccle.
23 ⁊ in aucten. item nulla communitas, posita.C.de episc.⁊ cleri.†⁊ ꝙ rectores non tenentur seruare talia statuta nec etiam consuetudines casus est notabilis in.c.j.extra de iure iu.in.vj. vbi tractatur materia iuramenti officialis. Que autem statuta dicantur eē contra libertatem ecclesie, notatur per Bar.in.l.j.§.honorande. ff.qua.re.act.non da.⁊ est etiam materia.in.c.j. de immun. eccle.in.vj. Si vero reus fuerit absens citetur ad domum sue habitationis ꝙ compareat coram iudice ad respondendum de iure actori super his que continentur in libello, ⁊ ad procedendum in tota causa vsqȝ ad sententiam inclusiue, alias procedetur ad om-
24 nia predicta, eius absentia vel contumacia non obstantibus. † et inseratur in hac citatione substātia petitionis seu libelli. ⁊ semper actus fiat ad petitioneȝ partis, vt.s̄.que dicta sunt de ista citatione probantur in.l.j.ff.de libe.agnoscen.⁊ per Inno.in.c.consuluit.extra de procur.⁊ in.c.auditis.in gl.iij. ⁊ idem videtur velle Archi.extra de confes.c.ij.lib.vj.⁊ videtur tex. in.c.fi.extra de dolo ⁊ contuma.⁊ omnia fiant ad partis petitionē, de quo videtur casus in.l.properandum.C.de iudi.⁊ est glo.in.l.pen.C.ad trebel.⁊ not.in.l.si curatore.ff.de iure deliberā. quibus exceptionibus oppositis iudex recipiat eas in quantum de iure tenetur ⁊ debet, ⁊ aliter non. ⁊ non mādet reo ꝙ iuret se exceptiones ipsas animo calumnie non proponere, nec differende litis seu cause, di-
25 co cause †quia causa dicitur ante ⁊ post litem contestatam, extra de verbo.signifi.c.ex parte. demum examinatis dictis exceptionibus per iudicem si tales exceptiones sint que non impediant litis ingressum, ⁊ partes fuerint presentes, mandat iudex litem cōtestari ⁊ iurari de calumnia, hec probantur in.l.prolatam.C.de
26 senten.⁊ interlocu.om.iudi.⁊ ibi gl. super verbo ordine. †Que autem sint exceptiones que impediant litis ingressum vide in.c. j.extra de lit.contest.in.vj.si autem fuerit absens aliqua partiū, tunc iudex pronunciabit factis citationibus ad instantiam partis litem fore contestandam, vt in aucten. qui semel.C.quomodo, ⁊ quan.iud.⁊.d.l.properandum.de iudi. sunt autem alique exceptiones que impediunt litis ingressum, vt in preallega.c.j.de lit.
27 contesta.in.vj.†Aliquando exceptio est talis que potest probari de leui, ⁊ probatur ante cōtestationē litis si est exceptio que habeat impedire, si autem, non habeat impedire probatur postea ⁊ hec etiam not. in.l.eleganter.ff.cōdi.indeb.§.si quis postea.⁊.C. de excep.l.⁊ si quidem. ⁊ quod dictum est supra ꝙ de leui potest probare ante litem contestatam probatur.ff.ad exhibē.l.iij.§.ibi.
28 †Sunt aliqui casus in quibus non offertur libellus. vt not. Azo in summa d̄ eden.in.§.fit autem editio.⁊ auct. alias breuissimas .C.de senten.ex peri.reci.fit aliquando de predictis breuis narratio, vt extra de verbo.sign.c.sepe.in clemen.⁊ super predictis proceditur summatim, vt.d.c.sepe.⁊ glo.habes in.l.iij.§.ideȝ.ff. ad exhiben. sed si habes legem municipalem de predictis eā ser-
29 ua. †que quidem litis contestatio communiter fit per hec verba, vcȝ, vt interroget iudex vel notarius ex ipsius mandato, primo actorē hoc modo. s. primo lecta petitione, seu libello si credat iuste petere, ⁊ ꝙ contenta in dicta petitione seu libello sint ⁊ fuerint vera, ⁊ sibi per iudicem debere fieri de iure, qui actor respondet, credo vt est dictum. Deinde interroget reum si credit se iuste defendere a dicto libello ⁊ cōtentis in eo, ⁊ petita pro parte actoris fieri non debere, ⁊ ipse reus respōdit credo. hoc no. Azo in summa de iure iuran.el primo.l.j.⁊.C.de iureiuran.l.propter calum-
30 niā.†Qui iudex visa ⁊ audita.d.petitione statiȝ pronunciabit interloquendo litem contestatam in dicta causa legitime fore, quibus quidem factis iudex mandat actori ⁊ reo, vt de calumnia iurent. primo enim actori dicat iudex hoc mō, tu iuras ꝙ bona fide ⁊ non animo calumniandi ages, probationibus falsis vel instrumentis in hac causa non vteris, veritatem quomodolibet interrogatus fueris respondebis. si alteram partem veritatem dicentem audiueris, vt eā nō oneres probationibus non negabis, ⁊ illam probationem ab aduersario non exiges quam non putabis veram. terminum vel dilationem non petes in fraudeȝ. mihi nec alteri pro me non offeres vel promittes aliquid vt pro te debeat iudicari. ⁊ sicut ego dixi ita veruȝ est, ⁊ per te seruabitur si Deus te adiuuet, ad sacra Dei euangelia tactis scripturis per actorem omnia.s̄.dicta imposita ⁊ mandata facere ⁊ obseruare promisit. Deinde faciat reum iurare eo modo quo actor iurauit pro se in agendo. s. ita tu iuras verum esse, ⁊ obseruabis pro te defendendo si Deus te adiuuet vt.s̄.factis eniȝ predictis notarius omnia predicta in actis ponit sub millesimo indictiōe ⁊ die ⁊c. ⁊ hec omnia mandato iudicis, vt not.glo.in.l.fi.C.ad trebellia. Fuit facta litis contestatio ⁊ iuramentum de calumnia per dictas partes super.d.libello seu petitione ⁊ tota causa, ponendo tenorem tamen libelli, ⁊ hec omnia mandato iudicis, vt.d.l.fi.C.ad trebell. iurāt etiam super exceptionibus vt.s̄.de veritate dicenda, ⁊ hoc quan-
31 do predicta fiunt per principalem. †Quandoqȝ contingit ꝙ per procuratoreȝ fit litis contestatio, qui post litis contestationē aliū substituit loco sui procuratorem, qui substitutus debet etiam iurare de calumnia agendo causam, vt est casus in.c.ij.§.procurator. extra de iuram.calum.lib.vj. quibus peractis iudex dat terminum vtriqȝ parti ad probandum in causa, in quantum onus ꝓbandi incumbat, si tunc partes fuerint presentes ⁊ ad petitionem vnius partis vel vtriusqȝ, ⁊ ad releuandum partes ab onere expensaruȝ iudex potest monere partes ꝙ singulis diebus ⁊ horis sint ad videndum testium iuramenta, ⁊ omnes alios actus iuridicos fiendos in causa predicta, ⁊ si videbitur iudici, potest dicere vsqȝ ad sententiam inclusiue, sed notarius dicat in preterito tem-
32 pore ⁊ monuit dictas partes ⁊c. †Quo termino dato aliquando datur terminus ad articulandum, ⁊ hoc in aliqua curia fiunt positiones seu articuli, ⁊ debent fieri ꝙ faciant ad causam.ff.de noxa.l.quomodolibet.§.fi. alias non admittuntur, ⁊ producūtur.d. oppositiones seu articuli presente parte monita seu citata, ⁊ tunc
33 petatur per partem responderi, †⁊ primo debet respondere positionibus actoris q̄ȝ rei, ⁊ per principalem vbi petatur per aliaȝ partem,

partem, cum melius sciat veritatem, et sit magis idoneus et melius informatus de veritate. C. de procurat. l. fi. et l. si actor. ff. eod.
34 † quandoque admittitur procurator si habeat speciale mandatum, vt extra de procurato. c. qui ad agendum. in. vj. et ibi not. debet etiam interrogari reus super positionibus hoc modo, et primo legantur positiones seu articuli, et iudex interroget iubeat et moneat reum quod debeat respondere super his articulis seu positionibus, quod pure et sine conditione respondere debet, alias habebitur pro confesso,
35 vt extra de confes. in. c. ij. in. vj. et de test. in. c. ij. in. vj. † Si vero diceret se dubitare, detur terminus ad deliberandum vt notatur in dictis capitulis, et facit. ff. de iureiur. l. iusiurandum et ad pecunias, aut
36 spacium dandum vt certioretur etc. † Sed in quo loco fiant positiones, dic vt. ff. de interrog. actio. l. j. sed a quo fiant, dic vt not. in. l.
37 et si sine. C. eo. titu. † Sed queritur vtrum possit fieri positio negatiua. et dic quod sic si videtur iudici. ff. de interroga. act. l. vbicunque, cum. l. seq. et extra de fi instru. c. cum Joan. circa fi. et de confes.
38 c. j. in. vj. † Item an possint fieri interrogationes postquam in causa est conclusum, et dic quod sic si videtur iudici, vt in preallega. iuribus. si autem positio est obscura vel contraria, vel est positio iuris, non debet responderi, vt not. in iuribus preallega. et in predicta gl. et facit. l. omni. ff. de an. et argen. lega. Item non facit ad causam. Item dicit sic, peto centum que mihi debes, et tunc reus respondet quod declaret, an debeantur in diem vel sub conditione, et debet declara-
39 re, vt. ff. de eden. l. j. † fiunt autem aliquando interrogationes ante litis contestationem ad iudicium ordinandum, que sunt communiter. xj. et. xij. vbicunque equitas mouet iudicem, vt no. ff. de interrog. act. l. j. circa prin. in gl. ibi posita, que incipit tria sunt ne-
40 cessaria, et. l. vbicunque eo. tit. † Sed quid si non fiant iste interrogationes ante litis contestationem, an possint fieri post litem contestatam, et veritas est quod sic, quod ante et post fieri possunt, vt. d. l. vbicunque. et not. ff. de regu. iur. l. non solum. et. ff. de rei vendi. l. qui petitorio. Demum producuntur testes, et iurant citati seu moniti per iudicem ad petitionem partis super positionibus productis et pro-
41 ducendis et tota causa, † Qui testes de mandato iudicis sic iurent perhibere testimonium veritatis super positionibus productis et producendis et tota causa, et sic iurant pro vtraque parte, vt in aucten. sed iudex. C. de episcopis et cleri. et ibi glo. que incipit sic ergo. et extra de testib. c. veniens. in fin. et nota per glo. in. l. ij. C. de eden. et super predictis iurant dicere veritatem remoto odio, amore prece, vel timore, et fiant presente parte citata vel monita, et ad
42 partis petitionem pro qua iurant. † Si vero pars fuerit presens, dicant notarij iurant presente parte et ad instantiam talis partis, et vide de hoc in Specu. de testib. §. sed si ibi ferant iuramentum. que quidem pars contra personam eorum qui producuntur, credo quod bene faciat vti istis verbis. s. quod protestatur tempore dicti iuramenti exceptiones contra personas et dicta, et reseruatis mihi exceptionibus predictis. hec tanguntur in Specu. de test. §. qua-
43 liter autem. circa fi. † Aliquando contingit quod pars vult producere interrogatoria super testes vt interrogentur secundum suum interrogatorium, et de hoc vide in Specu. de test. §. iam. et aliquando interrogatorium est contra partem producentem, secundum hoc tacet, sed si vult producere seu dare, et tunc iudex dat terminum ad faciendum ipsum interrogatorium, et si videbitur iudici esse superfluum resecabitur per eum, et postea examinabuntur testes secundum interrogatorium, et etiam quum videbitur iudici. sin autem interrogatorium non datur, examinentur vt ipsi iudici videbitur fo-
44 re congruum. † Et testibus examinatis iudex dabit terminum ad inducendum et producendum quidquid vult et potest in ipsa causa. Aliquando dictus terminus datur post publicationem processus. postea vero publicatur processus parte citata ad tunc actum. si erit pars presens, fiat parte presente, et petentibus partibus, vel saltem ad petitionem vnius. Si autem fuerit absens, citetur hoc modo, videlicet, quod veniat ad videndum et audiendum publicationem et aperturam testium et totius processus facti et habiti in dicta causa, et ad recipiendum terminum de accipiendo copiam ad opponendum ipsis testibus et eos et eorum dicta et attestationes et totum processum, alias publicabitur et dabitur et assignabitur ad predicta eius absentia vel contumacia non obstante, et hoc ad petitionem talis partis. Si vero altera pars fuerit presens, dicatur, et hoc presente tali et petente, et ad eius petitionem absente tali, tamen legitime citata ad predicta, et de predictis assignetur parti absenti certus terminus, et notificetur per nuncium iuratum mandato, verbo, seu licentia dicti iudicis, et ad instantiam partis presentis et petentis, vel partibus presentibus publicet processum, et
45 hinc inde detur terminus ad opponendum vt. s. † et dicta publicatio et terminus fiant his verbis videlicet quod vtatur notarius hac forma, qui iudex viso. d. libello et citatione facta de dicto tali. et termino dato eidem et omnibus predictis, publicauit et aperuit dictum processum et dictos testes, et eorum attestationes et dicta pro publicatis et apertis haberi voluit, et statuit et prefixit terminum vtrique parti si erant presentes de accipiendo copiam dictorum testium et dicti processus prout iudici videbitur. Si autem fuerit aliqua pars absens fiant predicta ad petitionem partis presentis in
15 ris dꝫ videre que actio cõpetat ad possess. q. † interdũ ꝑ interdictũ
recuperãde possessionis poterit peti, interdũ ꝑ interdictũ adipi-
scẽde possessionis, interdũ ꝑ interdictũ retinẽde possessiõis, vt in
sti.de interdi.§.recupãde.§.adipiscẽde.& §.retinẽde.& ff.de inter
di.l.ij.interdũ & possessio petit ꝑ cõdi. indebiti, vt.ff.de cõdi. indeb.
l.indebiti.§.sed si nũmi. interdũ ꝑ cõdõnẽ triticariã, vt.ff.de triti-
ca.l.ij. interdũ ꝑ cõditionẽ ex lege, vt.C.loca.si qs cõductionis. &
.C.de acqui.posses. interdũ ꝑ alia iura, vt ꝑ interdictum quod vi

aut clam. Interdum per Saluianum interdictum, vt de hac materia notat plene C. q legi. pso. hab. stan. in iudi. l. mometarie. sz ꝯ pdictū libellū quo petit̄ possessio ꝛ ꝓprietas, sunt multe leges ꝛ snie sapiētū, q̄ dicūt prio agēdū interdicto possessorio ꝙ petitorio, ꝛ vtrunqꝫ interdictū in eodē libello nō posse institui. quā suā sniam probatur per hec iura. C. de rei vendicat. ordinarij. C. fini. reg. l. siquis. C. de appella. l. j. C. de interdic. l. incerti. ff. de iudic. si de vi. ꝛ. l. inter litigatores. C. de acquir. pos. l. ex libris. ff. vti pos sid. l. j. §. his. Sed super ista materia breuiter distinguendū est. quū queritur an petitorium ꝛ possessoriū simul in eodem iudicio
16 institui possint, inspicendū est † an sit possessorium retinende possessionis, sicut est interdictū vti possidetis, ꝛ vtrobi. que sunt interdicta retinende possessionis, ꝛ habet locū interdictū vti possidet. in rebus imobilibus, vtrobi in rebus mobilibus, vt. ff. vti possi. l. j. §. hoc interdictū solū. ff. vtrobi. l. vna. ꝛ tunc est dōm ꝙ possessoriū ꝛ petitoriū simul institui non pōt. sed primo agendū est possessorio interdicto, ꝛ ita intelligūtur iura que dicunt, primo instituēdū esse possessoriū ꝙ petitoriū, nā sibi ipsi esset ꝯrius qui proponeret in eodē iudicio possessoriū ꝛ petitoriū simul retinende pos-
17 sessionis, cū agendo rei vendicat. se nō possidere dicat, † q2 regulariter rei vendi. datur nō possidenti ꝯ possidentem, vt. C. de aliena. ind. mut. cau. fac. l. vnica. ꝛ insti. de act. §. j. in eo vero ꝙ proponeret possessoriū interdictū, diceret se possidere, ꝛ ipe tāqꝫ sibi ipsi ꝯrius esset repellēdus, vt. ff. quan. app. sit. l. ij. C. de fur. l. j. cū
18 suis simil. † Sz ꝯ hoc qd dr̄. s. vtrūqꝫ ꝓponi nō posse. s. rei vēdi. ꝛ vti possi. interdictū, ē qd legit̄. ff. de acqrē. pos. nāliter. §. nil cōe. vbi dr̄, ꝙ nō de negat̄ ei vti possi. interdictū, q rē cepit vēdicare. que. l. non obsta. nā ibi in rei vendicatione succubuerat, ꝛ postea possessorio experiebatur, vel ibi renunciauerat petitorio iudi-
19 cio, ꝛ instituerat possessorium, vt in gl. ibi posita continetur. † Si vero instituat possessorium adipiscende possessionis, vt est interdictum quoꝝ bonoꝝ, ꝛ quoꝝ legatoꝝ, vel si experiatur interdicto recuperande possessionis, vt est interdictū vnde vi, recte pōt vtrunqꝫ ꝛ petitoriū ꝛ possessoriū adipiscende vel recuperāde possessionis iudicium simul instituere, vt hec probantur. ff. de vi ꝛ vi arma. l. cū fundus. §. fi. nā q hoc mō agit nō est sibi ipsi grauius, vt plene de hac materia est distinctū. ff. de iudic. l. si de vi.

¶ Qualiter concipiatur libellus, agendo rei vendicatione.

20 Item Aduocatus actoris in libello rei vendica. debet petere fructus in hunc modum. † Conqueror ego Titius, ō Sempronio, a quo peto talem petiā terre positā in tali loco. j. hos ꝯfines, quam ad me ptinere dico iure dn̄ij vel quasi. ad hoc qd dico iure dn̄ij, propono rei vendicatio. ad hoc qd dico, vel quasi, propono publicianā, vel vtilem in rem, ꝺm ꝙ superius dictū est. Itē peto eiusdē fundi possessionē vt. s. dictū est. Itē peto fructus pendentes, extantes ꝛ consumptos, ꝛ percipiendos ꝛ ceptos. pendentes peto ad rei vendicat. qua peto rē principalē. perceptos ꝛ extantes, rei vendicatione, sed alia. Consumptos vero, conditione sine cā. percipiendos, iudicis officio. ꝙ ita dēant proponi actiones ad fructus percipiendos, probat̄ de pendētibus. ff. de rei vendi. fructus pendētes. ꝛ dicuntur oēs illi fructus
21 pendētes, † vt poma cerasa, ꝛ similia, anteꝙ ab arboribus remoueant̄, bladū anteꝙ a terra separetur, ꝛ sic de oibus alijs speciebus fructuū, ꝛ ideo tanqꝫ fundi pars petunt̄ eadē rei vendic. qua res petitur. percepti vero ꝛ extātes nō petunt̄ illa rei vendicati. qua res petitur, sed alia, q2 ex quo ꝑcepti sunt, a terra sunt separati, ꝛ ita pars fundi esse desierunt. consumpti vero petunt̄ ꝯditione sine cā, vt. C. de condi. sine cau. l. mala fide possidens. Percipiendi idest quos verus possessor percipere potuisset si ipse possedisset, petendi sunt per iudicis officiū, vt. ff. de rei vend. si nauis. §. fi. insti. de offi. iudi. §. illoꝝ. videat tñ aduocatus actoris qualis sit possessor qui ꝯuenitur rei vendica. vtrū sit bone fidei an male fidei possessor, ꝛ vtrū cū titulo an sine titulo possideat, nam esto ꝙ sit male fidei possessor, si tamē titulū habeat non sunt ab eo petendi fructus percipiendi, nā a percipiendis fructibus, ꝑp titulū excusat̄, vt. C. de rei vendica. l. si fundus. nisi in quatuor casibus.
22 † Primus est in metum inferente, qui lz habeat titulū ꝑ metū tñ extortū, tenet̄ de percipiendis, vt. ff. qd met. cau. sed ꝛ pōt. Alius casus est in eo qui comparauit a fisco non vendente solenniter, vt. C. de iu. hal. fisca. lib. x. l. j. Alius casus est in eo qui cōparauit a debitore alienāte in fraudē creditorum, qui licet titulū habeat, tñ de ꝑcipiēdis tenetur. ff. de his que in frau. credi. pretor agit. §. per hanc. Item aduocatus actoris dz attendere diligēter, an fructus quos ꝑcepit bone fidei possessor extent, an consumpti sint. ꝛ si quidem extent fructus percepti, licet per perceptionē facti sint bone fidei possessoris, tamen debet eos reddere petitori, non rei
23 vendi. † q2 bone fidei possessor per perceptionem factus est dn̄s, ꝛ rei vendicatio datur dn̄o, nō ꝯ dn̄m, vt. ff. de rei vendic. in rem actio. sed petentur iudicis officio vt clarius sibi videbitur. ꝛ ad hoc vt aduocatus actoris non erret in petitione fructuū, ꝛ in ꝓpositione actionum, hanc distinctionē semper habeat in mente ꝛ
24 non errabit. † Fructuum alij naturales, alij industriales, naturales sunt, vt poma cerasa ꝛ similia, q2 natura tm̄ ꝛ nō industria hominū ꝓducunt̄ in esse. industriales, qui industria hominū producunt̄ in esse, vt segetes. Itē fructuū alij ꝑcipiendi, alij ꝑcepti. at ꝑcepti dicuntur dupliciter, nā alij sunt percepti a bone fidei possessore, qui statim dn̄r percepti, quoquo mō fuerint a solo separati. Alij dn̄r percepti, si ab vsufructuario in horreo fuerint reconditi, vt. ff. quib. mod. vsufr. ami. l. si vsufructuarius messez. ff. de vsu. qui se. ff. de rei vendi. l. si eius fundi. ff. de acqui. re. domi. si a bone fidei. Item percipiendi dn̄r duobus modis, vel q2 immaturi, vel quia dn̄s eos percepisset si possedisset. Item possessorum alij cum titulo, alij sine titulo. Item possessorū alij bone fidei, alij ma
25 le fidei. † Hic ergo naturales fructus nullus possessor facit suos, vt. ff. de vsur. fructus. ff. de acqui. rerum domi. si a bone fidei. Sz dic ꝙ oēs alios facit suos bone fidei possessor, siue a se, siue ab alio eius nomine perceptos, vt. ff. de vsur. l. qui scit. §. preterea. ex his ergo sic distingues, fructus naturales aut percepti sunt, aut non. ꝛ si quidem extant ꝛ non sunt percepti, tunc vendicabuntur. si vero extant ꝛ percepti sunt, tunc nō petētur rei vendica. q2 perceptione facti sunt bone fidei possessoris, sed petuntur iudicis of
26 ficio. † Si vero percepti sunt ꝛ consumpti, nō tenetur bone fidei possessor, quia nec possidet, nec dolo desijt possidere, nisi in eam causam consumpserit, in qua de suo tantū soluere tenebatur, tūc enim conditione sine causa tenebitur, vt. ff. si cer. peta. si ꝛ me ꝛ ti-
27 tiū. † De industrialibus autem dic, ꝙ quilibet bone fidei possessor facit eos suos, siue possideat cū titulo, siue sine titulo, licet hoc membrum sine titulo non inueniatur lege expressū, sed oēs leges loquuntur de eo qui cum titulo possidet, vt insti. de re. diuisi. §. si quis a non domino. ff. de vsu. qui sit. §. in alieno. ff. de acqui. re. domi. l. bone fidei. sed satis exprimit dicta lex ꝺ vsur. ꝛ illa. ff. quib. mo. vsuf. amit. si vsufruc. messem. ff. fin. regun. l. iiij. §. post litem.
28 † licet autem bone fidei possessor perceptos faciat suos, si tamen extant, petentur nō rei vendica. sed officio iudicis, vt. C. de rei vēdica. certum. Sed de perceptis ꝛ consumptis nullo modo tenetur bone fidei possessor, vt insti. de off. iu. §. si vero bone fidei. forte nec ad precium, q2 lucrifaciat pro cura ꝛ cultura, vt. ff. fin. regū
29 do. l. iiij. §. post litē. insti. de re. diui. §. si quis a nō dn̄o. † Sed qn̄ exigitur bona fides in isto bone fidei possessore? Rn̄deo in initio vt. ff. de vsur. quid sit. §. preterea. Nō ob. qd legitur. ff. de acquir. re. domi. bone fidei. §. in contrarium, q2 in opponendo non ponēdo dicit, ꝙ tempore litis contestate ꝛ non mote controuersie fructus restituere compellebatur, seu teneatur tempore mote cōtrouersie heredi. vt. ff. fin. regun. l. iiij. §. post litem. ff. de rei vendic. l.
30 preterea. † Si vero sit male fidei possessor, si quidem sine titulo, ꝺ consumptis tenetur conditione sine causa. de extantibus, rei vendica. non illa, qua res petitur principalis, sed alia, vt. C. de cond. ex le. mala fide possessor. De percipiendis vero tenetur iudicis officio, quos verus possessor percipere potuisset, vt. ff. de rei vendi. si nauis. §. sed si insti. de offi. iudi. §. sed illoꝝ. Sed dico si honeste percipi potuerunt, vt. ff. de rei vendic. fructus. Si autem inhoneste, non tenetur, vt. ff. de peti. hered. possessor. Si autem cū titulo, a percipiendis ꝑp titulum excusatur, vt. C. de rei vendic. l. si fundus. nisi in quatuor casibus notatis. s. in eadez diffinitione,
31 circa prin. Debet insuper aduocatus actoris curare solicite, † vt reus per iudicem interrogetur an possideat rem petitam, hec. n. interrogatio debet fieri vt. ff. de interroga. actio. si seruum. §. in in re. ff. de rei vendica. officium. ꝛ etiam ante litis contestationē debet fieri interrogatio secundum opinionem quorundam sapientum. ꝛ de hac materia notatur. ff. de interrogat. actio. l. j. ꝛ. ij. ꝛ. l.
32 de etate. Preterea sciendū est, † ꝙ non est necesse in libello, quū agitur rei vendica. vt causa inseratur, stultus enim esset reus si peteret causam sibi edi. naz si actor succumberet ex illa, posset postmodum experiri ex alia, ꝛ non obstaret sibi exceptio rei iudica-
33 te, vt. ff. de exceptio. rei iud. l. si mater. §. si quis. † Sin autem causam non inseruit, ꝛ succubuit, ex alia causa postea agens non auditur, quia omne ius suum vndecunqꝫ ꝛ qualitercunqꝫ in iudicium deduxisse videtur, vt. ff. de exceptio. rei iudi. si mater. §. ꝛ an
34 eadē, ad fi. §. Si vero sit actio ꝑsonalis, † q̄ instituit̄, dz aduocat⁹ actoris in libello cōprehēdere rē quā petit, vt. ff. de rei vendic. l. si in rem. §. sed si vestimenta. ꝛ argum. ff. de dolo. l. sed si ex dolo. §. fi. ꝛ. l.

ff. ꝛ. l. seq. ꝛ argu. ff. de iniur. l. pretor edixit. j. respon. Item debet inseri cā in personali actione, vt. ff. de excep. rei iudi. an eadeꝫ. §. actiones. ꝛ de cā inserenda multe leges extant. ff. de his qui not. infa. l. ij. cū dicatur ibi, quum miles de militia mittitur. ꝛ alibi dicitur, arbitrium requiratur ꝛ causa. C. de edic. diui Adrian. tollen. l. fi. sic ꝛ alibi dr̄ inserenda est causa qua tutor remouet̄. ff. de suspec. tut. l. iij. §. fin. ꝛ. l. he enim. Si vero quātitas petatur, ipsa quantitas exprimenda est, vt. C. de epis. ꝛ cleri. auct. generaliter. Item actio competens est inserenda ꝛ proponenda. ꝛ ideo sic libellus fieri debet in singulari ꝛ personali actione.

℄ Qualiter concipiatur libellus in singulari ꝛ personali actione.

35 **Vobis** † Iudici ꝯqueror ego titius, de sempronio, a quo peto talē rem mihi dari, qꝛ eā mihi dare promisit, ꝛ ad hoc propono certi ꝯditionē ex stipulatu, vt instit. de ver. obli. in prin. ff. si cer. peta. l. si quis certū. Quid aūt si quid certuꝫ, ꝛ quid incertū, legit̄. ff. de verb. obli. stipulationū. ꝛ. l. vbi aūt. Itē
36 qui agit reali vel personali actione dꝫ petere expensas, † nā regulariter victus victori ꝯdēnatur in expensis, vt. C. de iudi. properādū. §. fin aūt. nisi iustā cām habuerit litigandi, nam vbi citatus iustā cām habuerit litigādi, in expensis nō est ꝯdēnandus, vt in aucten. de iudi. §. oportet. ff. de lega. ij. l. qui solidū. §. ēt. nā non ꝺbet quis ius suū relinquere indiscussum, vt. ff. de peti. heredi. l. illud.
37 † Sed que posset esse iusta cā litigandi? Responde, iusta cā esse potest, si victus emit rem, pp quā conuenitur, quia nisi victus esset in iudicio nō haberet regressum ꝯ suum venditorē, vt. ff. de rei vendica. l. vtiqꝫ. ff. de euictio. si dictū. §. si compromisero. ꝛ. l. nō tamen. ff. de nego. gest. at qui nam. §. cū me absente. ff. de iniur. si qs de libertate. nisi ꝯrium esset verum. s. rem ad petitorem pertinere, nā tunc possessor posset rem restituere sine strepitu iudicij, vt. ff. de actio. emp. ꝛ vendi. emptorem. j. respon. Item potuisset victus habuisse iustam causam litigandi, si successisset in locum alterius, vt. ff. de regu. iur. l. qui alterius. in fi.

℄ In quibus causis sine libelli oblatione procedatur.

38 **Preterea** † Aduocatus actoris dꝫ diligenter examinare an cā sit talis, que posset expediri sine libelli oblatione, nam si sine libelli oblatione posset fieri, hoc esset expediens actori. ꝛ circa hoc sciendum est, ꝙ ad hoc ꝙ aduocatus actoris sciat qñ pōt procedere sine libello in iudicio, ꝙ olim nō dabatur libellus in ciuilibus causis, nisi in conuentione Illustriū personarum, vt probatur. ff. de eden. l. j. §. edere. ꝛ. C. de dign. lib. xij. In criminalibus ēt antiquitus dabatur libellus, vt. ff. de priua. delic. l. fi. ff. de fur. l. fi. ff. de accusa. libelloruꝫ. C. qui accu. non pos. qui crimen. Sed hodie ꝛ in ciuilibus ꝛ in criminalibus dandus est libellus generaliter, vt. C. de lit. contesta. auct. offeratur. nisi quando episcopus cognoscit de presbytero fugiente, vt in auct. vt iud. sine quoquo suffra. §. necessitatem. Item nisi qñ episcopus cognoscit inter clericos suos, vt in aucten. vt cleri. apud su. epis. conueni. §. j. Item qñ lites sunt breues non est dādus libellus, vt in aucten. de man. prin. §. sit tibi quoqꝫ. que auct. scripta est. C. de senten. ex peric. re. que incipit nisi breues. ꝛ qualiter breues sint, scriptum est super glosis ordina. in. d. auctē. nisi breues. ꝛ casus ēt ibi dicetur expresse. Item in quibusdam criminalibus non datur libellus, vt in crimine abigeatus, vt. C. de abige. l. j. Item secundum quosdam in casu quem habemus. C. de naufr. l. submersis. Item secundum quosdam vbicunqꝫ dicit lex de plano cognoscendum, non est dandus libellus, ꝛ de ista plenaria cognitione legitur in legibus, ꝛ specialiter. ff. de offi. procōs. ꝛ lega. nec quidqꝫ. §. de plano. ff. de accusa. l. leuia. ff. de adulte. miles. §. sexaginta. licet ille idem. §. huic sententie repugnet. Item non debet dari libellus in leuibus criminibus, vt. ff. de accus. l. leuia. Itē vbicunqꝫ potest procedere iudex ex officio suo sine accusatore, nō debet dari libellus. ꝛ sunt isti casus qui bene notandi sunt, in qui
39 bus sine accusatore proceditur. † Regulariter tamē est ꝙ sine accusatore nemo debet audiri vt. ff. de mun. ꝛ hono. l. receptum. §. si quis accusator. Sed casus sunt speciales in quibus proceditur sine accusatore, ꝛ sunt isti videlicet.

℄ Casus in quibus proceditur sine accusatore, not.

40 **In primis** † In falsa charta, vt. C. ꝺ proba. iubemus. Itē in falso teste, vt. C. ꝺ testib. l. nullū. Itē in iniuria facta sacerdoti in sacerdotio, vt. C. de epis. ꝛ cleri. si qs in hoc genus. Item in notorijs criminibus, vt. C. de accusa. ea qdem. Item in crimiee lenocinij, vt. ff. de adulte. l. ij. §. si publico. Item in crimine calumnie, vt. C. de calum. l. j. Item in crimine suspecti tutoris vt. ff. de suspec. tuto. l. iij. §. preterea. In istis eniꝫ casibus non debet dari libellus, que autem sunt breues lites in quibus non est dandus libellus, de quibus. s. dictum est, dicendū est secundū Azo. vsqꝫ ad. xl. aureos olim causa videbatur breuis, vt in aucten. de defenso. ciuit. §. ꝛ iudicare. vel secundū Hostien. in arbitrio iudicis est vtruꝫ sint breues lites. vel potestis dicere breues esse vsqꝫ ad quinquaginta libras auri, vt auct. de appel. §. illud quoqꝫ. col. iiij. vel vsqꝫ ad duos aureos, vt. ff. de dolo. l. vbi. ꝛ. l. si oleum. ꝛ. l. seq. vel vsqꝫ ad quinqꝫ aureos, vt. ff. de bon. damnat. l. diuus. vel vsqꝫ ad. x. aureos, vt. ff. sicut plusqꝫ per le. falcid. l. tertia §. quam.

℄ De contesta. litis.

Subsequenter Videnduꝫ est qualiter libello dato per actorem lis debeat cōtestari, ꝛ qualiter aduocatus actoris suum debeat exercere officiū, in-
41 stare enim debet, vt perueniatur ad contestationeꝫ litis. † ꝛ si maliciose reus differat contestari litem, proponēdo exceptiones dilatorias modo vnam, modo aliam, aduocatus actoris instare debet, vt iudex ipsi reo statuat terminum peremptorium ad proponenduꝫ oēs suas exceptiones dilatorias, qđ facere potest per. ll. istas. C. de inge. manu. diffamari. ff. de opti. leg. l. mancipioruꝫ. ff. de cura. bo. dan. l. j. ff. de heredi. institu. l. si quis instituatur. ff. de bo. aucto. iudi. possi. si seruus. ff. de lega. ij. l. si tñ. que est post illā cum quidam. ff. de iniur. pretor edixit. §. si plures. elapso illo ter-
42 mino tunc litem faciat contestari. † Qualiter contestatio fieri debeat, dic per narrationem ꝛ responsionem secutam in contradicēdo, vt. C. de lit. contesta. l. vna. C. de iureiur. calūnia. l. ij. j. respō. C. de iudic. rem non nouam. §. patroni. Sed quid si reus respondeat, dico me non teneri, ꝛ hoc dico nō animo ꝯtestandi litē, nūquid facta est litis contestatio, ꝛ certe non. arg. legis que dicit in creditore qui consentit in venditione pignoris, saluo iure suo, qui nō vr̄ iuri suo renunciare, nec pignus remittere, vt. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. sol. si debitor. §. in venditione.

℄ De positionibus.

43 **Lite** Vero contestata, faciat positiones, † de quibus longū esset tractare sup singulis actionibus, ꝛ idcirco hec omitto, sed diligens aduocatus libellū videat ꝛ naturā negocij, ꝛ
44 sm petitionē ꝛ naturā libelli positiones faciat. † Sed nūqd positioni legis vel iuris est respondēdū, vt ecce ponimus ꝙ lex dicit sic, vel statutum. ꝛ vr̄ ꝙ rñdendū sit positioni legis, iuris vel statuti, vt arg. ff. de iureiu. l. fi. vbi dicit plerūqꝫ an de facto an de iure, ꝛ tñ dōm est ꝯrium. ecce ratio, qꝛ ius certū ꝛ finitū est, vt. ff. de iur. ꝛ fac. ignor. l. ij. nec ob. l. in ꝯtrarium allegata. ff. de iureiur. l. fi. qꝛ qđ dicit ibi de iure ꝛ facto. i. ꝛ de facti qualitate, simul expositio fit. C. si ꝯ ius vel vti. publ. l. prescriptionē. sup verbo in iu-
45 ris narratione. † Itē nūqd positioni negatiue est rñdēdū, ꝛ vr̄ ꝙ nō, qꝛ negatiua nō pōt probari, vt. C. de probat. l. actor. ꝛ tñ dōm est ꝯriū iudici videbit̄ vt negatiua positio fiat, ꝛ specialiter in de
46 fectū pbationū, † cū ꝯfessio sit vnū genus pbationis, ꝛ pbationū facultas nō dꝫ angustari, sed dꝫ pinguari ꝛ dilatari, vt. C. de hereti. l. qñ. ff. de proba. l. cū proba. C. de questio. l. interrogari. cum
47 multis suis similibus, † ꝛ cū pertineat ad officiū iudicis veritatē inquirere ꝛ indagare, ꝛ eā exaiare, vt. xxx. q. v. c. iudicē. ꝛ in aucten. vt defun. seu fu. in prin. ꝛ. C. de eden. is apud quē. ꝛ lex dicit vt veritas eruatur. ff. si quis cau. si eū. j. respon. ff. de iureiur. l. iurāndū, ꝛ ad pecu. j. respon. cū suis similibus. preterea reperitur in. l. ꝙ fuit rñsuꝫ negatiue positioni, vt. ff. de dona. l. cū qdā in
48 iure interrogatus. † iudex ēt pōt sine positione ex suo officio sup negatiua interrogare ad veritatē eruēdā, ꝛ hoc ēt seruat Romana curia.

℄ De intentionibus formandis.

Factis Positiōibus, aduocatus actoris dꝫ formare capitula seu intētiones, sup qbus vult pducere te-
49 stes. ꝛ ꝙ capitula dēat dare, ꝛ sint dāda, pbat̄ p legē, † que dicit ꝙ nō dꝫ aliqs admitti ad pbādū id, quo pbato actor nullū admi-
50 niculū ꝯsequat̄, vt. C. de pba. l. ad pbationē. † Sꝫ qd si testes sūt testificati vltra ea q̄ in capitulis ꝯtinent̄, nūqd valebūt. d. testiū. ꝛ glosatū ē in glosis cōibus ꝙ nō p hec iura. ff. ꝺ peti. hr̄dit. si qs libe. in fi. C. q legi. pso. l. momētarie. ff. de iureiur. si duo p̄roni. §. idem iulianus. tamen sic dicere simpliciter non placet. Sed distinguendum est vtrum ea que. d. sunt vltra p testes sint ꝺ appēdicijs ꝛ cōnexis caploꝝ, an sint prorsus extranea, ꝛ siquidē sint ꝺ cōnexis vel appēdicijs, valent, si aūt prorsus extranea nō valent, ꝛ hec distinctio pbat̄ p. l. C. de tempo. appel. l. per hanc.

℄ Quid faciendum sit testibus productis.

51 **Productis testibus** † Attestationes faciat aperiri, ꝛ terminum reo faciat assignari ad allegandū ꝛ pducendū instrumēta, ꝛ dicendū quid vult de iure suo. Post hūc vero terminuꝫ

peremptorium faciat assignari ad sniam audiendam, cũ sine per-
emptorio edicto snia diffinitiua non teneat, vel sine eo qđ per p-
emptoriũ habetur, vt.ff.de iudic. ad peremptorium cũ.ll. sequen.
& ff. que senten. sine appel. re. l. prima. §. item cũ ex edicto. C. quo-
mo. & quand. iud. l. tres.

De sententia diffinitiua.

52 Sed † Nunquid snia diffinitiua põt ferri proposito perem
ptorio ad domũ rei, cũ ipse reus non sit inuentus. & vi-
detur q̃ nõ, cũ peremptoriũ ad notitiã rei debeat peruenire, vt.ff.
que sen. sine appel. re. l. j. §. item ex edicto. tñ contrariũ dõm est
per iura que dicunt citationem, seu denunciationẽ fieri posse ad
domum. C. de ann. except. l. vt perfectius. ff. de damn. infec. l. iiij.
§. totiens. & §. abesse. ff. q̃ vi aut clam. l. aut qui.

An credendum sit nuncio.

53 Sed † Nunquid creditur nuncio, seu ministrali, qui dicit se
p̄ecepisse reo vt veniat ad audiendã sniam diffinitiuã
corã iudice tali die, vel aliud precipiat ei de mandato iudicis. &
vr̃ pluribus rationibus q̃ non, q: vox vnius, vox nullius. C. de te-
stib. iureiurandi. ff. de quest. maritus. Secũda rõne, q: curiosis,
siue officialibus non creditur, nisi quatenus ipsi probauerint, vt
.C. de cur. l. j. Itẽ custodibus militũ non creditur, vt.ff. de custo.
reo. l. diuus. Itẽ soli arbitro non creditur, vt. C. de arbit. ne in ar-
bitris. Itẽ soli tabulario nõ creditur, vt in auct. de hered. & falc.
§. si vero absunt. Contrariũ tñ dõm est pluribus rationibus. s.
vt credatur nuncio siue ministrali. nam ipse iurauit suum officiũ
fideliter exercere. nõ est credendum q̃ sit immemor diuine salu-
tis, vt. C. ad le. iul. repe. l. fi. Itẽ si ei non crederet̃, nil operaretur
eius officium, qđ esse nõ debet. Itẽ q: dr̃ q̃ officiali nuncianti cri
men notoriũ creditur, vt. C. de accusa. ea quidẽ. & q: alibi dicit. l.
iudex habeat nunciatorẽ suũ, qui sibi referat quid agat̃. ff. de offi.
prefec. vigil. l. j. §. quies. & alibi dicit lex, iudex mittat viatorẽ suũ
sciat vbi vertitur pecunia popularis, vt.ff. de reb. eo. l. magis pu
to. §. vero. & argu. ad hoc. C. de tri. exac. l. apparitores. lib. x. Cõ-
siliũ tñ optimũ est, vt duo mittantur ad ipsum reum, & sic per eos
54 plena fiet probatio, vt.ff. de testib. l. vbi. † Sed nunquid in die p-
emptorij poterit sententiare iudex, & vr̃ q̃ non, nã tota dies cedit
arbitrio citati, vt alibi de promissore legit̃, q̃ eius arbitrio cedit
totus dies. ff. de verb. obl. qui hoc anno. & l. qui pluribus. & insti.
de verb. obl. §. id autem. Sed tñ ꝯtrarium dicendũ est, sed in pri
ma hora diei sententiare non dz, sed hora suprema, hoc est circa
horam vesperum, nam si prima hora diei pronũciaret, faceret pre
iudicium reo, qui victus cõtumaciter videretur, & idcirco appel-
lare nõ posset. C. quo. appel. non recip. l. j. C. de iudi. properandũ
§. cum autem. ff. de iudi, & preter edictum ad fi. Tutius tñ faciet
iudex si ipsum reum in peremptorio cominetur q̃ in ea die pro-
nunciabit, argu. ff. de iudi. l. in peremptorio. tamen ẽm formã de
cretalis extra de offi. iudi. delega. c. consuluit. ex benignitate pos
set in sequenti die expectare & pronunciare si vellet. Sed argu. l.
videtur q̃ sit melius in die peremptorij p̄nunciare, vt.ff. quod vi
55 aut clam. l. vlti. §. fi. † Sed nunquid in nocte poterit pronunciare
vt valeat sententia. & videtur q̃ non, quia tenebre apte sunt ad de
linquendum, vt.ff. de ven. inspici. l. j. Item q: dicit. l. sedebunt aũt
iudices a mane vsq3 ad vesperas, vt in auc. de iud. §. sedebunt. tñ
dicendũ est ꝯ̃rium. s. vt teneat snia per hec iura. C. de transac. non
minorem. ff. de testa. l. ad testium. §. posse. ff. de fer. l. more roma-
no. Hec que dicta hucusq3 seu vsq3 nunc sunt, habent locum vbi
reus comparuit responsurus.

Quid facere debeat actor reo citato non veniente ad iudicium, & de tenuta danda.

56 Sed † Ponamus q̃ reus citatus vt veniret responsurus
petitioni titij, non venit, quid fiet? Respõdeo, actor pe
tet se mitti in possessionem rei petite, & olim ponebatur in posses-
sionem omnium bonorũ, vt.ff. quib. ex cau. in posses. ea. l. j. sed ho
die fit missio pro mensura dẽbiti declarati, & hoc dico vbi persona
li agitur actione, vt. C. de bon. aucto. iud. possi. auct. ei qui iurat.
Sed qualiter declarabitur debitũ. Rñdeo, summarim, vt in. d.
auct. ei qui. hoc est visa petitione actoris, & prestito sacramento
calumnie ab ipso actore, ẽm q̃ not. d. Azo in sum. de bon. auct.
iudi. possi. vr̃ tñ q̃ de calumnia nõ sit iurãdũ, olim. n. iurabat̃ in
singulis capitulis & articulis cause, vt.ff. ad exhibẽ. l. thesaurus.
ff. qui satid. cog. de die. §. iubet̃. ff. de dam. infec. qui bona. §. si qs
stipulatus. C. de iura. calum. l. j. hodie tñ iurat̃ semel in tota lite,
vt in auct. de his q ingred. ad appel. §. placet. & sic vr̃ q̃ snia. d.
Azo. nõ vera in hoc qđ dicit de sacro calumnie. vñ forte decla-
rabitur debitũ in hunc modũ vez, visa petitione actoris, & prestito
sacro ab ipso actore, q̃ tñ sibi debet̃ q̃tũ ipse petit, & sibi nõ esse
satisfactũ. & hoc seruat̃ in quibusdã ciuitatibus Lõbardie, & spe-
cialiter Mãtue, vel põt sustineri snia do. Azo. vt actor iuret de
calũnia. & qđ dr̃ in auct. de his qui ingred. ad appel. q̃ semel iu-
ratur in tota lite hoc verũ est, qñ reus cõparet, & iudiciũ accipere
paratus est, sed nisi ipse reus ꝯtumax est, & nolit rñdere, iurabit
57 actor de calũnia, quasi ex quadaz necessitate, † q: necessitas facit
legẽ cessare, vt.ff. de offi. consul. l. vna. tñ sciendũ est, q̃ actore mis
so in possessione, nõ dr̃ ipse actor possidere, sed hz quandã detẽta
tionẽ tñ, & non possessionẽ, vt.ff. de acq. pos. l. possideri. §. fi. ff. ex
quib. cau. in poss. ea. l. cũ legati. ff. vti possid. si duo. §. creditores.
58 † Sed nunquid reus contra quẽ mittat̃ actor in possessionez, erit
deijciendus de possessione. certe nõ, vt.ff. de dam. infe. si finita. §.
59 si quis aũt. † Sed qs colet terrã, in qua missus est actor in posses-
sionẽ cã rei seruande? dõm, q̃ is ꝯ̃ quẽ facta est missio, dz colere,
sed eo neglĩgẽte, colere posset actor, vt.ff. vt in posses. leg. is cui. §.
60 qui legatorũ. † Sed qualiter hec missio que fit eo nõ veniẽte ad
iudiciũ appellatur, & certe aliqui appellant eam cã rei seruande,
vt.ff. de acquir. pos. l. iij. §. fi. ff. ex quib. cau. in posses. ea. l. cũ lega-
ti. Alij vocant eam. l. tedialẽ possessionẽ, vt.ff. vt in pos. l. is cui. j.
61 respon. † Sed nunquid petitor missus in possessionẽ rei seruande
cã fructus faciat suos, & diminuat fructus ex re in cuius posses-
sione missus est? & dõm est, q̃ nõ, sed oẽs restituendi sunt reo, vt.
ff. de bon. auct. iud. possi. l. pretor ait. ff. vt in posses. lega. l. is cui.
§. qui legatorũ. nisi in certis casibus vnus est in petitione heredi
tatis pp nimiã cõtumaciã rei, vt.ff. ex quib. cau. in posses. ea. l. ful
cinius. §. fi. Alius est in muliere missa in possessiõe cã ventris. vt
.ff. si mul. in pos. ven. cau. mit. l. j. §. interest. Alius in missione fa-
cta p Carbonianũ edictũ. vt.ff. ad carbon. l. ius. §. q aũt. Alius in
filia, vel nepte defuncti missa in pos. legata cã rei seruãde, vt.ff. vt
62 in pos. lega. que legatorũ. † Sed vsq3 ad qđ tp̃s poterit iste reus
recupare possessionẽ in qua missus est actor rei seruãde gratia. &
certe vsq3 ad. xxx. annos, ẽm quosdã, & nõ vltra, nisi ẽm decretuz
interueniat, cũ ipse actor in possessione missus nõ possideat vt di-
63 ctũ est, & sic nõ prescribet, † q: regulariter q nõ possidet nõ vsuca
64 pit, vel p̃scribit, vt.ff. de vsucap. l. sine possessione. † Sed nunquid
reus reuersus volens recupare tenutã dẽbebit ipsi actori restituer̃
impẽsas. & certe sic, vt.ff. & C. de bo. aucto. iudi. possi. auct. ei qui
iurat. & C. de iudi. l. sancimus. Sed esto q̃ in quibusdã terminis
reus fuit pñs, postmodũ fuit absens p aliqua tp̃a, & tenuta data
fuit actori cã rei seruãde, & reus reuersus vult repare tenutã, actor
petit expẽsas nõ tñ ipsius tp̃is quo fuit inobediens reus, sz & ẽt
alias expẽsas precedẽtes, nũqd põt. & vr̃ q̃ sic, argu. C. de episc.
& cleri. l. oẽs. §. fi. vbi dicit oẽs expẽsas ab exordio litis factas. sz
ꝯ̃rũ dõm est, q: nõ dz puniri reus in quo non deliquit, sed tñ in
eo quo deliquit, vt.ff. de vulga. & pupil. substitu. ex facto. §. iulia-
nus. C. com. de subst. authen. oẽs peregrinos. & hec qđ decidit̃
in hũc modũ p. l. que est. C. de iudi. sancimus. vbi dicit ex hmõi
65 vitio idest ꝯtumacie in listas. † Sed qd p̄derit hec tedialis mis-
sio facta cã rei seruãde ipsi actori. Rñdeo q: reus tedio affectus
de iure veniet rñsurus, vt.ff. vt in pos. leg. is cui. j. respon. & post-
modũ poterit actor impetrare ẽz dcretũ, p qđ ꝯstituat̃ ipse actor
dñs, si is ꝯ̃ quẽ missus ẽ erat dñs, & si nõ erat dñs, acqret cãz pre
scribendi, vt.ff. de dam. infec. si finita. §. iulianus. & l. pretoris §. j.
66 † Sed quãtũ tp̃s interueniet inter primũ & ẽm decretũ. Rñdeo,
dicunt quidam q̃ statuitur arbitrio iudicis, vt.ff. de iur. delibe. l.
prima. j. respon. ff. de damn. infec. qui bona. §. fina. & l. si finita. §.
non statim. Sed quid erit arbitrium iudicis. certe secundũ quã
titatem petitam, & secundum conditionem personarum, argu. ff.
de iudic. Alij dicunt, q̃ post annum a tempore primi decreti de
bet secundum decretum interponi, vt. C. de prescript. xxx. vel. xl.
anno. si quis emptor. §. sed si quis. Quidaz tamen dicunt, q̃ post
biennium, vt. C. de iu. dom. impetr. l. fina. Quidam dicunt post
quatuor menses, vt. C. de vsu. rei iudi. l. sancimus. Quidam di-
cunt infra duos menses, vt.ff. de re iudi. l. debitoribus: Quidam
dicunt post. x. dies, vt.ff. de constitut. pecun. promissor. Sed pri-
ma sententia verior est, scilicet, q̃ arbitrio iudicantis relinquat̃,
ipse tamen iudex non debet nimis festinare, vt.ff. de dam. infect.
67 l. si finita. §. non autem. & §. forte. † Sed quid si actor experiatur
reali, & reus non veniat ad iudicium. distinguitur in lege, aut
reus latitat, aut alias contemnit venire, & sic non latitat. Nam
si latitat, fit missio in possessionem omnium bonorum. Si non
latitat fit missio in possessionem rerum petitarum tantum, vt.ff.
ex quibus causis in possessione eatur. l. fulcinius. §. item videa-
68 mus. et. §. celsus autem. † Sed queritur vtrum missus in pos-
sessionem in reali possideat. Quidam dixerunt q̃ non, sed tantũ
elapso anno, per. l. C. de prescrip. xxx. anno. si quis emptor. §. sed

& si

⁊ si quis. Alij dicunt contrarium, quorum sententia vera est. nam illa,
eadem lex dicit, ꝙ veniens infra annum, recipit, siue recuperat pos-
sessionem. ergo eam ante annum perdiderat. ⁊ ꝙ statim pos-
sideat, probat. l. ff. de dam. infe. l. a quo fundus. C. quom. ⁊ quan.
iudi. consentaneum. arg. ad hoc. ff. si seru. vend. is cuius familia.
69 ⁊ hec fuit snia. d. Jo. † Sed quero an sm decretuꝫ debeat inter-
uenire in reali actione. ⁊ certe non quia qui agit rei vendic. dicit
se dñm, vt. ff. de rei vendi. l. in rem. qui petit sm decretuꝫ, petit do
minium in se transferri, vnde esset contrarius sibi ipsi. Unde nõ
debet audiri, quia si esset dñs, amplius dñs fieri non posset, nam
res mea amplius q̃ȝ semel mea fieri non potest, vt insti. de le. §. si
res. ff. de acquiren. posses. l. possideri. §. ex pluribus.

¶ De Aduocato rei.

Sed esto ꝙ reus vocatus a principio venit, videndum
qd sit officium aduocati rei. ⁊ circa multa con
70 sistit eius officium, † nam consistit in hoc, vt videat an is qui agit
possit experiri. s. vtrum sit seruus, an liber. maior. an minor, ⁊ v-
trum suo nomine experiatur, an alieno. ⁊ si quidem seruus est. eũ
repellere debet, quia seruus in iudicio esse non potest, vt. C. de iu
dic. seruus. ff. si quis caut. l. quomodolibet. nisi in certis casibus
vt. ff. de iudi. l. lis. Si autem sit liber ⁊ minor ex. xxv. annis, eũ re
pellere potest, nisi sit in iudicio cum auctoritate sui tutoris vel cu-
71 ratoris, † naꝫ regulariter sine auctoritate sui tutoris vel curatoris
in iudicio esse non potest, siue sit in causa criminali, siue sit in cau
sa ciuili, vt. C. qui legi. per. l. j. ⁊. ij. C. de an. pre. l. daruꝫ. nisi in ca
sibus in quibus minor potest esse in iudicio sine auctoritate sui tu
toris vel curatoris, vt in iudicio momentanee possessionis, vt. C. q
legi. perso. l. momentarie. Iteꝫ in iudicio de libero homine exhi
bendo, vt. ff. de libe. hom. exhib. l. iij. §. hoc interdictum. Item vi-
dere debet, an is qui agit experiatur nomine suo, vel alieno, vt. ff.
de nego. gest. si pupilli. §. videamus. ⁊. ff. de admi. tuto. l. quomo-
dolibet. §. item si pro temporali. si vero tanq̃ȝ tutor vel curator ex-
periatur debet aduocatus rei requirere instrumẽtũ tutele vel cu-
re. Itẽ diligenter videre debet an sit tempus vindemiaruꝫ vel fe
riarũ, nã si sit tempus vindemiarum vel feriarum, respondere nõ
cogitur, neqȝ ire coram iudice tempore non iuridico, vt. ff. si quis
in ius voca. non ie. l. ij.

¶ De iudice delegato.

Item debet Aduocatus rei diligenter considerare
an is qui vocauit, sit delegatus vel ordi
narius. Itẽ si sit delegatus, an sit cã que potuit vel nõ potuit dele
gari. ⁊ que cause delegari non possunt scriptum est. Item cogno
scere debet aduocatus rei, an causa delegata pertineat ad cogni-
tionem delegantis, nam si ad eius cognitionem, non pertineat, eã
non potuit delegare, vt. C. qui pro sua iur. l. vna. Item debet consi
72 derare an is qui delegatus est potuit delegari, † naꝫ si seruus de
legatus est nõ tenet delegatio, nisi cõi opinione omniũ liber eda-
tur, vt. ff. de offi. preto. l. Babarius. C. de sentent. ex peri. re. l. ij.
Item debet videre, an delegatus sit in tali etate, in qua sibi nõ po
tuit delegari, nisi a principe fuerit delegatus, vel nisi de partium
processerit voluntate, vt. ff. de re iudi. quidam consulebant. Si ve
ro causa sit talis que potuit delegari, ⁊ ad iurisdictionem delegã
tis pertinebat, ⁊ delegatus sit talis cui potuit delegari. Aduo-
catus rei debet diligenter videre, an aliqua causa sit, propter quã
possit eũ remouere, ⁊ remoueat eum, ⁊ si sit aliqua cã recusandi
eum, recuset, quam recusationem olim poterat facere vsqȝ ad li-
73 tis contestationem, vt. C. de iud. l. apertissimi † hodie videtur ꝙ. i.
xx. dies a tempore dati libelli, vt. C. de lit. cõtest. auct. offeratur.
An vero cãm suspicionis debeat assignare, in glosis cõibus scri-
ptum est, si enim causa suspicionis non sit allegãda, multominus
probanda. ⁊ hec fuit opinio quorundam, ⁊ hoc dicebant per mul
tas leges, ⁊ specialiter per has. C. de iudi. apertissimi. vbi dicit
suspectum iudicem puta. ff. ad trebel. quia potest. ff. de procura. l.
post litem contestatam. ff. de inoffic. testa. l. suspecta. ff. de adulte.
denũciasse. §. quid ergo. ff. de appel. l. perlusorio. Alij putauerũt
causam suspicionis esse dicendam per multas. ll. ff. de procurato.
post litem contestatam, cum. l. sequen. ff. de arb. l. non distingue-
mus. §. cum quidam. ⁊ argu. multarum. ll. ff. de his qui no. infa. l.
ij. ff. de suspec. tut. l. iij. §. fi C. de edic. diui Adr. tollen. l. fi. cũ mul
tis alijs similibus. Hec sententia verior est, ⁊ iure canonico ap-
74 probata. s. † ꝙ causa suspicionis sit inserenda, ⁊ probanda coram
arbitris, de quibus arbitris legitur. C. de iudic. l. apertissimi. ⁊. l.
75 fi. † Si vero sit iudex ordinarius non potest suspectus haberi vt
recusatur, vt. C. de iurisd. om. iudi. l. fi. ⁊. C. vbi de cri. agi opor. l.
perpetua. §. fi. Sed quibusdam certis personis concessum est in
forma priuilegij, vt possint iudices ordinarios recusare, igitur ce
teris omnibus intelligitur denegatuꝫ, vt. C. quan. Imper. int. pu
pil. ⁊ vid. cogno. l. vna. potest, tamen iudici ordinario associari tẽ
pus loci, vt. C. de iudi. aucten. si contigerit. Item quando vocans
est ordinarius, debet aduocatus rei inspicere an ibi cognoscere
velit iudex vbi ipse ⁊ sui maiores consueuerunt iudicare. nam si
alibi, non cogitur respondere coram eo, vt. ff. de insti. ⁊ iu. l. penul
ti. Item ipse debet inspicere an reus sit de iurisdictione vocantis
76 † nam si non esset de eius iurisdictione non compelleretur respõ
dere coram eo, vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. fin. ⁊ circa hoc notanda
est distinctio talis, aut certum est vocatuꝫ, esse de iurisdictione vo
cantis, aut certum est non esse, aut dubitatur. ⁊ siquidem certuꝫ ẽ
vocatum esse de iurisdictione vocantis, ad eum iudicem ire com
pellitur, alias mulctatur a iudice, vt. ff. si quis iusd. nõ obtemper.
l. vna circa prin. ⁊ posset iudex tenutam dare, vt in superioribus
declaratum est, ⁊ posset dare damnum sm loci consuetudinẽ. pos
set excommunicare si iudex esset ecclesiasticus, vt extra vt lite nõ
contest. c. tue, vbi de hoc dicitur. Ubi vero certum est vocatum
non esse de iurisdictione vocantis, non compellitur ire, vt. ff. de iu
77 risd. om. iud. l. fi. † Ubi vero dubitatur de iurisdictione vocãtis,
tunc pp dubium ire debet suum priuilegium allegaturus, vt. ff. de
iudi. si quis ex aliena. ff. si quis in ius voca. non ie. l. ij. In hoc ta-
men sit cautus aduocatus rei. s. ꝙ sciat vocantẽ reum non esse iu-
dicẽ, tunc a principio ante litis contestationem opponat fori pre-
scriptionem, vt. C. de excep. l. fi. ff. de iudi. l. sed si susceperit. alias
si ignorauit a principio suum iudicem non esse, poterit opponere
exceptionem fori, etiam post sententiam. Sed quero circa iudi-
78 cem delegatum, † si talis erat delegatus, qui poterat recusari pro
pter iustam causaꝫ, si causam alij committat, an valeat cõmissio?
79 ⁊ videtur ꝙ nõ, † quia qui non potest per se, non potest per aliũ,
vt. ff. de dona. int. vir. ⁊ vxo. l. iij. §. nõ tamen. ff. de vsucap. l. labeo.
. C. de hered. insti. l. neqȝ. C. quod met. cau. l. si per impressionem.
80 de contrac. iudi. l. vna. † Item delegatus vice fungitur delegan-
tis, ⁊ non sua, vt. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. j. §. qui man-
datam. ⁊. l. si pretor. Sed videtur ꝙ delegatus a principe possit
alij delegare, etiam si ipse suspectus sit, nam videmus ꝙ is q fuit
aduocatus in causa suspectus esset iudex siue assessor in eadeꝫ cã,
vt. C. de assello. l. nemo. tamen potest ipsam causaꝫ alij delegare,
vt. ff. de iurisd. om. iudi. l. pretor. Distinguendum est in hac que-
stio. vtrum delegatus predictam causam alij deleget anteq̃ȝ po-
stuletur suspectus, an postea. nam si anteq̃ȝ vt suspectus fuerit re-
cusatus alteri deleget, hoc poterit per legem predictam. ff. de iu-
risd. om. iud. l. pretor. Si vero post q̃ȝ suspectus ẽ, velit alteri de-
legare, non potest, quasi preuentus, vt. ff. de iudi. l. si quis postea.
81 Item quero circa delegatum, † si ante litis contestationẽ nõ erat
suspectus, ⁊ lite contestata superueniat causa suspicionis, nunqd
possit recusari? ⁊ videtur ꝙ non, p. l. C. de iudi. l. apertissimi. que
dicit post litis contestationeꝫ iudicem non recusari. Econtra vi-
82 detur ꝙ sic, † quia que de nouo emergunt, nouo indigẽt auxilio,
vt. ff. de interroga. act. de etate. §. ex causa, ⁊. ff. de procura. l. post.
nam procurator ex causa superueniẽti recusatur vel reuocat post
litis contestationem, vt in. l. predicta si post. ⁊ arbiter ẽt ex causa
superuenienti recusatur vt. ff. de arbitris. non distinguemus. §. cũ
quidam. Item ex cã superueniente ⁊ apparente postea iudex in
firmando tutorem, non sequitur voluntatem patris pupilli, vt. ff.
de testam. tut. l. pater. ff. de confir. tut. l. in confirmando. cũ. l. seq.
sed que sententia est verior? ⁊ certe ꝙ possit recusari propter cau
sam superuenientem post litis contestationem per iura. s. proxi-
83 me allegata. Subsequenter quero circa delegatum, † si delega-
tus ante litis contestationem aliquam tulit pro ipso reo interlocu
toriam, an postmodum possit ipsuꝫ recusare? ⁊ videtur ꝙ non, qr
approbauerit ipsum pro se quum iudex pro ipso interlocutoriam
tulit, ergo ⁊ merito contra se eum approbare debet, vt. C. de sen-
84 ten. ⁊ interlocu. om. iudi. cum Papinianus. † Itẽ semel appro-
batum, amplius reprobari non potest, vt. ff. de nego. gest. l. pom-
ponius. Item renunciationi iudicis tacite renunciasse videtur, ⁊
de tacita renunciatione in multis. ll. habemus. C. de pact. inter
vend. ⁊ empt. comp. l. commissorie. C. de in. do. in. l. ij C. de re iu.
85 l. ad solutionem. ff. de le. commiss. de lege. §. fi. ⁊. l. seq. † Econtra
videtur ꝙ possit eum recusare, quia non videtur eum approbare,
lȝ audiuerit ab eo interlocutoriã ꝓ se ferri, nã ipse sciebat ius suũ
vbicũqȝ vl' vbiqȝ durare, vt. ff. qb. mo. pig. vel hypo. sol. l. si cũ in
re cõi. §. nõ vr̃. Itẽ nõ agebat de renun. recusationis, ⁊ iniquũ est
86 perimi, de quo nõ ꝓbat cogitatũ, vt. ff. d trãsac. q cũ tutore. † In
hac. q. distinguo, aut ad simplicẽ postulationẽ rei tulit interlocu
toriã, aut ad postulationeꝫ vtriusqȝ. si ad postulationẽ rei, ampli⁹
eũ recusare nõ põt, qr iam eum approbasse videtur, vbi vero ad

postulationem actoris data est interlocutoria, ⁊ sic oportuit eum
rñdere, ⁊ tunc etiaꝫ post interlocutoriã ꝓ reo latam, poterit ipse
reus iudicem recusare, quia hoc fecit ex necessitate, qđ ei obesse
non debet, vt dicit. l. ff. de separ. l. ij. ⁊. l. vlti. ⁊ q2 ignoscendũ fuit
ipsi reo, si ipse pulsatus voluit se vlcisci, vt. ff. de bon. liber. l. qui
cum maior. §. si libertus. Si vero talis sit index qui recte recusa-
ri non possit, ⁊ talis sit persona actoris, qui recte possit agere, tũc
reus debet petere sibi libellum dari, secundum auct. positam. C.
de lit. ɔtesta. offeratur, ⁊ aduocatus rei dꝫ diligenter inspicere ⁊
videre an aliqua verba sint ambigua, an obscura, vel generalita-
tem inducentia, generalitatem enim euitare dꝫ aduocatus rei, cũ
87 † generalitas pariat obscuritatẽ, vt. ff. de iu. fi. l. ita fidei, ⁊ in ob-
scura oratione interpretatio dꝫ fieri pro actore, vt. s. dictum est ꝑ.
l. ff. de verbo. ob. inter stipulanteꝫ. §. primo. Itẽ dꝫ aduocatus rei
cõsiderare diligenter, an actio que proponitur in libello sit apta
vel inepta, nam si sit inepta, potest statim dicere si velit, ꝙ actio
sit inepta, ⁊ libellus ineptus, ⁊ tunc lacerabitur ipse libellus, vt.
ff. de accus. l. libellorum. Si autem voluerit expectare vsqꝫ ad tẽ-
pus sententie, potest hoc facere, ⁊ tunc poterit petere suum reum
absolui ꝑꝑ ineptam petitioneꝫ actoris, per. l. j. ff. si men. fal. mo.
dixe. §. ideo. Sed nunquid si reus absoluitur ꝑꝑ ineptam peti-
tionem positaꝫ in libello, poterit ipse actor redire, ⁊ proponere
aptam actionem? ⁊ certe sic, argu. ff. de pig. l. grege. §. sub con-
ditione. ff. de edil. edic. l. bouẽ. §. si sub conditione. Item dꝫ aduo
catus rei diligenter videre, an in libello actoris plures proponã-
tur actiones, vel vna tantum. ⁊ si plures actiones proponuntur,
tunc debet instare vt actor eligat vnam illarum, vt. ff. de tribu. qđ
in herede. §. eligere. ff. de lega. ij. cum filius. §. varijs. cum suis si-
milibus. Sed quidaꝫ voluerunt dicere ꝙ quis põt plures actio
nes proponere in hunc modum, argu. C. de inoffic. testam. l. eũ.
⁊. l. contra maiores. ff. quo. lega. l. ij. §. quia autem. in auct. de fide
iuss. §. sed neqꝫ. vbi dicitur siue personali, siue hypothecaria, siue
ambabus vti voluerit. Sꝫ illa rõ nõ est vera. Sꝫ distinguẽdum
est. aut certus est actor que actio sibi magis cõpetat, aut incertus
⁊ si quidẽ certus est, tũc dꝫ eligere vnam, vt dictũ est. Si vero in-
certus est, aut est hoc ꝑꝑ factũ suũ, aut ꝑꝑ factũ aduersarij, aut iu
ris ignorãtiã, aut ꝑꝑ factũ extranei, aut q2 successit in locuꝫ alte-
rius. ⁊ si quidẽ ꝑꝑ factũ suũ propriũ est incertus, tunc debet elige
88 re, † q2 in facto proprio tolerabilis non est error, vt. ff. ad velleia.
quãqꝫ. si vero ꝑꝑ factũ aduersarij, vt q2 suus aduersarius eũ certuꝫ
non reddit, tunc põt proponere plures actiones, protestando, tñ
se velle ius suũ consequi ex iure, vt. ff. quo. lega. l. j. §. q2 aũt. vbi ve
ro incertus est ꝑꝑ imperitiã iuris que actio sibi magis cõpetat,
tũc dꝫ consulere peritiores, ⁊ vnã dꝫ eligere actionẽ, nã si cũ peri-
tioribus tractatũ habuerit non errabit, vt. C. de ingen. manum. si
aniã. ⁊ ꝙ qs dꝫat ɔsulere peritiores ꝓbant iura. ff. de iu. ⁊ fac. ign.
l. regula. §. si de iure. ff. de bo. pos. l. in bonoꝝ. ff. qs or. in bo. poss.
ser. l. ij. in fi. Si vero incertus est ꝑꝑ factũ alicuius extranei, tũc
89 dicunt quidã, ꝙ plures põt proponere actiones, † q2 in alieno fa
cto tolerabilis est error, vt. ff. pro suo. l. fi. sed certe non est verum,
q2 ipse dꝫ laborare vt certus sit, ⁊ incertitudo actoris non dꝫ obes
se reo, nam in potestate actoris est qñ experiat, ⁊ ipse certus esse
dꝫ, arg. ad hoc. C. ad leg. Corn. de fal. l. ⁊ si negociũ. C. de dila. si
qñ. C. de temp. in integ. restitu. l. petende. ff. de except. do. l. pure.
in fi. Si vero incertus sit ꝑꝑ factũ alterius in cuius locum succes
sit, tunc dixerunt quidã eũ posse plures actiones proponere, per.
l. ff. de reg. iur. qui in alterius. sed ipsi male dicunt per finẽ ipsius
legis, que dꝫ s. Habeant etiam in memoria aduocatus actoris ⁊
aduocatus rei hanc distinctionẽ, q2 cũ plures actiones cõpetunt
alicui, aut omnes penales sunt, aut rei persecutorie, aut vna pe-
nalis, ⁊ altera rei persecutoria. ⁊ si quidem oẽs penales sunt, aut
descendunt ex eodẽ delicto, aut ex diuersis. ⁊ si quidem ex eodeꝫ
delicto, tunc vna instituta tollitur altera, nisi in eo ꝙ plus est in
vna quã in altera, vt. ff. vi bon. rap. l. j. ff. arb. fur. ces. l. j. ff. de actio. ⁊
oblig. l. plura delicta. ⁊. l. cum ex vno. ⁊. l. qui seruũ. Si vero ex
diuersis delictis descendant, tunc vna instituta nõ tollitur altera,
nec enim delictũ ob aliud delictũ minuit penaꝫ, vt. ff. de priua. de
lic. l. nonnunqꝫ. Si autem ambe sunt rei persecutorie, aut compe
tunt contra eundem, aut contra diuersos. ⁊ si quidem contra eun
dem, tunc vna instituta, tollitur altera, vt. ff. loca. l. si merces. §. cul
pe. si autem contra diuersos, tunc vna instituta non tollitur alte-
ra, vt. ff. de tabul. exhib. l. locũ. §. condemnatio. Si vero vna sit pe-
nalis, altera rei persecutoria, tunc vna instituta non tollitur alia,
vt. ff. de condi. fur. l. si quod fuit. §. furti. ff. de fur. si pignore. §. cuꝫ
furti. hec vera sunt, vbi vna penalis esset originaliter, secus esset,
si vna penalis esset nõ originaliter, sed per accessionẽ, vt in actio-
ne quod metus causa, vt. ff. quod met. cau. l. metum. §. licet tamẽ.
⁊. ff. nau. caupo. stabul. l. ⁊ ita. §. fi. vbi etiam de hoc not. Item de
bet aduocatus rei esse diligens in hoc, vt si possit euitare ⁊ decli-
90 nare iudicium, ꝙ euitet. ⁊ idcirco queritur, † an reus opponendo
exceptionem peremptoriam ante litis contestationem possit iudi
cium euitare, ne lis contestetur? ⁊ videtur ꝙ non. nam lege caue-
tur ꝙ peremptorie exceptiones proponuntur post litis contesta-
tionem, ⁊ ante sententiam, vt. C. senten. re. non posse. l. perempto-
rias, exceptis quibusdam casibus, in quibus etiam lata sententia
potest proponi, videlicet in milite, qui opponit exceptionem etiã
post sententiam, vt C. de iur. ⁊ fac. ignor. l. j. Item in minore, vt. ff.
de mino. l. minor. xxv. an. omissam. Item in exceptione Mace-
don. Item in exceptione velleia. ⁊ maced. vt. ff. ad macedon. l. tã
⁊ si. Item in exceptione cedendarũ actionum, vt. ff. de fideiusso. l.
si fideiussores. §. idem. Item in exceptione ne conueniatur quis,
nisi in quantum facere potest, vt. ff. de re iudi. nensenius. in fi. Itẽ
in exceptione falsi procuratoris, vt. C. de procura. l. licet. Item in
exceptione iudicis non competentis, vt. C. si a non compe. iud. l.
fi. Item in exceptione venalitatis sententie, vt. C. quan. prouoca.
non est neces. l. venales. Item in qualibet exceptione per quã cõ
tenditur iudicium nullum fuisse. Alias post sententiam non op-
ponitur exceptio peremptoria, sed post litis contestationẽ, ⁊ an-
te sententiam. Econtra videtur ꝙ exceptio ꝑemptoria impediat
litis contestationem, vt. ff. de condi. indeb. elegãter. §. si quis. vbi
dicitur, volenti enim liteꝫ contestari potuit opponi exceptio do-
li. ⁊ in decre. d. Inno. Pape. iiij. extra de litis contesta. excep.
que sumpta fuit ex. l. ff. ad turpil. l. j. §. vlti. excipiuntur tres cãus
in quibus exceptio peremptoria litis contestationẽ impedit. Be
ne potest tamen dici secure ꝙ exceptio rei iudicate, exceptio trã
sactionis, ⁊ exceptio iuris iu. exceptio pacti facti de non petẽdo
impediat litis contestationem per. l. predictam. ff. de ɔdi. indebi.
eleganter. §. si quis. Item oẽs alias exceptiones dilatorias quas
opponere potest reus, opponat ante litis contestationem, vt. C. de
probatio. l. exceptio.

¶ De sacramento calumnie.

Lite vero Contestata, iurabitur de calũnia ab vtraqꝫ parte, ⁊ primo ab actore, ⁊ postea a reo, vt
.C. de iura. calum. l. ij. j. respon. §. j. Non obstat qđ legitur instit.
de pena teme. litigan. in versi. naꝫ reus. ⁊. §. item actoris. q2 licet
ibi dicatur, nisi primo iurauerit reus, per hoc tamen non intelli-
gitur, ꝙ primo iurare debeat reus quã actor, sed ꝙ nõ prius audia
tur actor quã reus, nisi prius de calumnia iurauerit. Sacrm aũt de
calumnia ita demũ prestatur si exigatur, vt. ff. de iureiu. l. iusiurã-
dũ ⁊ ad pecu. §. qui iurandi ius. ff. de oper. no. nuncia. de pupillo
91 §. qui opus nouũ. † Expresse vero de consensu partium remmit-
ti non potest, vt. C. de iur. calum. l. ij. §. sed quia veremur. Lite ve-
ro contestata, sacro calumnie prestito, si exactum fuerit iusiuran-
dum, tunc reus faciat suas positiones super suis exceptionibus,
ipse enim reus excipiendo fit actor, vt. ff. de proba. in exceptioni-
bus. ff. de excep. l. j. dꝫ enim reus suas exceptiones probare tunc
demũ quum actor probauerit suam intentionem, saluo eo ꝙ non
probat exceptionem non numerate pecunie, vt C. de non numer.
92 pec. si ex cautione. † Quid si actor vel reus in positionibus inter
rogatus, dicat se dubitare, nunquid dabitur ei tempus ad delibe
randum? ⁊ videtur ꝙ sic, per hec iura. ff. de pet. hered. si debitor.
.C. de iur. deliber. si curatoris. ff. de iureiuran. iusiurandum ⁊ ad
pecu. j. respon. ⁊ hoc quidam simpliciter ita dicere voluerunt.
Alij distinxerunt, an interrogatus dubitet de facto suo, an de alie
no. si de facto suo, non detur ei tempus ad deliberanduꝫ, † quia
93 de facto suo non est tolerabilis error, vt. ff. ad velleia. quanqꝫ. Si
94 autem in alieno tunc dabitur ei tempus ad deliberanduꝫ, † quia
in alieno facto tolerabilis est error, vt. ff. pro suo. l. fin. Potest ta
men probabiliter distingui, aut interrogatus dicit se dubitare de
facto suo, aut de alieno. si de alieno, datur ei tempus ad delibe-
randum per iura predicta. Si vero de facto suo dicit se dubita-
re, subdistinguendum est, aut dubitat de recenti facto, aut de an-
tiquo. Si de recenti, non dabitur ei tempus ad deliberandum ꝑ
95 l. predictam quanqꝫ. Si vero de antiquo, tunc dabitur, † quia ex
temporis diuturnitate res traditur obliuioni, vt. ff. ad carbon. l.
tertia. §. due autem cause. Preterea cum actor vult probare in-
tentionem suam, aduocatus rei debet capitula actoris super qui
bus actor probare intendit, facere dari reo, at ipse aduocatus
rei debet videre an in ipsis capitulis actoris sit aliqua nega-
tiua facti, ⁊ si hec negatiua facti inueniatur, faciat eam de-
96 beri, cum † negatiua facti directo per rerum naturam pro-
bari nõ possit, vt. C. de probatio. actor. ⁊ idcirco aduocatus rei, ⁊
etiam

etiam actoris hanc distinctionem in mente habere debeant. Ne
97 gatiuarum† alia est facti, alia est iuris, alia qualitatis. negatiua facti subdiuiditur. alia est enim negatiua simplex, et illa non probatur directo per. l. predictam. C. de probatio. actor. sed per obliquum potest probari, vt quia probo me in remotis partibus fuisse in die contractus qui presentiam partium exigebat, vt. C. de cōtrahen. et com. stipul. optimam. et sic aliquid conceditur per obliquum, quod non concederetur directe, vt. ff. de au. pre. l. ij. in prin. Alia enim est negatiua facti, que habet in se implicitam affirmatiuam, hoc nego illum fuisse sane mentis, nam videor affirmare illum furiosum fuisse, vt. C. de codicill. l. nec codicillos. et idcirco ego sic negans debeo illam negatiuam probare, vt in. l. predicta nec codicillos. vbi vero est negatiua iuris, tunc is qui negat eam probare debet, vt. ff. de probatio. ab ea parte. quia omnia inueniuntur a iure concessa, nisi reperiantur prohibita, vt. ff. ex quib. cau. maiu. l. necnon. §. quod eis. C. de relig. l. statuas. ff. de censi. l. ij. ff. de procura. l. mutus. §. cū queritur. vbi vero est negatiua qualitatis, tūc ego distinguo, aut est negatiua qualitatis existentis, et idoneitate intrinseca, vt quum dicitur, tu non es bonus, tu non es amicus benemeritus, et sic de similibus, tunc negans debet probare, quia quilibet presumitur bonus amicus, et benemeritus, nisi contra probetur, vt. C. de inoffi. testam. l. omnimodo. ff. de euict. l. penul. ff. de lega. iij. l. cum quidam. et. l. cum pater. §. rogo. Aut est negatiua qualitatis consistentis in idoneitate extrinseca, vt de facultatibus, vtputa quum dicitur tu non es diues, et tunc is qui diuitem se affirmat, hoc probare debet, vt. ff. qui satisda. cogan. l. si vero. §. qui pro rei. C. de probatio. ex persona. et. l. fine. arguo contra. ff. de priuil. credi. si creditores. in fi. Item aduocatus rei videre debet an aliquod capitulum sit impertinens, nam illud non est admittendum, vt. C. de probatio. l. ad probationem vti. Post modum debet aduocatus rei scribere interrogationes que fiunt testibus, nā
98 †interrogandi sunt testes, vt. ff. de testib. testium. et in hunc modū facere interrogationes, interrogo testes qui producuntur a titio contra Sempronium, de omnibus et singulis vt dicant qualiter et quomodo sciunt, et si dixerint que continētur in causa sic debet interrogare quomodo sciunt. Item in quo loco fuit celebratus ipse contractus. Item qui erant presentes. Item quo anno, quo mense, quo die, qua hora. Item quibus verbis vsi fuerunt ipsi contrahentes. et alias interrogationes debet excogitare aduocatus rei, que sint ad inuestigationem veritatis, et que sint ad testes redarguendos, si aliquam dixerint falsitatem, sicut natura cause et capitulum requirit, ita formet notulas super eis. Sed nunquid coguntur respondere his interrogationibus, es ne infamis? es excommunicatus? et sic de ceteris. et videtur quod debeant respondere per. l. ff. de testib. testium. circa primam partem. l. Econtra videtur quod testis debeat tantum testificari de veritate eorum que in iudicio aguntur, vt. C. de testib. l. testium. C. de epis. et cleri. auct.
99 sed iudex. ad fi. eius. †Item nemo cogitur suam dicere turpitudinem, immo debet quilibet parcere suo pudori, vt. ff. manda. l. q nuncius. ff. de procurato. que omnia cum suis similibus. et licet de iure videatur ita seruandum, de consuetudine tamen contrarium seruatur, vt testes respondeant his interrogationibus. has enim interrogationes, is qui testes produxit scire nō debet. Item post modum ipse reus debet formare capitula super exceptionibus suis et defensionibus suis, et testes producere super illis. Primo
100 †enim probat actor, postea reus, vt. C. de probatio. exceptio. C. de prescript. lon. tempo. emptor. C. de exceptio. l. si quidem.

De publicatione testium, et quid fieri debeat ipsis publicatis.

101 **Testibus productis** † Et attestationibus publicatis et productis tunc defendat ipse producens dicta suorum testium, et ipsa dicta concordari nitatur, nam ordinata sunt dicta testium, vt dicit decret. et. l. loquens de voluntate testa. que ad concordiam reducitur, nam dicit lex, si testator scripsit filium suum heredem sibi ex duabus partibus hereditatis, et vxorem ex tertia. et si filia nasceretur vxorem instituit ex duabus, et filiam ex tertia. contingit quod masculus et femina nati sunt, et de hoc nihil erat dictum a testatore, iurisconsultus concordauit voluntatē testatoris in hunc modum, quia diuisit hereditatem in septem partes, vt filius habeat quatuor, vxor duas, filia vero vnam, vt. ff. de libe. et posth. l. si ita. sic et dicta testiū sunt ad concordiā reducenda. Item aduocatus rei testes ab actore productos reprobare nitatur. et circa hoc quilibet diligens aduocatus hanc distinctionem habeat in mente, quia testis interdum sibi ipsi contradicit, interdum vnus altero, interdū vnus pluribus, interdum inter se plures sibi inuicem contradicunt.
102 †et si quidem testis vnus sit contrarius sibi ipsi, tunc dictum suū non valet, vt. ff. de testib. l. qui falsa. et argu. C. de libe. cau. cum precium. Si autem vnus vni contradicit, tunc neutri est adhibenda fides, quia vox vnius vox nullius, vt. C. de testib. iurisiurandi. ff. de questio. maritus. Si autem plures contradicunt inter se, tunc quidam dicunt, si ab vna eademque parte fuerint producti testes, qui sibi inuicem contradicunt, nulli est fides adhibenda, vt est in scripturis diuersis ab vna eademque parte productis, vt. C. de fid. instrum. in exercendis. Sed ipsi male dicunt, aliud enim est in diuersis scripturis, aliud in diuersis testibus, quia circa scripturas diuersas producens potuit inspicere et videre, et peritioribus iuris ostendere, quod tamen si non fecit sibi imputet, quia non debent esse melioris conditionis stulti quam periti, vt. ff. quod vi aut clā. l. seruus. aliud in diuersis testibus, quia non potuit scire quid testes essent dicturi, et tunc aut sunt equales ipsi testes qui inter se contradicunt, et tunc dicta eorum debet concordare si potest, arg. d. l. ff. de liber. et posthum. si ita. Si autem concordare non potest, et sunt equales in numero et dignitate, tunc dicta eorum sequetur iu-
103 dex qui verisimiliora dixerunt. Idem et si dispares sunt, †non. n. ad multitudinem testium respiciendum est, sed ad sinceram testimoniorum fidem, et quibus potius lux veritatis assistit, vt. ff. de testib. ob crimen. §. fi. Si autem a diuersis partibus testes producuntur qui inter se contradicunt, tunc maior numerus prefertur nisi nori, et sic intelligitur. ff. de testib. testium. vbi dicitur alias numerus testiū, licet de ista materia distinguatur et glosetur. C. de testib.

De sententijs.

Testibus productis Et publicatis alleget vtraque pars de iure suo, et postmodum ad sententiam perueniatur sicut. s. dictum est. Sed lata sententia, si in ea ita contineatur citato reo peremptorie vt veniret ad sententiam audiendam, eo non veniente, per ea
104 que vidi et cognoui, condemno ipsum reum etc. †Quero si nō probatur de peremptorio proposito, nunquid stabitur tali sententie? et videtur quod sic, quia omnia presumuntur solemniter acta, nisi cōtra probetur, vt insti. de inuti. stipul. §. scriptum. ff. de verbo. obli. l. sciendum. insti. de fideius. §. fi. et quia presumitur pro auctorita-
105 te iudicantis, vt. ff. de offi. prefec. preto. l. j. §. his cunabulis. †Et quia res sic est interpretanda vt potius valeat quam pereat, vt. ff. de verb. obli. quomodolibet. ff. de re. dub. quomodolibet. et quia scripturis publicis stare oportet, donec contrarium probetur, vel in dicetur, vt. C. de probatio. cum precibus C. de reb. ali. non alien. l. j. et quia aliquando inuiolabiliter sic statur scripture publice. quod contrarium nō probatur. C. arb. tut. l. fi. C. ad velleia. l. antique. §. sed si quidē. C. ad macedon. l. fi. in fi. econtrario vero quod non stetur sententie, nisi probetur peremptorium propositum, vt. ff. que senten. sine appella. recip. l. j. §. cū ex edicto. Itē qui solennitatē dicit, debet eā probare, vt. ff. de public. quecunque. §. quod pupillo. Itē verba que sunt in sententia aut sunt verba tabellionis, aut sunt verba iudicis, et si quidē sunt verba tabellionis, nō est credendū ipsis verbis, vt in auct. de hered. et fal. §. quia vero absunt. Si sunt verba iudicis, non est similiter credendum verbis ipsius quia iudici non est credendum nisi quatenus constiterit legitimis documentis, vt dicit decret. et quia non omnis iudicis vox, iudicati continet auctoritatē, vt. C. de senten. et interlocu. om. iud. l. ex stipulatione. In hac quest. de sub. ilitate iuris, verum est pronunciādū, quod necesse eēt probare perēptoriū fuisse propositū, alias sententia nō valeret per iura proxime allegata, tū de consuetudine contrariū obseruatur. Circa sententiam tū sciēdū ē, quod in scriptis ē redigēda et legēda per iudicē, vt. C. de sen. ex peri. re. l. j. et. ij. et vlt. in certis casibus qui scripti sunt in predicto ti. et in auc. nisi breues. et in auc. vt cleri. apud prop. epis. quādo tū iudices pnt legere per alios vt. C. de sen. ex peri. re. l. j. Itē pōt sententia ferri sine scriptis quū preses conuenit vt reddat rōnē administrationis sue finito officio, vt i
106 auc. vt iud. sine quo. suffra. §. necessitatē. †Sed nūquid sententia pōt ferri a iudice stante, et nō sedēte. videtur et glosatū est cōiter quod talis sententia non teneat, cum officium iudicis sit sedere, aduocati stare, vt. C. de postbu. l. quisquis. C. de dilatio. l. a procedente. et in auctē. vt ab Illustri. et qui. s. ff. quis or. in bono. posses. serue. l. ij. §. dies. arg. etiam de. l. que dicit iudice sedente pro tribunali. ff. de in integ. resti. l. diuus. cum suis similibus. Contrarium tū posset dici, cū sedere non sit de solēnitate sententie, quid enim differt an iudex sedeat, vel stet? sane homo potest plurimum quum stat, quam quum sedet, et idcirco dicitur in. l. iudice pro tribunali sedēte, quia plerique cō sueuerunt iudices sedere in prolatione sententie gratia sue dignitatis augende, argu. ff. de offi. pre. obseruandum. Sed quod sit necesse iudicem sedere in prolatione sententie, non est verum. Item
107 ea† que de facili possunt omitti, et si seruata nō sint, nō vitiant, vt. ff. de vent. inspic. l. j. §. fina. et hec est vera sententia, licet stet iudex in

sententiando, tamen valet sententia. potest tamen sedere si velit,
sed necesse non h3, vnde siue stet, siue sedeat, nō vitiatur snia, nam
quidquid iudici permittitur, non subijcitur iuris necessitati, vt. ff.
de iudi. non quidquid. C. quom. ꝛ quan. iud. l. j. sed nūqd si ptes
sint presentes ꝛ non contradicant neqꝫ consentiant expresse, cum
tamen conclusum esset in causa, iudex tulit sententiam, ꝛ non pro-
posuit peremptorium, valebit sententia? ꝛ certe sic, qꝛ perempto-
riū nō proponitur ob aliud nisi ad hoc ꝙ cōstet de malitia litigā
tis, ꝛ ꝙ iudex non patiatur litigantes vel litigantem amplius ter
giuersari, vt. ff. de iudic. l. in pemptorio. ꝛ qꝛ in incertis ꝛ nō cer-
tis locus est coniecturis, vt. ff. de verb. obli. l. continuus §. cū ita.
ꝛ qꝛ partes presentes ꝛ non contradicentes tacite consentire vi-
dentur, vt. ff. ad macedon. si filius. ff. de spon. sed ea. ff. de adopti.
l. j. ff. de euict. l. quidam. C. ad velleia. si sine. ff. ad municip. quo-
modolibet. l3. ll. videatur prebere argu. ꝙ snia omisso perempto
rio non valeat. ff. que senten. sine appel. re. l. ij. §. item cum ex edi-
cto. ff. de iudi. ad peremptorium. cum suis similib. Sed quid si iu
dex per primā citationem reum citauit vt compareret ad audien
dam sniam, ꝛ ille dixit, se nullo modo venturum, iudex tulit sentē-
tiā, nunquid valet? ꝛ certe sic, vt. C. quom. ꝛ quan. iud. l. ij. S3 qd
si sententia lata est, ꝛ dicat aliquis nullam esse sententiam, nunqd
audietur, vel nihilominus sententia mandabitur executioni? Fue
runt quidā q dixerunt ꝙ nihilominus sententia mandabitur exe
cutioni, recepta tamen satisdatione de eo restituendo quod datū
esset in executione, si sententia fuerit retracta, argu. C. de precib.
impe. offe. auct. que supplicatio. ꝛ pro se inducebant ꝙ executor
non debet cognoscere an sententia sit iusta vel iniusta, sed eam de
bet exequi pp auctoritatē rerum iudicatarꝫ, ꝛ ne illusoria sit iudi-
cis sententia, vt. ff. de iudi. si pretor. ff. ad trebelli. seruo inuito. §. si
pretor. tamen contraria sententia vera est, vt audiri debeat q sen-
tentiam nullam dicit, quia cōdēnatū dicimus rite cōdemnatum,
vt. ff. de re iudi. l. si se. non obstante. §. ait pretor. ꝛ §. condēnatum.
C. si ex fal. in. l. vlti. ff. de iudi. si pretor. §. marcellus. dūmodo pa-
ratus sit de nullitate incontinenti docere. alioquin presumendus
esset ꝙ tantum gratia differende executionis diceret hoc, ꝛ ita
non audiretur, argu. l. C. ad leg. Corne. de fal. l. satis. ff. de re iud.
l. j. ꝛ. l. a diuo pio. §. sed vtrum. ff. ad exhibend. l. iij. §. ibidem. ff. vt
in posses. leg. si is a quo. ff. ad trebel. ille. §. si de testamento. ꝛ for-
te sacramentum prestabit, ꝙ non differende executionis animo
dicit sententiā nullā esse, argu. l. C. de fi. instrum. l. vlti.

¶ De in integrū restituendis contra sententiam.

Item Aliquando petitur restitutio contra sententiā ratio-
ne minoris etatis, vel ratione absentie. ꝛ circa hoc vi
108 dendum est † quis iudex possit dare restitutionem in integrum, ꝛ
sciendum est ꝙ prefectus vrbis ꝛ alij magistratus, tā ꝯ suas sen-
tentias, ꝗ ꝯ sententias aliorum possunt dare beneficium restitu-
tionis. prefectus enim pretorio potest dare restitutionem. Mi-
nor autem magistratus ꝯ sententiā maioris non restituit, vt. ff. de
109 min. in cause. §. fi. ꝛ. l. prefecti. ꝛ. l. minor magistratus. † Circa āt
restitutionem dandā, distinguendū est, quia interdū aliquis ab-
est ex necessaria ꝛ probabili cā, interdum necessaria tantū, inter
dum ex voluntaria tantum. Et si quidem est absens iusta pro-
babili ꝛ necessaria causa, vt militie, aut fuit defensus legitime,
aut minus legitime, aut nullo modo fuit defensus. ꝛ si legitime
fuit defensus, restituitur ad appellandum tantum, vt. ff. de in in-
tegr. rest. l. vltim. Si autem minus legitime, forte per vxorem,
tunc restituitur ad totā cām, vt. C. de procurato. quia absente. Si
vero nullo modo fuit defensus, tunc etiam restituitur ad totā cau
sam, vt. C. ex quib. cau. manum. l. j. Si vero fuit absens ex proba
bili causa tantū, vt studiorꝫ, aut fuit legitime defensus, ꝛ tunc nul
lo mō restituitur, vt. ff. quib. ca. manu. nec non. ꝛ quan. appel. sit.
l. j. §. fi. aut minus legitime, ꝛ tunc cōi iure poterit appellare. ho-
die. j. decem dies a tempore scientie, vt pbatur. C. quom. ꝛ quan.
iud. l. ab eo. C. de libe. causis is. ff. quan. appell. sit. l. j. §. vltim. nisi
forte nullū potuit relinquere procuratorē, vel is quē reliquit mor
tuus est, tunc enim restituitur in totū. vt in. l. predicta necnō, colli
gitur. Si vero fuit absens ex necessaria cā tm̄, vt ex cā relegatio
nis vel captiuitatis, tunc nō d3 restitui, vt. ff. de minor. l. papinia-
nus exuli. ff. ex quib. cau. sed si pretorē3. §. j. sed nō ipsi ꝛc. nisi qn̄
nullū potuit relinquere pcuratorē, vel is quē reliquit mortuus ē,
tunc. n. restituitur, vt. ff. ex quib. cau. manu. l. sed si per pretorē. §.
j. si vero ex voluntaria cā fuit tm̄ absens, tūc nō restituit, nisi ve-
niat iudice sedente pro tribunali, vt. ff. de in integ. restit. dinus.

¶ Quando sententia dicatur nulla.

Ante Uero ꝗ̄ pueniat ad appellandū, qꝛ superius facta
est mētio de snia nulla, ꝛ id circa articulū nullitatis
110 videndū est pp quas causas snia sit nulla. ꝛ est sciendū † ꝙ snia est
nulla si iudex ꝯ legē iudicauit expresse, vt. ff. de appel. si expressim.
ff. que senten. sine appel. re. l. j. Item snia nulla est, quū nō oēs iu
dices iudicauerūt qui iudicare debuerunt, vt. C. quan. prouo. nō
est ne. l. cum magistratus. ꝛ in aucten. vt iudi. non expe. sa. §. si āt
ff. de arbit. l. sicuti. Itē snia nulla est quum iudex modum excessit
in mulctando, vt. C. quan. puoca. nō est neces. l. cū eodē die. Itē
snia est nulla quum per pecuniam lata est, vt. C. quan. prouo. non
est. l. venales. Item sententia nulla est que fertur ꝯ eum qui mor-
tuus est, vt. ff. que senten. sine appel. l. vlti. Itē sententia nulla est,
que a non competenti iudice lata est, vt. C. si a non compe. iudi. l.
vlti. Itē sententia nulla est que lata fuit contra solitū ordinē iudi-
ciorum, vt. C. de sent. ꝛ interlo. om. iud. l. prolatā. Itē snia nulla ē,
que in scriptis redacta non est, vt. C. de senten. ex pericu. re. l. pri
ma, nisi in casibus superius notatis, in auct. nisi breues. Itē snia
nulla est si litis contestatio non processit, cum speciale priuilegiū
datū sit cause appellationis, vt sine contestatione litis valeat sen-
tentia, que alias non valeret, vt. C. de tempo. appella. l. fi. §. illud.
Item snia nulla est, si lata fuit ꝯ minorē indefensū, vt. C. si aduer.
rem iudica. l. ꝯ minores. Item snia nulla est que sine sacramento
calumnnie prestito est prolata, vt. C. de iuram. calumn. l. j. §. ꝙ si
actor. Item snia nulla est, si lata sit in loco nō consueto, vt. ff. de iu-
sti. ꝛ iu. l. pen. ff. de arbit. si cum dies. in versi. si in aliquem locū.
111 † Sed quis iudex cognoscet de causa nullitatis. distinguo aut ē
delegatus qui tulit sententiā, aut ordinarius. ꝛ si quidē delegatus,
tunc alij iudici cōmittitur cognoscendū de causa nullitatis, vt. C.
quomodo ꝛ qn̄ iud. si vt proponis. Si autem sit ordinarius qui
tulit sniam, ꝛ snia dicitur nulla. Idem iudex repetitur ꝛ notitio-
nem suam prebebit, ꝛ de causa nullitatis cognoscet, vt. C. quom. ꝛ
quan. iu. si preses. C. de accusa. l. si accusatoribus. Sed quero si
sententia nulla sit, ꝛ is contra quem lata fuit appellauit, nunquid
per appellationem confirmabitur, vt ea que fuit nulla, fiat aliqd?
ꝛ certe non, vt. ff. de appella. si expressim. nisi in casu. s. quando la
ta est snia ꝯ falsum procuratorem, ꝛ dn̄s appellauit, ꝛ id snia, que
nulla est, efficitur aliqua, vt. ff. rem rat. habe. cū minor. §. falsus.

¶ Quando appellandum sit, ꝛ quale ꝛ. j. quot tempus.

Subsequenter Uidendū est qn̄ snia mero iure
valet, qn̄ appellandū sit, ꝛ quali-
ter. ꝛ. j. quot tempus causa appellationis debeat exerceri, ꝛ qua-
liter appellationis causa sit exercenda. ꝛ sciendum est ꝙ olim ap
pellabatur. j. biduum vel triduum, hodie appellandū est. j. decem
dies a tempore late snie, vt. C. de appel. aucten. hodie. Saluo eo
ꝙ si esset lata ꝯ eum qui esset citatus ad domum ꝛ non inuentus,
nam ipse posset. j. x. dies appellare, ex quo sciret sententiam ꝯ se
latam, ꝛ ita intelligitur. l. illa tres. ꝛ. C. quom. ꝛ quan. iud. ab eo.
112 C. de libe. cau. l. ius. ff. quan. appell. sit. l. j. §. fi. † ꝛ qualiter appel
labitur? ꝛ certe siquidem eo die apud acta incontinenti victus ap
pellet, appellare potest viua voce sine scriptis, vt dicat appello,
vt. ff. de appella. l. ij. si autem non ipso die appellet, inscriptis ap
113 pellatio facienda est, vt. ff. de appella. l. j. §. fi. † Sed quid d3 con
tineri in libello appellationis? ꝛ certe in eo d3 contineri quis ap-
pellet, ꝛ etiam aduersus quem, ꝛ a qua snia, vt. ff. de appella. l. j. §.
libellus. S3 si in libello appellationis non adiecerit appellans
aduersus quam sententiam appellet, nihilominus snia tenet, vt. ff.
114 de appella. scio. j. respon. Sed † cui debet dari libellus appella
tionis? ꝛ certe iudici, a cuius sententia appellatur, si fieri potest,
ꝛ ita intelligitur. ff. de appel. l. j. §. fin. si fieri non potest, ei dabit
ad quem appellatur, vt. ff. quan. appella. sit. l. j. §. dies. §. si quis.
115 † Debet fieri libellus appellationis in hunc modum, ego titius
sentiens me grauatum a vobis. B. P. Iudice, quia condemna
stis me titium in. x. Sempronio, dico sententiam iniustam esse, ꝛ
id circo a sententia vestra inscriptis appello ad talem iudicem, ꝛ
hunc libellum appellationis vobis porrigo. Sed nunquid in li-
bello appellationis causaꝫ appellationis dicere compellitur? cer
te non. veruntamen si causam appellationis expresserit, illaꝫ omit
tere non potest ꝛ alias causas exequi in appellatione exercenda,
vt. ff. de appella. scio. §. fi. conuenit in libello appellationis dici,
ego titius dico sententiam per vos iudicem talem latam, in qua
me condemnatis in. x. Sempronio, nullam esse, ꝛ si qua est, dico
iniustam, ꝛ appello. an talis appellatio debeat recipi in hūc mo
dū. ꝛ videtur ꝙ non, vt. ff. de tributo. quod in herede. §. eligere.
cum suis similib. nam contrarius est sibi ipsi, nam in eo ꝙ dicit
iniustā esse ꝯdicit, ꝙ dicit nullā eē, ꝛ ꝯria proponens repellitur,
vt. ff. quan. appel. sit. l. ij. cū suis si. vel ꝯsuenit recipi de ꝯsuetudi
ne talis appellatio, cū nemo phibeaꝰ pluribꝰ exceptiōibꝰ vti et si
diuerse sint, vt. ff. de excep. nemo. in processu tm̄ cause eligere d3,
ꝛ hoc

⁊ hoc dicebant qdā, tñ manifeste vr̄ ꝙ non preiudicet sibi exce-
ptionis electio, vt licet appellans eligat, tñ ad nullitatē reduci
possit, vt. ff. de appel. si expressim nisi eligat aio renunciādi alte-
116 ri iuri, videndū est † qs appellare possit, ⁊ certe appellat is qui
condēnatus est, si liber est serui aūt appellare nō pñt, sed in cri-
minali q̄stione appellare possunt dñi ꝓ suis seruis, ⁊ alius noie
dñi, sed si ipse dñs vel alius noie suo nō appellet, ipsi seruo facul
tas appellandi ꝑmittit̄, vt. ff. de appella. si serui. ⁊ l. lucius. Itē
appellat filius ꝯ sniam latā aduersus patrē de bonis que ꝑ ipsū
poterant acquiri, vt. ff. de appella. l. ex ꝯsensu. §. filium. Item ap
pellat is, q nō fuit ꝯdēnatus, si tñ eius intersit, vt. ff. de appella. l.
117 asinā. ⁊ l. ab exequutore. §. alio ꝯdemnato. regl'r † non appellat
quis, nisi is cuius interest, vt. ff. de appellat. re. l. j. Aliqñ tñ inte
rest hominis rōe officij, qđ homo dꝫ homini, ⁊ appellat pro con-
demnato in causa criminali ad mortē, ēt illo inuito ⁊ reclamāte,
vt. ff. de appella. non tantum.

¶ Ad quem appellatur.

118 **Nunc est videndum** † ad quem appellet̄. ⁊ sciendū est ꝙ appellā
dū est ad supiorē, idest ad eū q est i gradu ꝓximo supiori illi q tu
lit sniā vñ ꝰm leges, si ad ṗncipē appellet̄ omissis, medijs appel-
latio nulla est, vt. ff. de appel. l. impatores. secus ꝰm canones, ex
tra de appella. cū Romana. Itē quū appellat̄ ad principē, si q
dē a iudice spectabili appellat̄, ⁊ quātitas sit vltra. x. libras au-
ri, tūc aūt princeps de cā appellationis nō cognoscet, qꝛ alijs re
bus intentus est, sed prefectus pretorio ⁊ questor cognoscere dꝫ
si aūt sit quantitas. ī. x. libras auri, tūc illoꝝ duoꝝ iudicū audito
rio cōmittit̄ cause appellationis cōmissio. si aūt sit quātitas que
extēdat summā. xx. librāꝝ auri, tūc in cōi auditorio fidelissimo-
rū proceꝝ dꝫ causa appellationis cognosci. ⁊ de hoc distinguit̄.
C. de appella. in offerendis ⁊ l. precipimus. Si vero a snia iudi
cis deligati fuerit appellatū, tūc ad delegātē est appellatio fa-
cienda ꝰm formā ⁊ modū traditū. C. de appella. l. precipimus. §.
hoc si appellatio C. de episco. audien. auctē. si quis litigantium.
hoc tamē sciendū est ꝙ si delatus causam alij subdelegauit, ⁊ a
snia subdelegati fuerit appellatū subdistinguendū est hoc casu
quū querit̄ ad quem debeat appellari, vtrū delegatus qui subde
legauit erat delegatus a principe, an ab ordinario, nō ad vniuer
sitatē causaꝝ. ⁊ si quidē fuit a principe delegatus, tūc a subdele-
gati snia appellatur ad ipsū delegatū a principe, vt. C. qui ꝓ sua
iurisdi. l. vnica. ⁊ hoc ꝰm literam in eadem. l. positam. ad eos iu
ris iudicia remeabunt. Si vero ab alio ordinario, nō a principe
vel ad vniuersitatem causaꝝ fuerit delegatus qui alij subdelega
uit, tunc ab ipso subdelegato ad primū delegantē, ⁊ nō ad ꝰm est
119 appellandū, vt. ff. quis ⁊ a quo appel. l. j. §. vlti. † Sed quid si per
errorē aliquis alium pro alio appellauit, ⁊ certe si appellet̄ ad
maiorē pro minore, vel ad parē ꝓ pari nō nocebit error si aūt ad
minorē pro maiori, tūc nocet error, vt. ff. de appel. l. j. §. si quis.

¶ Quid agendum sit per iudicem appel
lationis porrecto libello.

120 **Sed videndū** † est qd faciendū iudici q tulit sniā porrecto sibi libello appl'onis, ⁊ cer
te si deferat appl'onē, tūc. ī. x. dies libellos dimissorios, siue apo
stolos. ī. xxx. dies dare debebit, vt. C. de appella. l. iudicibus. ap
pellator vero in suo libello appl'onis dꝫ libellos dimossorios cū
instātia postulare, vt. ff. de lib. dim. l. quia, tenor autē appostolo
rū, siue literaꝝ dimissoriaꝝ talis est, qꝛ iudex a quo appellat mit
tet literas suas ad principem vel ad alium iudicē ad quē fiet ap
pellatio hūc tenorē hñtes, cognoscatis ꝙ lucius titius a snia per
me talē iudicē lata inter ipsū luciū titiū ex vna ꝑte, ⁊ Sempro-
niū ex altera parte, qua snia ipm luciū titiū ꝯdēnaui in. x. ad ve-
strā audientiā appellauit. vñ ipsū appellantem ⁊ eius aduersa
riū ad vestrā audientiā trāsmitto. ⁊ hic talis tenor colligit̄. ff. de
lib. dim. l. vna. Si aūt iudex a cuius snia appellat̄ nō deferat si-
cut debuit ipsi appellatori si quidē deferre debuit q̄tū ad ꝯmo
dū appellationis, perinde est ac si appl'o recepta essent, ⁊ si q-
dē ad principem appellabatur, ipse est audiendus ⁊ supplican
dus, ⁊ ipsi negotium exponendum. Si autem ad alium iu-
dicem appellabatur ipse est audiendus perinde ac si appella-
tio recepta fuisset, vt. ff. de appella. re. l. sciendum. Iudex vero a
cuius snia appellatur, si appellationi deferat causam dꝫ expri-
mere quare eam non recipit. ff. de appellat. re. l. sciendum. pro-
pter multas causas potest iudex licite non recipere, ⁊ spernere
121 appellationem, de quibus causis breuiter est videndum, † nam
si ab exequutore appellet̄ iudex potest spernere appellationem,
nisi in executione modū excedat, vt. C. quorū appel. nō re. l. ab
exequutore. itē iudex potest spernere appellationē, quū res nō
recipit dilationē, veluti vt testm̄ aperiat̄, vt scriptus heres in te
stamento in possessionē mittat̄. item ne frumentū in vsum militū
⁊ annone permuttet̄. itē quū ex edicto ꝑpetuo aliqd decernitur
vt hoc fiat nō ꝑmittit̄ appellatio, vt hec legunt̄. ff. de appel. re. l.
vlti. C. quo. appella. nō re. l. quisqs. itē debet iudex spernere ap-
pellationē rōne transcursus tpis. x. dieꝝ post latā sentētiā, vt in
auc. de appel. §. sancimus. nisi habeat̄ ratio etatis vel absentie,
vt. ff. de in inte. resti. l. fi. item debet spernere iudex in crimine ra
ptus, vt. C. de rap. virgi. l. vna. §. si autē. itē debet iudex spernere
appellationem lata sentētia sup possessorio, vt. C. si de mo. pos.
l. vna. itē debet iudex spernere appellationē qñ quis vocat̄ ad
tutelā vel curam vt insti. de excu. tu. §. j. nō aūt vbi iudex excusa
tionē tuto. vel cura. ꝑ sniam reprobauit, vt. ff. qñ app. sit. l. j. §. si
quis tutor. itē debet iudex spernere appellationē, qñ publice vti
le est dānatū puniri vt sunt trisignes ⁊ latrones. itē ꝯsignatores
seditionū factiosi ⁊ duces factionū, vt. ff. de appel. l. ꝯstitutiones,
itē debet iudex spernere appellationē ꝑꝑ delicti atrocitatē, nā
adulteri, homicide, malefici, q manifestā violentiā cōmiserunt,
argumentis ꝯuicti, testibus superati, voce ēt propria ꝯfessi, non
audiunt̄ appellātes, vt. C. quo. appella. nō recip. l. ij. itē non de-
bet iudex audire appellationē illius quē ꝯstat publice esse pu-
blicū debitorē vt. C. quo. appella. nō reci. l. fi. itē debet iudex sp-
nere appellationē in casibus scriptis. C. quo. appella. nō recip.
l. abstinendū. itē debet iudex spernere appellationē eius qui ꝑꝑ
contumaciā est victus, qꝛ ꝯtumax nō appellat, vt. C. de iudi. pro
perandū. §. cū autē. ff. de iudi. ⁊ post edictū. §. vlti C. quo. appel.
nō recip. l. j. nisi venerit iudice sedente ꝑ tribunali, tunc auditur
appellans, vt. ff. de in integ. rest. diuus. ⁊ hoc intelligo de illo cō
tumace, qui citatus est ⁊ inuentus, ⁊ tñ nō venit ad sniam audiē
dam, sed postea in ꝯtinenti venit iudice ꝓ tribunali sedente. sed
quid si citatus ⁊ inuētus nuncio citāti dicat se nō venturꝝ, nunqd
talis veniens iudice ꝓ tribunali sedēte restituet̄ ad appellandū
⁊ vr̄ ꝙ nō, qꝛ hic cessat ṗsumptio illius. l. diuus. q̄ ṗsumit ꝙ pa-
rū audita voce ṗconis steterit. sed hic est manifestū ꝙ intellexit
vocē preconis, ⁊ dixit se nō venturꝝ, ⁊ in certis, ⁊ nō certis locus
est ꝯiecturis, vt. ff. de verb. obli. l. ꝯtinuus. §. cū ita. ⁊ hanc sniam
puto verā, licet ꝯ eā posset allegari, qꝛ nō vr̄ ꝯtumax qui in con
tinēti venit, sicut nō vr̄ diuertisse mulier q̄ in breui reuersa est, vt
ff. de repu. l. diuortiū. itē potest allegari ꝙ iste ꝯtumax suū vbū
re integra potest reuocare, sicut dr̄ de eo qui bonis cessit, q pōt
suum verbū reuocare, vt. ff. de cess. bo. is q bonis. ⁊ l. is quē pe-
nitet, ⁊ C. q bo. ced. poss. l. si quātitatē. sicuti ⁊ q libellos appel-
lationis dat potest penitere, vt. C. de appella. si quis libellos. C.
122 de adulte. l. si nō metu. † sed nunqd cōtumax in nō veniēdo, vel
non restituendo pōt appellare. ⁊ certe sic, vt. ff. de appella. credi
123 tor. §. missus. † Itē iudex debet spernere appellationē eius, qui
professus est se nō appellaturꝝ, vt. ff. a quib. appell. l. j. §. si qs. C.
de tēpo. appel. l. vlti. §. vlti. itē debet iudex spernere appellatio-
nē qñ princeps in delegatione inhibuit appellationē, vt. ff. a qb.
appel. l. j. j. respon. itē si appellet̄ a ṗfecto ṗtorio, appellatio est
respuēda. C. de senten. ṗfec. ṗto. l. vna. itē appellatio spernenda
est si tertio loco appellet̄, vt C. in vna ea. causa. l. vna aliquando
tñ semel appellat̄, ⁊ nō scđo, vt C. de epis. audi. l. autē si qs litigā
tiū. C. de appel. l. in offerēdis. itē iudex debet spernere appella-
tionē q̄ fit ab interlocutoria, cū ante diffinitiuā sniam appellari
nō possit, vt. C. de episco. audi. l. ij. C. quoꝝ appella. non recep. l.
ab exequutore. l. ante euentū quidam tamē dicere voluerunt ꝙ
semper potest appellari a qualibet interlocutoria ante senten-
tiam, ⁊ per hec iura dixerunt. ff. de mino. ait pretor. §. quid tamē
⁊ l. inter vtile. ff. qui satisd. cog. si ab arbitro. C. de appella si qꝛ
prouocatus. alij dixerunt, ꝙ ante diffinitiuā tantū in duobus ca
sibus appellatur, scilicet qñ iudex interloquutus est questionem
in causa ciuili pro criminali habendā, cōtra. l. interlocutus est. ff.
de appella. re. l. ij. alij dixerunt ꝙ vbicunqꝫ interlocutoria talis
est quē per se mereatur exequutionē, ꝙ potest appellari, dicen-
tes ꝙ etiam illi duo casus positi. ff. de appel. re. l. ij. non sunt ipā
les, sed exempli causa dictum est de eis. de hac autem materia
sic potest distingui, quum queritur an possit appellari ab interlo
quutoria ante sententiā diffinitiuam, aut propter appellationē
que interponitur ante diffinitiuam sententiam, vel a diffinitiua
sententia, est saluum ius cuilibet appellanti aduersus articulū

decisum ante diffinitiuam sententiam, aut non per appellationem, que supponitur ante diffinitiuam sententiam non ei est ius saluum aduersus articulum iam decisum ante diffinitiuam. primo casu non est licitum appellari ante diffinitiuam sniam, vt puta qz iussit parti certa die adesse in iudicio si sentiat se grauatum non potest appellare, cum ius sit sibi saluum. in secundo casu est licitum appellare ante diffinitiuam, ꝛ hec distinctio probat arg. l.ff.de appel.re.l.ij.

¶ Infra quot tempus causa appellationis debeat exerceri, ꝛ de testibus in causa principali productis, an in causa appellationis possint produci vel non.

Successiue videndum est infra quot tempus exerceri debeat causa appellationis, ꝛ licet alia tempora olim essent ɔcessa, tñ hodie statuitur spaciū anni, vel biennij ex causa ɔcessa, vt.C.de tempo.appel.auc.ei qui appella.
124 ¶ † Sed qd si is ꝯ quē appellatū est, tot exceptiones frustratorias, ꝛ ambages proponat, ꝙ causa appellationis vltra bienniū sit protracta, nunqd audiet iste appellans, volens eā vltra bienniū exercere. ꝛ certe sic, qz ex malignitate sua is ꝯ quē appellat non debet ɔsequi cōmoditatē, vt.ff.de dolo.l.ne ex dolo.ff.de interdi.ꝛ relega.l.relegāt.C.de here.l.curiales.C.de cur.l.ne qs. itē dicit lex ꝙ si tutor proposuit excusationē suā, ꝛ vltra tempus a lege statutum sit ipsa cā excusationis protracta, adhuc audit is qui se excusat.ff.de excusa.tu.l.si cuȝ ipse, sicuti dr̄ qñ causa in integrum restitutionis est protracta vltra tempus a lege statutum, ꝛ illa protractio facta est caliditate aduersarij, hoc non de
125 bet obesse curantibus, vt.ff.de mino.inter vtile. item † non cessante non debet currere prescriptio, vt.C.de inoffi.testa.l.ꝯ maiores. Sed nunqd infra tempus appellationis exercēde potest appellator petere vt causa appellationis representet etiam annali tempore non expectato. ꝛ certe sic, vt.C.de tempo.appel.l. fi.§.in his autem ibi nulli ꝛc. ꝛ argu.in eo.titu.l.nemo arbitret. Sed qualiter concipiet libellus in causa appellationis, certe in hunc modū, ego titius qui appellaui a snia ꝯ me lata per talē iudicē, in qua ipse iudex me ɔdēnauit in.x.sempronio, volens causam appellationis exercere, dico ipsam sniam esse iniustā, ꝛ appellationē meā iustā. Sed responsio debet fieri p aduersariū in hunc modū, ad que predicta respondit ipse sempronius, dicens ipsam sniam pro se latā iustā esse ꝛ appellationem non iustam.
126 Sed † nunquid in causa appellationis exigit litis contestatio, quidā dicunt simpliciter ꝙ nō, vt.C.de tempo.appel.l.fi.§.illud tñ ita distinguendū est, aut est vtraqꝫ pars presens in appellatione exercenda, ꝛ tunc exigit litis cōtestatio, aut vna pars est absens, altera vero presens, ꝛ tunc sine litis ɔtestatione potest procedi, ꝛ sic intelligit.C.de tempo.appel.l.vlti.§.illud. circa autem tempus appellationis sciendum est, ꝙ si ipsa causa sit in principis consistorio ventilanda absqꝫ more dispēdio, debet causa manere intacta, donec princeps faciat causam introduci, ꝛ a proceribus ſm morē cognosci, ꝛ diiudicari, vt in auc.vt cuȝ de appel. cogn.§.ij.que auc.est.C.de tempo.appel.q̄ incipit appellatio. illud ēt faciēdum est circa causam appellationis, ꝙ si medio tēpore fiat compromissum, durāte cōpromisso non currit tempus in causa appellationis, vt in auc.de appel.§.j.ꝛ.§.si tamē. Sed
127 † quid si in causa principali sint testes producti, nunquid in causa appellationis poterunt produci. ꝛ certe licet quidā dixerint, ꝙ vbi probatū erat in causa principali p testes, tunc in causa appellationis p instrumēta, ꝛ nō p testes probari debet. vbi aūt in causa principali nō p testes, sed aliter probatum est, tunc in causa appellationis possūt p testes probare, ꝛ ita intelligebant.C.de appel.l.eos.§.si quis autē in agēdo.ꝛ.§.si quis aūt post.ꝛ.C.de tēpo.appel.l.p hanc. vel intelligebant.ll.predictas correctas p auc.in corpore auc.de testi.§.qz vero multi. tamē hec snia vera est, ꝙ siue sit probatio facta in cā principali p testes, siue non, nō poterunt testes produci in causa appellationis sup eisdē capitulis, ꝛ sup alijs coherētibus ꝛ ptinētibus ad priora, vt.C.de tēp. appel.l.eos.§.si qs aūt in agēdo.ꝛ.§.si quis aūt post. nec corrigantur dicte.ll.p dictum.§.quia vero multi. Sed nunquid testificata in causa principali obtinebunt robur firmitatis in causa
128 appellationis. ꝛ vr̄ ꝙ non, † qz satisdatio exposita coram vno iudice, non obtinet firmitatē coram alio, vt.ff.iud.sol.l.cum apud. ꝛ.l.iij.i.respon. verissima tamē est hec snia, ꝙ testificata coram vno iudice in causa principali, firmitatem obtineant coram alio
129 iudice cognoscēte in causa appellationis. † cum eadē causa dicatur cum prima, vt.C.de procurato.ita demum. iteȝ qz testimonia habita coram vno iudice, valent coram alio ꝛ obtinēt firmitatē qz testificata coram arbitro valēt ꝛ obtinent firmitatē coram iudice ordinario, ad quē eadē causa venit, vt.C.de arbitrato.cum antea.§.lis.ꝛ.C.de libe.cau.l.iubemus. Sed nunquid ijdem testes qui producti fuerunt in causa principali, poterunt produci in causa appellationis. ꝛ videtur ꝙ non, qz timetur falsitas.s.ne ipsi testes immutare vel mutare veliēt veritatē iam probatā ab eis in causa principali, ꝛ iura tendunt ad hoc, vt falsitas euitet. ff.de testa.mili.l.diuus.ff.de edē.l.j.§.editiones.ff.quēadmo.testa.aperi.l.ij.cum suis similibus. distinguendum tamē est super ista quest. an is qui produxit testes in causa principali, velit eos producere in causa appellationis, an aduersarius velit ꝙ iteruȝ veniant ad testificandum in causa appellationis, qui ɔtra ipsuȝ producti fuerunt, ꝛ si quidē is qui produxit eos in causa principali velit eos pducere de nouo in causa appellationis, tunc subdistingue, quia aut vult eos producere sup eisdē capitulis in causa appellationis, sup quibus eos produxerat in causa principali ꝛ tunc non pōt, quia timetur falsitas, argu. dictarum.ll.ꝛ extra de testib.c.fraternitatis, aut vult eos producere sup alijs prioribus coherētibus, siue pēdētibus ex illis, ꝛ tunc pōt ipsos producere, arg.C.de appel.eos.§.si quis in agendo.ꝛ.§.si quis. Si antē aduersarius contra quē fuerunt producti in causa principali velit ꝙ reuertantur ad testificandū in causa appellationis, tunc possunt produci ab eo qui prius introduxit argu.C.de testib.l.fi.

¶ An iuretur de calumnia in causa appellationis.

130 Sed † nunquid in causa appellationis iurabitur de calumnia, ꝛ vr̄ ꝙ sic, qz potest esse ꝙ litigantes qui non calūniabantur in causa principali, modo calumniabuntur in causa appellationis, vt.ff.de dam.infec.qui bona.§.si quis stipulatus. ꝛ argu.illarum legum que dicunt semper sup quolibet articulo iurandum esse de calūnia.ff.qui satisda.cog.de dic.§.iubetur.C. de iuram.calū.l.ij.ff.ad exhiben.l.thesaurus. itē quia causa appellationis dicitur alia a causa principali, argu.C.de procu.in-nitus.ff.de his qui not.infam.l.furti.j.respon. ꝛ in hac sententia fuerunt quidam. Alij dicunt, non esse iurandum de calumnia in causa appellationis, cum causa appellationis sit eadē cum causa principali, arg.l.C.de procura.ita demum.C.de appella.eos. in fi.j.respon. ꝛ quia semel tantum iuratur hodie in tota lite, vt in corpo.auc.de his qui ingred.ad appel.§.penul. que auc. scripta est.C.de iuram.calum.sup.l.j.tu aūt distingue. aut est iuratum in causa principali de calūnia, aut non, primo casu non iuratur in causa appellationis, cum eadē videatur cum principali, ꝛ cum omnes leges que dicunt sepius esse iurandum de calūnia, recipiant correctionē per auc.predictam. secundo autē casu iurabitur in causa appellationis, cum sacramētum de calumnia in quacūqꝫ parte litis exactum fuerit, sit prestandum, ꝛ cū debeat prestari vbi exigat, vt.ff.de op.no.nun.l.de pupillo.§.qui opus. Sed nunquid si non exequatur causam appellationis infra tempus a lege statutum pronunciare debet iudex appellationis iaȝ elapso tēpore, certe non quia rata manet prima sententia, vt.C. de appel.si ɔtra maiores.ꝛ in auc.de his qui ingred.ad appel.
131 in prin. preterea circa causam appellationis sciendum est. † ꝙ appellatio fieri non debet ad eum iudicem a quo appellat, sed ad eum qui de appellatione cognoscere debet, vt.C.de appella. eos.j.respon. Sed quid si iudex a quo lata est sentētia, cepit eē in eadē dignitate, in qua erat is ad quē fuerat appellatū, dic ꝙ ad eum appellatur, sed ipse de causa appellationis cognoscere non debet, sed eandem causam debet alij committere cognoscendam, argu.l.ff.de iurisdi.om.indi.l.si pretor.C.de offic.assess.ne-
132 mo.in fi.ꝛ extra de appel.c.significasti. Sed † qualiter pronunciabit iudex in causa appellationis, ꝛ videtur ꝙ forma tradita sit, scilicet ꝙ pronunciare debeat sententiam iustam, ꝛ appellationē iniustam, vel e contra, sniam iniustam, ꝛ appellationem iustam, hec forma tradita est.C.de appel.eos.in fi.j.respon. quidam tamē dicunt ꝙ debet apponere verbum cōdēnationis vel absolutionis, vt.C.de senten.ꝛ interlocu.omni.iudi.l.preses. vel aliud verbum equipollens. vt.ff.de re iudi.in summa. tamē i gl. ordinaria hec opinio approbatur scilicet ꝙ sufficiat iudicem dicere sententiam esse iustā, ꝛ appellationem iniustam, vel ecōtra tu tamen distingue qz aut appellat a sententia condēnatoria, aut a sententia absolutoria, ꝛ si quidē a snia absolutoria appellat iterum subdistinguo, qz aut p sniam appellationis prima snia confirmatur aut infirmat, ꝛ si quidē a snia ɔdēnatoria appellat, siue confirmetur siue infirmet prima snia p sniam appellationis,

tunc

tūc semper sufficiunt verba ista, dico sniā iniustā ꝛ appellationē iniustam, vel e cōtra. Si vero prima snīa fuerit absolutoria, ꝛ per appellationis sniam infirmetur, tunc nō sufficiunt verba ista, dico sententiam absolutoriam esse iniustā, ꝛ appellationē iustā, q2 ꝑ hec verba non apparet ꝙ reus esset in aliquo ꝯdemnatus, sed d3 addere, ī hoc casu, ego cognitor appl'onis dico talē sniam absolutoriā esse iniustā, ꝛ appl'onē iustā, ꝛ idcirco ipsum reū ꝑ primam sniā absolutū ꝯdēno ipsi appellanti in .x. que ipse actor,
133 idemq3 appellator petijt in causa principali. † Sed quis probabit in causa appellationis, ꝛ quidam dicunt vel dicere voluerunt, actorem probare debere se iustam sententiam meruisse per l. que dicit victores non aliter suis fruantur sententijs, ꝗ̄ si ꝓbauerint se iustas snias meruisse, in auc. de his qui ingred. ad appel. §. illud. Alij dicunt appellantē debere ꝓbare per leges que dicit te iuste appellasse ostende. C. de appella. hi qui. ꝛ per aliaꝫ que dicit appellator d3 detegere iniquitatē snie iudicantis, vt. ff. si pend. appel. mors interuen. l. vna. §. si vero fisci. ꝛ p. l. que dic appel. iniquitatis snie ꝛc. vt. ff. de mino. l. prefecti. ꝛ q2 appellator vr̄ quodāmodo ius negare, ꝛ ita incumbit ei necessitas ꝓbandi, vt. ff. de probatio. ab ea parte. ꝛ isti respondent legi, in auctē. de his qui ingred. ad appell. §. aliud. ꝛ dicūt victores non aliter fruantur sententijs ꝗ̄ si probauerint se iustas sententias meruisse, quod probant eo ipso ꝙ ꝯtrium nō ꝓbat̄, de quo genere ꝓbandi legitur. C. qui mili. non pos. l. sup seruis. C. qui testa. face. pos. l. ij. C. de pignor. l. vlti. Tu vero in hac quest. dic ꝙ distinguitur infra in eadē col. in ver. sed in. q. superiori ꝛc. Item queritur in lege est scriptum, ꝙ non tm̄ is contra quem appellatur pōt vti iure suo, ꝛ probare in causa appellationis, verum ēt appellator, vt. C. de appella. l. vlti. j. respon. esto ꝙ appellator post appellationem interpositam renunciauit appellationi, ꝛ alter aduersarius, q2 in totū non obtinuerat in causa principali, dicat ego volo de iure meo docere, ac si tu non renunciasses appellationi, s3 in causa appellationis perseuerasses, nunquid poterit hoc dicere, ꝛ videtur ꝙ non, q2 vr̄ quod appellatores licite ꝛ impune possint de appellatione sua penitere, vt. C. de appel. si quis libellos. C. de adulter. l. sine metu. ꝛ q2 licitum est alicui ante litis contestationē penitere, vt. ff. de noxa. electio. §. veri. ff. de in ius voc. ꝗuis, ꝛ q2 licitum est interrogatum penitere responso, vt. ff. d̄ inte. actio. de etate. §. vlti. arg. ff. de fideiuss. l. tā in hac. q. dicendū est, ꝙ nō liceat appellanti penitere in preiudicium appellantis, q2 dicit lex, ex quo ex persona tua aliquid beneficium admissus sum, ego vtor eodem te inuito, vt. ff. de bon. poss. contra tabu. l. si post mortem. §. vlti. ꝛ arg. ff. de fideiusso. l. si stipulatus, ꝛ. l. ex persona. Sed in. q. superiori, in qua queritur quis debeat probare in causa appellationis. distingue, q2 aut actor appellauit a snia absolutoria, ꝛ contra se lata, aut reus. In primo casu actor sicut ꝓbauit in causa principali, ita d3 probare in causa appellationis ꝛ ſm hoc intelliguntur iura, que dicunt appellatorem debere ꝓbare. Si vero reus a sententia condemnatoria appellauit, tunc probat victor, hoc est actor cause principalis, ꝛ non ipse appellans, ꝛ sic intelligitur auctē. iam dicta victores non aliter ꝛc. de his quis ingr. ad appel. §. aliud, ꝛ sic semper illi qui fuit actor in causa principali incumbit onus probandi in causa appellatiōis
134 Sed † vtrum prima sententia confirmata in causa appellationis, agendum sit ex prima sententia, an ex secunda, non multum insisto, q2 hoc scriptum est in gl. ordinaria. C. de appel. l. cos. ff. d̄ his qui not. infa. l. furti.

❡ De executione sententie.

Supradictum est de sententijs. ve℞ q2 parum ꝓdesset si sententie ferrent
135 nisi per executores sortirētur effectum idcirco videndū est † quo iure sit sententia exequutioni mandanda. Et multi sapientes dixerunt qd̄ per actionē in factum que descēdit ex re iudicata, per multa iura, ꝛ specialiter per hec. C. de re. cre. ꝛ iureiur. actori. ff. de re iudic. miles. §. fi. C. de iur. ꝛ fac. ignor. l. j. cum suis similib. Alij distinguunt vtrū condemnatus confitetur se ꝯdemnatū an inficietur. Et si quidē inficietur se condemnatū, tūc actio in factū descendens ex re iudi. proponi d3 per iura allegata, ꝛ similia. Si aūt ꝯfiteatur se ꝯdemnatū, tunc officio iudicis executio est facienda. Alij dixerunt, ꝙ per officiū iudicis est snia exequutioni mandanda, ꝛ nō iure actionis, ꝛ ꝓ hac snia facit. l. C. d̄ execu. rei iudi. l. si causam iudicati. ff. de mino. l. minor. xxv. annis cui fideicōmissum. Et pro hac snia est totum illud ḡnale sententia non ventillanda, sed exequutioni mandanda est. Item si in factum proponeretur actio lata sententia super exequutione petita ex ipsa sententia oriretur actio in factū, ꝛ sic de tertia quarta ꝛ quinta vsq3 in infinitum, ꝛ sic res abiret in infinitum, quod esse non debet, vt. ff. de re iudi. a diuo pio. §. sed si orator. ꝛ. l. si se non obtulit. §. ait pretor. infinitas enim euitanda est, vt C. de trāsactio. l. fratris tui C. de fideiusso. l. fi. C. de fruct. ꝛ lit. expen. terminato cum suis similibus. item non debet lis ex litibus exoriri vt. C. de reb. credi. ꝛ iureiu. si quis. Sed que sentētia est verior. ꝛ certe hec vltima de iure ꝛ de facto, ꝛ de consuetudine, sic eniꝫ victor habet instrumētum sentētie, licet victus inficietur se condēnatum quare non poterit ipse victor petere per officium iudicis sniam exequutioni mandari, nam in officio iudicis, ita poterit reus allegare de iure suo, sicut in actione in factuꝫ, nec obijcitur ꝙ in multis legibus de actione in factum, ꝛ de actione rei iudicate, ꝛ specialiter in legibus superius allegatis, naꝫ licet actio in factum oriatur ex re iudicata, non tamen eam instituere debemus ex necessitate quia multa habere possumus, ꝛ si nō sint nobis necessaria siue vtilia, vt. ff. de seruit. l. ei fundo. item video ꝙ missus in possessionē si vult habere interdictum ne uis fiat ei, ꝛ sine interdicto auditur, vt. ff. ne uis fi. ei qui in possess. miss. est. l.
136 iij. j. respon. Sed † nunquid dabitur libellus quum petitur sentētiam exequutioni mandari. ꝛ dicēdum est ꝙ nō, quia quod dicitur. C. de lit. contesta. auc. offeratur, ꝙ debet dari libellus ei q ad iudicium vocatur, verum est in causa principali secus autem in officio executionis, quia snia non suspēditur ꝑ appellationē nisi executor metus exequutionis excedat. C. quo. app. non re.
137 ab exequutore. ff. de appel. l. ab executore. Preterea † exequutio non debet impediri vt cognoscat exequutor an sit iusta vel in
138 iusta snia, vt. ff. de iudi. si pretor. Item † non admittitur exceptio falsi in preiudicium executionis, vt. C. ad leg. Corn. de fal. l. satis si presumptio manet iudici ꝙ falsitas gratia exequutionis commorande, siue snie proponatur, alias exceptio falsi admitteret̄, vt. C. si ex fal. instru. iudicati. Ex predictis arg. ꝛ rationibus, patet libellum non esse dandum, licet quidam dicant ꝙ debeat dari vbi reus inficiatur se condēnatum. Si enim hanc sniam seruaremus, sic semp expediret condēnato mentiri, ꝛ se condēnatum negare, quod iura nolunt, vt. ff. de tributo. l. illud. §. minus autē. in fi. ꝛ licet libellus dari non debeat, tamē iudex in quaterno tabellionis sui debet facere scribi ꝙ victor petat sniam exequutioni mandari, ꝛ summatiꝫ in ipsa exequutione procedat, vt. ff. de re
29 In hoc enim, vt & in multis alijs, a pedaneo differt. † Dicamus tandẽ de Duumuiris, quos Vlpianus negat mulcte dicende ius habuisse. Nõ fuerunt hi magistratus, fuerunt. Quid igitur cãe est, cur id iuris nõ habeant, qr nullã habent iurisdictionem. Qui ergo a verbis edicti de magistratu iurisdictionẽ habẽte loquentis, iurisdictione carentes excipiuntur? Id enim cõtra regulaz est, que dicimus, exceptionẽ de qualitate regule participare debere. Respondeo, duplici ratione id factum videri, itẽ qr Duumuiri generali magistratus appellatiõe, de qua dictũ est .s. cõtinentur, tuz qr e decurionibus, quibus dicẽde mulcte ius nõ phibetur, ipsi Duumuiri eliguntur. Paulus, Is qui non sit decurio, duumuiratu vel alijs honoribus fungi non põt. Vlpianus, decuriones in albo ita scriptos esse opz, vt lege municipali precipitur. Sed si lex cessat, tunc dignitates erunt spectande, vt scribantur eo ordine quo quisqȝ eorũ maximo honore in municipio functus est, vtputa qui duumuiratũ gesserunt, si hic bo-
30 nor precellat. Alciatus igitur † Duumuiros in ordine decurionum duos fuisse ex suprascriptis constat, qui carcerũ curã habebant, qui publica locabant, qui reipub. negotia gerebant, q fascibus vtebantur. cęterũ qui ius mulctandi non habebant, sicuti nec defensores ciuitatũ, quiqȝ auctoritatez emancipationib. interponere non poterant. Vñ cõstat male argumentari, qui magistratui municipali existimant non licere mulctam indicere, & cõñr neqȝ delegato, itẽ corã eis nõ posse emancipari, quasi aliqd non permittať toti ordini, qõ tñ duobus eorũ abnegeť. Ceterũ q Alciatus ait, Duumuiros fascibus vsos, sumptum est e quadam Imp. Arcadij cõstitutione, Duumuirũ, inquit, impune nõ liceat extollere potestatem fascium, extra metas territorij proprie ciuitatis. Sed ibidẽ recte mihi videtur Accursius submonere, fasces istic non proprie, sed figurate accipi. Fascium inquit id est dignitatum.

SVMMARIVM

1 Conuenire ea inter se dicuntur, quorum diffinitiones cõueniũt.
2 Iudicum omnium cõe est, quod iurare debent se ex veritate & legum prescripto iudicaturos.
3 Irnerius taxatus, quod non semper eo bona fide auctenticorũ fragmenta in Codicem Iustiniani transcripserit.
4 Iudices quosdam non cogi iurare se ex prescripto legum iudicaturos.
5 Appellare non lz a principe, Senatu, & prefecto pretorio.
6 Iudicum omnium cõe est, quod eorum nemini licet extra aut supra sue iurisdictionis limites ius dicere.
7 Iurisdictionem non modo ordinariam sed & delegatã prorogari posse atqȝ ibidẽ de varijs modis prorogandi iurisdictionez.

De quibusdam alijs que sunt iudicibus inter ipsos communia. Cap. iij.

1 Prime conueniunt † quorũ definitiones cõueniunt, deinde, que parte aliqua definitionũ cõueniunt. Atqui, quã ad huius operis initium diffinitionem gñalem proposuimus, qua quid esset iudex cognoscertur, haud inepte vel totã, vel magna ex parte an singulas iudicum species accõmodauerimus. Et hic sane articulus fusiore
2 declaratione mihi egere non videtur. † Est & aliud inter Iudices equalis generis rationis, nẽpe qõ nullus nõ iurat, iurare debeat, se cum veritate, & ex prescripto legũ esse iudicaturum. Cui enim vt Iustinianus Imp. ait non est cognitũ, antiquos iudices non aliter iudicialem calculũ accipere, nisi prius sacr̃m prestitissent, omni modo sese cum veritate, & legũ obseruatione iudiciũ esse disposituros? Asconius pedianus, sententie scripte iuratorũ hominũ, iudicum scz, qui in leges anteq̃ iudicarent, iurare consueuerunt. sed nobis statim aliquis opponet auctenticã illã his quidẽ scriptam verbis, Hodie iurant facturos, ẽm q eis visum fuerit iustius & melius, exceptis defensoribus ciuitatum, qui iurant, oia secundum leges & ius se facturos. Res-
3 pondeo, † Qõ de Irnerio auctenticarũ exceptore, in filijs duorũ fratrum queritur Zasius, & quidã glossator circa liberorum exheredationẽ, & Franciscus Aretinus post Imolã in cõstitutione duorũ reorũ idẽ hoc loci de codẽ Irnerio dicere libet. vř enim in transcribendis auctẽticorũ textibus, aliqñ vel dormitasse, vel punica religiose seruasse fidem. Adeo .n. primogenito textui nõ rñdet illa auct. Hodie, vt Bar. istic eã nõ exheredauerit qdẽ, sz oĩno ceu illegitimã pterierit, & Accur. ipe diligentissimus alioq cuiusmodi cunqȝ oblati textus ppugnator, illã suis glo. nõ mõ nõ defenderit, sed ẽt cõtria cõclusione penitus cõfutarit. instius, adijcias inquit Accurs. ẽm legẽ tñ subdit, sz qdẽ dñt speciale in defensore ciuitatis vt nõ discedat a lege, & qdã habẽt exceptis &c. secus in maiorib. qui iurãt iudicare ẽz id qõ sibi vř, vt hic, q nõ plz, qr ois, ẽt maior, teneť leg leges in iudicando. Hec ille. Addo q text. aucten. vñ Irnerius mutilata verba suppilauit, nõ ponit eã dẽiam q̃ ipse innexit. sic .n. hz ille tex. & equus in causis vtriqȝ parti, & in publicis disciplinis ero, nulliqȝ parti citra q̃ iustũ est prestabo, sed exequar vniuersa delicta, & oẽm equitatẽ seruabo, ẽm qõ mihi visum fuerit iustum, & eos qdẽ q innoxij sunt, vndiqȝ innoxios illesosqȝ conseruabo, noxijs aũt iponã suppliciũ, ẽm legẽ & oẽm iustitiã, sicuti iã dictũ est &c. Ecce vt tex. ille clausulã hz, ẽm legẽ & oẽm iustitiã, q̃ expressis verbis ad oia .s. dicta referẽdã esse demõstrat. sed & si id nõ exprimeret, nouũ tñ nõ est, clãm ad finẽ positã, re-
4 ferri ad supiora debere. † Possent tñ fortassis ab hmõi iurisiurandi necessitate dici soluti iudices qdã, a qbus scz, iure cõi, puocatio nõ est, qualis est princeps, qualis prefectus pretorio, qualis olim senatus, & qualis hodie est curia centenaria Fran-
5 cie. Vlpianus, princeps legibus solutus est. Idẽ † Sruitum est illud admonere, a principe appellare fas non esse, cũ ipse sit q puocať. Addit Vlpianus, sciendum est appellari non posse a senatu ad principẽ, idqȝ oratione diui Adriani effectũ est. Aurelius, His cunabulis prefectorũ auctoritas initiata, in tantuz meruit augeri, vt appellari a prefectis pretorio non possit. Et post paulo, Credidit .n. princeps eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibenť non aliter iudicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis sue, q̃ ipse foret iudicaturus. Trangil⁹, Magistratibus liberã iurisdictionem, & sine sui appellatione con-

cessit. Budeus, ijs autem iudicibus ex legis praescripto iudicare necesse erat, nec legitimam penam excedere. cum vero maiora crimina videbant, quam vt costituta pena ordinariaque in reos animaduerteretur, tunc demum senatus ipse in reos inquirebat, quippe qui nullius legis praescripto astringeretur, quo modo hodie curia nostra centenaria, cuius summa secundum principem omnium carum est cognitio, liberam habere criminum inquisitionem, nec certe legis formule illigatam creditur, duntaxat quod sine fraude sacerdotalis iuris fiat, de profanis. n. causis loquimur. Et aliquanto post, ceterum vt nullam propemodum similitudinem senatus, nisi fortuitam in curia nostra centenaria extare contenderim, sic res eius iudicatas constitutasque et auctoritate et exemplo et preiudicio instar esse senatusconsultorum haud dubitanter affirmauerim, duntaxat quod ad eos pertinet, qui intra terios ditionis eius concluduntur, que sane pleraque Gal-

6 lia est. Hactenus Budeus. † Insuper, communis est omnium iudicum illa regula, quod eorum nemini liceat extra aut supra sue iurisdictionis limites ius dicere. Quanquam. n. varii sint iurisdictionis limites territorium, tempus, persone, res, quantitas, et sui singulis iudicibus tribuantur proprij, non tamen comparandi vis in singulis est posita, sed in communi quod ista coniungit. Commune. n. quo nituntur omnes, est, supra aut extra iurisdictionis cuiusque sue limites ius non dicere. Quo comparationis genere vtitur Aeneas apud Virgilium.

Si te Carthaginis arces
Phoenissam, Tyrieque aspectus detinet vrbis,
Que tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est? et nos fas extera querere regna.

Neque. n. hoc nititur Aeneas, quod vel Dido in Africa habitet, vel ipse Italiam petat, sed eo quod subijcit, Et nos fas extera querere regna. Ea autem regula cum multis modis limitetur a Doctoribus, latissime profecto diffunditur illa limitatio quam de iurisdictionis adserunt prorogatio-

7 ne. Et magnus certe est prorogationis effectus. † Neque. n. ordinaria modo, sed et delegata iurisdictio prorogari, idque varijs modis potest. Nam et de re ad rem de quantitate ad quantitatem, de loco ad locum, de tempore ad tempus, de persona ad personam, qui tamen vltimus modus non facile procedit in delegato. hec quidem in ciuilibus, nam in criminalibus prorogatio nihil preiudicij adferre iudici priori potest. Verum hanc prorogationis materiam non est nunc tractandi locus, que sparsim varijs in locis a Doctoribus nostris vel confunditur vel explicatur. Sunt et quedam non omnibus, sed quibusdam iudicibus inter ipsos communia, vt inter ordinarios quedam, inter delegatos nonnulla, et inter ordinarios et tertie speciei delegatos aliqua, que omnia si pergam singulatim excutere, poterit opus hoc in immensum excrescere, at in omni articulo omnes angulos perquirere non est consilium.

SVMMARIVM

1 Differentia rei quid sit. et nu. 6.
2 Notionis verbum generale esse.
3 Delegatum iudicem non statim constituit, quisquis iurisdictionem mandat.
4 Iudicis delegati ordinario similis, diffinitio.
5 Iudicis delegati ordinario similis, diffinitio perpensa.
7 Species aliquando effici genera, habita ratione quarundam differentiarum.
8 Ordina. iudex quibus differentijs distinguatur a legato.
9 Iurisdictionem esse in territorio, quomodo sit intelligendum.
10 Differentias veras raro admodum reperiri, ac pro his circunlocutione vtendum.
11 Consuetudinis non paruam esse auctoritatem circa iurisdictiones tribuendas, adimendas, aut etiam alterandas,

De differentijs iudicum, et altero comparationis genere, quod ad agendum referri dicitur. Cap. V.

Priori genere comparationis, quod cognitionis totum esse ex Cice. docuimus, duo querebantur, nempe hec, idem ne sit, an aliquid intersit. Que comparatio ad iudices accommodata, querebat primum quid commune inter ipsos haberent, de quo mihi pro lectoris voluntate fortasse nimium, pro rei difficultate parum, pro meo instituto satis dixisse videor. Deinde quibus notis discreparent, quae res nunc a nobis quanta poterimus diligentia tractabitur. † Rodulphus

1 Agricola non suo modo, sed hac quoque, si viueret, etate vir doctiss. dialecticam inuentionem enarrans, scribit, Differentiam esse propriam rei notam, qua secundum idipsum quod talis est, ab alijs distinguitur rebus. estque nobis, vt ipse nequaquam falsus ait, vel maxime, omnibus e rebus verarum differentiarum penuria. Paulo post. Et de rationali paucisque admodum alijs, sint necne vere differentie, sunt qui potent, sunt qui negent. In reliquis nemo fere est, qui constanter vllius rei differentiam veram cognosci posse affirmet, ambitu quodam et loquendi circuitu, aliquid quod locum eius teneat effingimus, multaque persepe colligimus, quorum quodque latius pateat quam hoc ipsum quod definitur, dicta tamen equantur, et proprium quiddam ipsius efficiunt. Idem, Sane differentia, quod ipsum nomen pre se fert, dicetur commodius quoties generi quod diuidit comparatur, aut quoties species, cui definiende adhibetur, reliquis coniteri specieb. ab illa differentibus. Sue. n. speciei comparata cuius substantie pars est rectius proprium dicitur quam differentia, et conuersim de ea dicitur. Sumamus exemplo nobis, iudicem delegatum ordinario similem, definiendum. Inueniemus primum talem iudicem notionem quandam habere. Veruntamen non omnis notio delegati est, nam et presidis, et reliquorum ordinariorum notio est, et arbitrorum, quos tamen dele-

2 gatos non esse constat. † Notionis. n. verbum generale est. Vlpianus Notionem accipere debemus et cognitionem et iurisdictionem. Cogitemus igitur aliquid quo istos excludamus. Videmus potestatem quandam esse istis, sed illis maiorem his minorem, quam que delegato conueniat, addamus ergo, iudicem delegatum habere notionem non illam simplicem et infirmam que arbitrorum est, sed infirmiorem tamen ea que ordinarijs suo iure dicitur competere, ea profecto erit notio, non propria quidem, quamquam aliqua tamen, sed mandata iurisdictione informata.

3 † Quid ergo quisquis mandauerit iurisdictionem, siue is sit Iudex pedaneus, siue arbiter, seu etiam mere priuatus delegatum constituisse dicetur? Minime hercle, sed is tamen qui prior iurisdictionem habeat, et imo etiam iure, non alieno beneficio habeat. Sed neque id quidem satis erit, nam et ad pedaneum iudicem nihil horum non videtur pertinere, habet. n. et notionem, et eam quadantenus mandata iurisdictione infirmatam. Nam vt Vlpianus ait, Pretor sicut vniuersam iurisdictionem mandare alij potest, ita et in personas certas, vel ad vnam speciem potest. Mandatam ergo iurisdictionem ad causarum vniuersitatem esse oportebit. Circunferamus diligenter oculos, libenter enim hac in re vtimur Agricole verbis videamusque, ecquid intra complexum definitionis possit venire, quod nomine definiti non contineatur, sed et hoc quoque, contineat ne aliquid definito quod definitio non admittat, que si non videbuntur, colligamus iam a capite om-

4 nia, dicamusque, † Iudex delegatus ordinario similis, est is, qui notionem habet mandatam ab homine, cui suo iure iurisdictio competit, ad causarum vniuersitatem iurisdictione informatam. Sed dixerit quispiam, quid ad rem propositam pertinet, hec de diffinitione tractatio? Profecto quia nullo alio certiore ductu intelligi potest, que sit ratio differentiarum, quibus species a specie differre solet, quam si definitione explicata, quid quo differat, quid cuique proprium sit, cognoueris

5 Nos quidem vt exactius et vberius semel pstitisse iudicemur, † age rursus a capite ordientes, singularum partium huiusce definitionis rationem exigamus. nihil est eorum signorum que post genus, quod est notio, sumuntur, quod non generalius sit quam iudex delegatus. nam et pedaneo non proprie, sed verbo generali mandata iurisdictio, et ab homine, cui suo iure competat, plerunque dici potest, et ordinarius iurisdictionem quamquam a lege principaliter, habet tamen ad causarum vniuersitatem. Eo tamen, quod ab homine dictum est, omnes iudices preter delegatum excluduntur, quod ad causarum vniuersitatem, iudices pedanei submouentur. Itaque tandem velut gradibus quibusdam; ad id quod definitum est peruenitur. Illa enim quamuis singula pateant latius, iuncta tamen equantur, et proprium quiddam ipsius efficiunt. Nam habere iurisdictionem quale definitio ista complectitur, et proprium, et differentia est. Proprium quidem, si sue speciei, hoc est, tali iudici delegato cuius substantie pars est, comparetur, de qua etiam conuersim dicitur, sed erit differentia quum generi quod diuidit comparabitur, diuidit enim notionem a notione, aut cum eadem species alijs iudicum speciebus, puta ordinarijs vel pedaneis, a quibus ea nota differt, comparatur. Que omnia arbitror supra adducte ex acutissimo Agricola doctrine, non esse dissentanea. Verum huiusmodi rationem legum tractandarum, quibusdam nihil, nisi quod priores inuenerint ipsi, probantibus, lucernam nimis olere videbitur, et alioqui libros quosdam imperitiores, vt Quintiliani verbis vtar, etiam crassiore vt vocant musarum explicare. † Differentiarum ergo na-

6 tura est, vt que de eodem genere conueniunt, specie distincta esse testetur. sic, suo iure habere iurisdictionem, vel alieno beneficio, differentie sunt quibus ordinarium iudicem et delegatum diuersas esse iudicum species cognoscamus. sic magistratus diuersis creatos comitijs, diuersarum esse specierum ex Gellio docui-

7 mus. † Rursus easdem species, alterum differentiarum habita ratione, fieri genera, nouasque species continere, vt maiorum magistratuum eidem hic est, centuriatis comitijs creatorum, alij quidem minus imperium.

alij maius habet. Plus.n.ꝛ minus que genere cõueniunt spe‑cie pleruq; differe demonstrãt speciei enim (vt idem Agricola Phrisius acute docet) sola cõparatione ad genus, id nominis indituꝫ est indiuiduis aũt cõparata species nõ iaz speciei retinet
8 sed generis potius accipit faciẽ. † Sic realẽ habere iurisdictio‑nẽ, differentia est, qua distingiť ordinarius a delegato, qui perso nalẽ hꝫ. Et in mandando iurisdictionẽ, dignitati adiectio facit. vt delegati nomẽ, generis naturã assumat, vt delegatorũ alij qui dem personalẽ iurisdictionẽ alij in mandata causa realem ha‑beant, hoc est cũ dignitas a mandãte expressa fuit. Sic ẽt habe‑re permanẽs obiectũ patiẽs, id est, cui vel in qꝺ ius dicať, qua‑le est territorium, differentia est declarans ordinariũ iudicẽ, aliã esse iudicis speciẽ a delegato, cũ hic sine tali obiecto permanen te, pleruq; sit, ille vero tali obiecto destitutus nunq; esse actua‑li iurisdictione possit. Rursus actus ꝛ habit⁹ iurisdictionis. no‑uas ordinarij iudi. iam nunc generis faciẽ assumẽtis species pa‑rere videbunť. Hac.n. differẽtia, chartularij ꝛ iudicis (vt ita lo quar) prorogabiles, a reliquis distinguunť ordinarij, qꝺ hi ꝛ iuris dictionẽ, ꝛ obiectũ patiens nõ habitu mõ, sed ꝛ actu semper ha‑bent, illi vero habitu quidẽ semper, sed actu raro. in habitu est (autore Baldo) ꝓ potẽtiã, in actu per exercitiũ. Quod aũt dixi
9 de obiecto patiẽte, nõ temere est. † Nã qꝺ vulgo aiunt iurisdi‑ctionẽ esse in territorio, ꝛ passiue ꝛ actiue ꝛ cãtiue intelligi dꝫ. Passiue, qꝛ territorio terminať, sed actiue est in magistratu cui iurisdictio cõpetit cãtiue, qꝛ iurisdictio nõ per se ꝛ precise est in territorio, sed ratione personarum eodẽ actu, vel habitu degentiũ. Neq;.n. rex, sed hominũ cã ius constitutũ est. Ceterum com‑plures alias esse Iudiciũ differentias minime negauerim multe enim ex ijs, que.s. diximus colligi possunt, ꝛ ex ijs que sequẽtur multe, sed multas esse (ne ex antedictis quidẽ) que vere differẽ tie, sint, hoc est, que singule speciem a specie distinguãt, ꝛ ad suã speciẽ relate, ꝓprij instar esse videať deq; ea querisi dicanť, hoc
10 vero valde negauerint. † Unde qꝛ verarum differentiarum (vt Phrisius ait) propemodũ egeni sumus, cõsiliũ (qꝺ inopia fieri solet) oportet ex necessitate sumamus, vt ꝛ in diffiniendo, aliqd qꝺ locũ ipsarum expleat mutuemur. Porro quecũq; de iudicum
11 differentijs dicta sunt, intellige vera esse de iure cõi, † nam ex consuetudine potest horum omnium bona pars immutari. Con‑suetudinis enim in tribuenda, vel adimenda alterandaue iuris‑dictione non leuis est auctoritas. nunc autem dicendum esset no bis de altero genere comparationis, quod in officij disceptatio‑ne versari diximus, ꝛ in quo, quid rectum faciendum sit queri‑tur, sed illud, nõ vanis ex causis, alteri loco destinauimus, cum peculiariter que sint iudicum officia declarabimus, id quod pro ximo libro futurum est.

SUMMARIUM

1 Iurisdictio quid differat a iurisditione. ꝛ nu. 6.
2 Iurisdictione homines quantumuis agrestes semper obedijsse, ꝛ numero. 11.
3 Leges magistratibus preesse debere.
4 Iurisdictionem legis nomine significari.
5 Populi cetus non improbatus ẽt si iurisdictione careat, potest sibi ius ciuile condere.
7 Iurisdictio vnde dicta sit
8 Magistrare quid ꝛ magistri qui dicantur.
9 Iurisdictio seu lex virtutis sue partes dispensat ꝑ magistratus, idq; iurisdictionis instrumento.
10 Imperium a iurisdictione cogitatione facilius distingui quã re. ꝛ numero. 12.
13 Lege regia de Augusti imperio lata, remansisse apud populuꝫ Senatumq; romanum suam potestatem ac maiestatem.

¶ De iurisdictione, iurisditione, ꝛ imperio, in genere. Cap. vj.

0 Pereprętium mihi fecisse videbor si initio ꝛ iurisdictionis, ꝛ imperij originẽ ac
1 naturam summatim exposuero. † Et illud in primis sciamus oportet (in hꝫ enĩ libet Stoicos imitari, q, vt Cicero ait studiose exquirunt vnde verba sint dicta) aliud quidam esse qꝺ iurisdictio nominatur, ꝛ aliud qꝺ iurisdictionem appellamus. Multo enim latius iurisdictio quam iurisditio patet, hec ab il‑
2 la fluit, illa vero nature sue vi, simul cũ hominibus extitit, † neq; enim vllus vnquam vsquam hominum conuictus fuit quantum libet, vel agrestis vel incompositus, qui non iurisdictioni quadã tenus obediret, cuius tanta vis est (vt Tullij verba huc transfe ram) vt ne illi quidem qui maleficio, ꝛ scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitie (que certe, vel mater, vel filia huius ditionis est) viuere. Nec alio pertinet id qꝺ Aristoteles in po‑liticis ait, qui igitur, inquit, legem preesse iubet vĩ iubere Deũ preesse ꝛ leges, qui autem hominẽ iubet preesse adiungit ꝛ bel‑uam, libido quippe talis est, atq; ita obliquos agit etiam viros optimos, qui sunt in potestate, propter qꝺ mens absq; appetitu
3 lex est. Plato. † Interitum paratũ illi ciuitati video in qua nõ lex magistratibus, sed legi magistratus presunt salutem vero illi vbi lex seruientibus magistratibus dominatur. Et Cicero, vide tis igitur magistratus hanc esset vim, vt presit, prescribat que re cta ꝛ vtilia ꝛ coniuncta cum legibus, vt enim magistratibus. le‑ges, ita populo presunt magistratus, vereq; dici potest magi‑stratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistra‑tum. Nihil porro tam aptum est ad ius conditionemq; nature, quod cum dico, legeꝫ a me dici, nihil aliud intelligi volo quam imperium, sine quo, nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec reruꝫ natura omnis, nec ipse mũdus põt. Et põt paulo, quibus aũt regia ptãs nõ placuit
4 nõ hi, nemini, sed nõ semper vni parere voluerunt. † Quũ ergo legem dicimus, nõ aliud q̃ iurisdictionem dicimus, hoc est, cõ‑munem fere illam voluntatẽ, in omni re pub. dominantẽ, de qua paulo ante disseruimus, Hec eniꝫ vbicũq; est, vult legẽ ipsaꝫ di tionemq; iuris nõ hominẽ preesse ciuitati. Quam dominantem volũtatẽ ac legẽ, Papinianus cõmunẽ reipub. sponsionẽ, De mosthenis (Martiano referẽte) munus deorum ꝛ cõspirãtis ciui tatis conuentũ, Chrysippus diuinarũ humanarumq; reruꝫ regi nã, quam presidere ducẽq; esse cõuenit, appellarũt. Sed, ꝛ ex hꝫ intelligi põt latiorẽ esse iurisdictionis significationẽ, quã iurisdi‑
5 ctionis. † Comperti iuris est, quemuis populi cetuꝫ non iꝓproba tum, quantũlibet iurisdictione carentem, posse ius ciuile ꝓprie sumptum, hoc est, leges municipales aut statuta sibi cõdere ꝑut
6 egregie tꝫ Ias. Bartoli in hoc opinione confutata. † Idem etiã hinc liquere potest, qꝺ quoties iustitium ediciť, tum iurisdictio‑ne vigente, iurisdictio velut sopita nõ apparet Cicero, Iustitiũ edici oportere, iurisdictionẽ intermitti, claudi erariũ, iudicia tol li. Liuius, vocato deinde senatu, cũ ex auctoritate patrũ iustitio indicto, ꝑfectus ad tutandos fines esset. Idẽ cũ magistro equiꝫ in concionẽ venit, iustitiũ edicit, claudi tabernas tota vrbe iubet
7 vetat quẽquã priuate quicq; rei agere. † Iurisdictio autem non tam a ditione, quaꝫ a dicendo ius est appellata. Est enim velut iuris dominantis cõicatio aut instrũ, per quod maxime ditiõis iuris suã vim exercet, quoq; iudices qui, vti superius annotaui‑mus, in leges iurati sunt, vtentes, vim illam iurisdictionis, cuiq; negotio. ad equi ꝛ boni libram appenso, distribuunt ꝛ applicãt. Que quidẽ applicatio aut iuris dicendi facultas, qꝛ non oibus permissa est, qui ad eã rẽ selecti sunt, iurisdictionẽ habere dicun
8 tur, ꝛ magistratus ꝓprio appellanť. † Magistrare, inquit Fe‑stus, moderari est. Unde magistri nõ soliũ doctores artiũ sed ẽt pagorum, societatũ, virorũ, collegiorum, equitũ dicunť, qꝛ omnes hi magis ceteris põt, vñ ꝛ magistratus, qui per imperia poten‑tiores sunt priuati. Spartianus, inde in Germaniam transit, pa cisq; magis quã belli cupidus, militem quasi bellum immineret exercuit tolerantie documentis eos imbuens, ipse quoq; inter ma nipulares vitam militarẽ magistrans. Pomponius, Post ori ginẽ iuris ꝛ processum cognitum, cõsequens est, vt de magistra‑tuum nominibus ꝛ origine cognoscamus, qꝛ vt exposuimus, per eos qui iuri dicendo presunt, effectus rei accipitur, paruꝫ est.n. ius in ciuitate esse, nisi sint q iura reddere possint. Et quem hic Pomponius effectũ rei appellat. Modestinus alibi virtuteꝫ legis nominat. legis virtus, inquit hec est, imperatore, vetere ꝑmittere, punire. Quintillianus, porro lex ois aut tribuit aut
9 admittit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. † Has er‑go virtutis sue partes, lex iurisq; ditio, iurisdictiones instrumen to, ꝑ ministros suos magistratus, exequitur, dispensat ac distri‑buit. a qua re cũ pendat reipub. salus, felix ille principatus, in quo diligenter exquiriť, quẽ cui potissimũ muneri prefici par sit ne in quenq; iurisdictioni ꝓpositũ, id Persij obijci iure possit.
Rem populi tractas?
Quo fretus. dico magni pupille Pericli,
Scilicet ingenium, ꝛ rerum prudentia velox.
Ante pilos venit, dicenda tacendaq; calles.
Ergo vbi commota, ꝛ que istic reliqua sequuntur.
10 Porro imperium in laxa, soluta ꝛ vaga significatione, an, aut quo a iurisdictiõe differat, cogitatiõe magis distingui, ꝛ (vt ple‑

tracq alia) facilius intelligi quã explanari põt. Habet enim imperium vim quãdã in se cogendi, & iussum iubere aũt (vt Aristoteles ait) imperiosius est. Atqui, ius a iussu vel iubendi potestate, nomẽ traxisse vr, autore Phrisio. propterea dicebat Chrysipp9, diuinarũ humanarũq rex reginã legẽ, faciẽda qdẽ iubere rursus nõ faciẽda phibere, quo fit vt iperiũ & datio iuris, eiusdẽ esse videãt ptãtis. nã & i qdã qstõne iperatoris Cõstã. velut patria ponũt, i illis vobis, a p̄onis rursus sub iperio, ditioneq mittãt. Et Liuius, Ne quẽ exercitũ, q cũ populo Ro. socy sine bellum gesturus erit rex per fines regni, sui eorumve qui sub ditiõe eius erunt trãsire, finito, neu cõmeatu, neue qua alia ope iuuato. Idẽ Roma. socijq, Antiocho & ijs, qui sub imperio eius erũt,
11 prestent. † Et sicuti nec domus vlla nec ciuitas, nec gens, sine iurisdictiõe dominante cõsistere potest, ita nec sine iperio, ppea & patri in filios dño in seruos, imperiũ erat, fortassis & natu maioribus in minores, marito in vxorẽ, agnatis, & gentilibus i furiosos, ex quo illud prouerbiale apud antiquos, Ad agnatos & gentiles est deducendus. que oẽs ptãtis species velut riuuli qdã a
12 fonte manãt illius late potẽtis imperij ditionisq. † Attamen si artius ditionem inter, & imperiũ perquirere velimus differẽtiã, appet ditionis, plenioris, significationis vocabulũ esse, magisq audientis cogitationẽ implere, quã sit faciatne ea vxor imperiũ imperãdi. n. ratio posterior ditione vr veluti euẽtus qdã, aut destinatũ a cã natum. A qua sñia non vr discrepare textus Iustiniani de suis victorijs differentis, dum ait, & tam Africa q̃ alie innumerose prouincie, post tanta tẽpor spacia, nostris victorijs a celesti numine prestitis, iterũq ditioni Romane, nostroq ddite imperio protestant. Et saue, & sic intellexerit Iustinianus, nequaq̃ fallebat. Erat. n. illius imperiũ minus populi Ro. ditione, qd illud a ditione, haud q̃ hec ab illo vires obtineret, ex quo sicuti pricipẽ singulis superiorem, ita vniuerso populo fuisse
13 inferiorem itelligimus. † Nã & post legẽ regiã de Augusti imperio latam remãsit populo Ro. ac senatui sua potestas & maiestas. id qd nõ sutilib9, sz apprime vehemẽtib. rõnib9 demõstrari possit. Ver cõmodius est eam rem imotã sinere. Nã quẽadmodũ lacus quidam sunt, in quos si quid de industria inieceris, maximas tempestates excitabis, sic si maiestatem iam olim sacrosanctã, liberius cõmonefecisse videare.

SVMMARIVM

1 Iurisdictionis in genere sumpte, species due, imperium cõmunicatum scilicet, & iurisdictionem simplicem.
2 Imperium absolutum non iurisdictionis sed iurisdictionis esse, & penes solum principem residere.
3 Imperium cõmunicatũ diuiditur in merum & mixtum.
4 Imperium merũ quid sit, & nu. 7.
5 Imperim merum qua ratione ita appelletur.
Merum quid significet.
6 Imperium merum nihil habere cõmune cum iurisdictione specialiter accepta preter generis participationem.
8 Exilium capitalem penam esse.
9 Fame iudicium sit ne capitale.
10 Infamia quid sit.
11 Reum eximere & absoluere meri imperij est.
12 Absoluere & condemnare ex eadem specie iurisdictionis proficiscuntur.
13 Coercio seu castigatio (preter capitalem penam) triplex corporalis, pecuniaria, verbalis.
14 Coercio corporalis duplex, maior & minor.
15 Verbalis coertio quibus casibus sit ex mero imperio.
16 Filius a patre oblatus mitius est puniendus, quam si alia via deprehensus esset.
17 Animaduertendi potestatem non continuo habet, quisquis punire potest.
18 Merum imperium officio iudicis nobili seu libero exerceri.
19 Officium iudicis liberum (quod a doctoribus nobile vocatur) quare ita appelletur.
20 Accusatio non impedit quominus iudex libero seu nobili suo officio fungatur.
21 Iudice posse citra accusatorem de criminibus inquirere.
22 Accusationes tum priuatorum tum publicor criminuz quamobrem institute. & nu. 32.
23 Accusandi quãta sit difficultas, ex Cicerone.
24 Accusare alium volens qualis ipse esse debeat, ex Cicerone.
25 Delatores sua denunciatores criminuz ob accusationis difficultatem institutos esse.
26 Delatores iudicijs suis assistere debent interim dum questio de crimine habetur.
27 Delatores criminum non esse veros accusatores.
28 Accusatorum multitudinem reipu. esse vtile, ex Cicerone.
29 Procuratores fisci & promotores successisse in locum delatorũ seu potius accusatorum.
30 Procuratores fisci ac promotores notantur.
31 Fiscum in dubijs questionibus qui condemnat, non delinquit.

¶ De imperio mero & mixto, deq iurisdictione in specie, & peculiariter de mero imperio. Cap. vij.

1 IN hunc modum velut seminა quedã & initia descripta sint eorũ, q̃ d imperio mero, mixtoq, tum de iurisdictione simplici ad vsũ legalem & iurisconsultorum, dicenda sunt. nunc de partibus & riuulis ex eo fonte manantibus. Quãquam si quis Bartoli aut Iasonis i ea re partitiones, & suppartitiones, & diuisiunculas, singulatim exequi velit, e quibus certe dici non potest vt nobis creuerit labor, infinitum est opus, nec temere a quoquã sine aliqua reprehensione tractatũ. Ac vix scio, an vllo in genere venia iustior debeatur, si modo, vt Plin. ait, minime mir est, hominem gentium non omnia humana nouisse. Quapropter autorem neminem vnuz sequãr, sed vt quenq verissimũ in quaq re arbitra
1 bor. † Iurisdictio in genere, que, vt diximus, iuris, dominantis cõmunicatio est, duas habet species, imperium, cõmunicatum, & iurisdictionem simplicem. que diuisio etiam Baldo placuisse vr, ita scribenti. Iurisdictio in duo diuiditur. s. in imperium & iu
2 risdictionẽ. Imperiũ subdiuidit in merũ & mixtũ. † Sed nõ frustra est qd adieci, cõmunicatũ, est. n. quoddã aliud imperium q Bal. & eũ sequutus Decius, absolutum appellant, qd quidẽ nõ iurisdictionis, sed iurisdictionis est. Residet enim apud illum. penes quem ex cõmuni illa reipub. sponsione, vt ait Papin. ditio iuris est, puta olim penes rempub. Rom. dominantẽ, nũc tandem quidem ex lege regia, sed temporuz cursu, & velut nouo quodã cõtinuatoq populi cõsensu monarchiam euehẽtis, penes principem ipsum cuius imperij absoluti exempla. xvj. proponit Bal. acriori. s. iudicio vsus, quã Bar. qui absoluti imperij partes cõicato imperio, hoc est, imperio mero, vt ipse ait maximo
3 attribuit. † Hoc igitur absoluto imperio nũc preterito, cõmunicati species ostendamus. Vlpianus summa diuisione vtitur, Imperium, inquit, aut merũ aut mixtũ est. Vnde nisi id sepius vsuueniret Accursio, mirarer plurimũ homini venisse in mentẽ, vt tacitis calculis. Vlpianũ vel negligentie vel imperitie isimularet. Interpretaturus. n. Accursius hec Pauli verba, mandata iurisdictione priuato, ẽt imperium qd nõ est merũ vr mandari sic dicit, Imperiũ non dicas merũ vel mixtũ imperiũ, licet hoc q̇dam dicant. sed modicam cohertionem. quasi vero modica cohercio alterius imperij esse, quã meri, aut mixti, aut quasi aliqd reperiretur aliud imperium generali iurisdictionis verbo comprehensuz qd neq merũ, neq mixtũ esset, quodq Vlpia. latuisset. Sed pgamus. † Imperiũ merũ definit Vlpia. hoc mõ, merũ
4 iperiũ est, habere gladij ptãtez ad animaduertendũ in facinorosos homines, qd etiã ptãs appellatur. Paulus Vlpiano velut subscribens, Potestatis verbo plura significant, in psona magistratuũ imperiũ. Imperij definitionẽ, non aliã, sed eandẽ aliter, veluti per paraphrasim quandã, adfert Bal. his, Merũ imperiũ est iurisdictio seuerioris vltionis inferende p accusatione vel mero officio, principaliter introducta ob publicã vtilitatẽ. Neq. n. (qd Bar. fecit) negat Bal. ab Vlpiano dfinitũ esse merũ imperiũ, sed eandẽ definitionẽ paulo fusiore peculiarium ad sectionũ seu adiacentiũ, que in mero iperio instar esse, vel differentiarũ vel pprij pñt, expressione, reddit magis aliquãto populare. Notũ enim illud est (id qd alibi quoq a nobis annotatũ) Iurecõsultos accisius & tanq obducto velo suo responsa edidisse non secus atq oracula, ne vulgo obuia pphanarent. Sed erit opere pretiũ vtriusq definitionis particulas exactius & vberius explicare, ita. n. variarũ opinionũ ac dubitationũ, q̃
5 in huius rei tractatũ incidũt, multitudinẽ reprimemus. † Principio, qd hic definit imperiũ, cur merũ appellat aperiendũ est. Merũ dicit quod est purum, & ab oi mixtura separatum, quẽadmodũ Pompon. ait, stipulationes pretorias esse, que a mero pretoris officio proficiscuntur, hoc est, vt interpretatur Alciatus, que solius pretoris iurisdictioni relinquunt, quarũ alius

Iudicis

Iudicis notio nõ est. Sic dr̃ merũ ius cõpẽsationis, ⁊ neminez de iure mero detrudi, ⁊ mera donatio, sic ẽt merum imperiũ dr̃
6 qr nõ alterius speciei ɋiunctione miscet̃. † Ex quo intelligit̃ merum imperiũ nihil habere cum iurisdictione specialiter accepta cõe preter generis participationem, in hoc enim has species, cum inde veniant conuenire necesse est. Nam vt iurisdictio simplex, ita ⁊ imperium merum, species est iurisdictionis generice, qđ vel ex tituli accõmodatione pz. Ideoq; in oĩbus alijs adiacentibus que oĩum Iudicũ diximus esse cõia. Sed hoc quo ꝺ loquimur, imperiũ adeo merũ est, vt nihil horũ illi ɋueniat, que sunt iurisdictioni simplici peculiaria, que res aliter in mixto im-
7 perio se hz sicuti videbimus. † Merum. n. imperiũ omnez iudicij rõnẽ admittit, per quam facinora coercentur, pena. s. publice vtilitatis gratia in delinquentem ɋstituta. Quoties. n. meruz imperiuz exercet̃, toties is qui in reos relatus est, aut de capite periclitatur, aut in corpus aliqua coertio est, vel pena pecuniaria fisco ob delictum inferenda. Nam aut vera mors naturalis hoc est vltimũ suppliciũ, patrati facinoris pena est, aut mors ciuilis puta cũ quis de ciuitate eximit̃, et maximaz patit̃ capitis diminutionez. De media nihil dico, qr vt in illa dubitem, faciũt Ciceronis verba sequentia, deinde, inquit, nihil rationis adfers quamobrem si libertas adimi nullo modo possit ciuitas possit, nã ⁊ eodẽ modo de vtraq; re traditũ nobis est, ⁊ si semel ciuitas adimi potest. Qui enim potest iure quiritũ liber esse is, qui in numero Quiritũ nõ est? Quibus Tullij verbis eleuari vident̃ iurisconsultoꝶ responsa de media capitis diminutione, qr in re tñ
8 nihil pronuncio. † Capitalis ẽt pena est exilium, qđ triplicis esse generis tradit Budeus. Quãq; Cicero (sed cause sue inseruiens) dicat exilium nõ suppliciũ esse, sed profugium portumq;
9 supplicij, Capitale ⁊ illud fortasse videri † iudiciũ posset, nisi iuris textus refragaret̃, in quo non de vita aut ciuitate libertateue, sed fama quis in insulam deportatus, aut patria extorris, aut domi sue latitans omnis honoris cõiunctusq; ciuilioris expers? Neq; enim incerti iuris est, quicquid publici honoris est, nõ solum non cõmitti, sed ẽt adimi solere infamibus. Proinde Cicero Quintij famam defendens, dicit se caput illius defendere. Huc ẽt pertinet Pauli r̃nsum, negantes infamem esse hominẽ integrum. Eodez spectat Martiani verbũ. vñ hos casus equat a morte, ⁊ ab ĩfamia liberari. Et illud. M. Tullij, qd. n. minus est dignũ, q̃ tibi quicq̃ peius videri dedecore flagitio, turpitudine? que vt effugias, quis est nõ mõ nõ recusandus, sed vltro
10 apppetendus subeundus, excipiendus dolor? † Hoꝶ omnium rõnem colligere possumus ex infamie definitione, q̃ certum est esse, lese dignitatis condinionẽ, moribus legibusq; reprobatam argumento. s. ducto per ɔ̃riam, a bone fame ⁊ estimationis definitione, hanc enim ita definiuit Callistratus, Estimatio (inqt) est dignitatis illese status legibus ac moribus cõprobatus. hic sese offert in fedos quorũdã mores late excurrendi operis insti-
11 tutũ. Et ijs quidem modis reus de capite dr̃ periclitari. † Quo verbo nos hic libenter, ⁊ ex cautione quadam vtimur, vt illa dubitatio tollatur querentium, an e reis eximere absoluereq; etiã meri sit imperij. Equidẽ ego vel maxime contendo esse, motus Vlpiani verbis hoc modo respodentiũ, Solet etiam custodiaꝶ cognitionem mandare legatis. s. vt preauditas custodias ad se admittant vt innocẽtem ipse liberet, sed hoc genus mandati extraordinarium est, nec enim, potest quis gladij potestatẽ sibi datam, vel cuius alterius coercionis ad alium transferre nec liberandi igitur reũs ius habet cũ accusari apud eum non possint. quibus ex verbis satis intelligitur potestatem liberandi innocẽtem meri imperij esse id tribus, sicuti opinor rationibus tuz qr iudicium capitis erat institutum, ⁊ hinc dubius fuit litis euentus
12 † tum quia, vt Bal. ait, absoluere ⁊ condemnare non differunt penes speciem iurisdictionis, led tantũ penes formam pronunciationis, tum tertio, qr eque videntur publicam spectare vtilitatem absoluere ⁊ condemnare quandoquidem non minus immo fortassis aliquanto magis reip. interest, innocentẽ absolutũ iri, atq; nocentem condemnari. Potestas enim vtroq̃ spectat
13 equaliter, ⁊ vt apostolus ait bene agentibus ad iram. † Quod si non tanti sit peccatũ, vt vlla capitis pena expiandum sit, sed tale tamen, vt reprimi nec impune esse oporteat, tum alterius generis castigationi coercioniq; locus erit. q̃ ego quidem triplicem
14 esse censeo corporalẽ, pecuniariã, verbalem. † Corporalis duplex est, altera maior minor altera. Maiorem intelligo, omnez vehementem coercionem, vel atrocem verberationem, capite saluo, hoc est, vita, libertate, fama, integris manentibus. Huius exemplũ esse relegatio potest, vel cum in opus quis publicũ dat̃ ad tempus. Minor coercio, quecunq; infra atrocez est, vt ictus fustium in libero humiliore in ceteris rei certe interdictio, ⁊ flagella in seruo. Minor etiam coercio presertim in seruo dici põt pena vinculorum temporaria, aut in carcerem inclusio. Licet enim carcer (vt Vlpiano, non etiam. M. Tullio placet) non ad puniendos, sed ad continendos homines haberi debeat, solent tamẽ Presides in carcerem continendos damnare. omnis autem quantũlibet simplex coertio, suapte natura meri imperij est nisi cũ iurisdictioni cõicatur, tũc. n. fit mixti, sicuti postea videbimus. Pecuniaria, quoties ob crimen, vel facinus admis-
15 suz reus in aliq̃ pecunie summã fisco inferendã ɋdemnat̃. † verbalis coercio ex mero imperio esse põt, vt cũ patronus ɋuiciũ a liberto passus prefectũ vrbis adit, vel cũ filius, q vt nõ opz conuersatur, proconsuli offertur a patre, verbis corrigẽdus ac terrẽ-
16 dus. Mitius. n. multo puniẽdus † est filius criminosus a patre oblatus, quã si alia via requisitus vel deprehensus esset, etiã si a patre exhiberet̃ puniendus, ne scilicet (qđ Martianus ait) videat̃ pater ad suppliciũ filiũ obtulisse. Cicero Pr̃ ꝟo, inquit, etiã obesse filio debet. O vocẽ durã atq; indignã tua probitate Laterensis Pater vt in iudicio capitis, pater vt in dimicatiõe fortunaꝶ, pr̃ vt apud tales viros obesse filio debeat, q si esset turpissimus, sordidissimus, tñ ipso nomine patrio valeret apud clementes. Iudices ⁊ misericordes, valeret, inquã, cõmuni cõsensu omniũ, ⁊ dulcissima cõmemoratione nature. Nã ⁊ Terẽtianus Chremes ait, ꝓ peccato magno, paululũ supplicij satis esse patri, tametsi aliter oli T. Manlio visum sit reipublice dignitatẽ asserenti. Hoc igit̃ illud merũ imperiũ est, qđ Vlpianus gladij potestatẽ, Bald. seuerioris vltionis inferẽde iurisdictionem appellat. Quo loci puto Baldũ comparatiuo vsum pro positiuo, ratione loquẽdi ⁊ ornata ⁊ Iurecõsultis nõ infrequẽte. Ceterũ qđ indefinitis verbis ait Vlpianus, ad aiaduertendũ in facinorosos homines, Bald pluribus aperit verbis, Per accusationẽ (inquit) vel mero officio, principaliter introducta ad publicã vtilitatẽ. Nã Vlpianus, ne accusatiõis expressioni, merũ officiũ, vel ɔ̃tra, officij meri ꝟbo, accusationis formulã excluderet, vtrũq; velut vno fasce, aiaduersionis vocabulo complexus est.
17 † Animaduertere. n. in alteruz, punire est. Sed nõ quisquis puniendi, idẽ animaduertendi ius habet, illud eniz, quorũcũq; est, hoc eius, q in alteꝶ potestatem habet, ordine ac rite, idest, cum aniaduersione puniendi, autore Valla. At dixerit hic quispiã, si que Baldus ait vera sunt, necessario colligit̃, quoties ꝑ accusationẽ exercebit̃ imperiũ, nullum esse mero officio locum, atq̃ ob id nõ satis tñ apte vocari merũ imperiũ. Nã ⁊ Bal. ipse credit accusationẽ ⁊ officium Iudicis, species esse differẽtes, nec in
18 Iudice residere accusationẽ, sed in accusatore. † Ego donec certiora doctus fuero, sic existimabo, meꝶ imperiũ officio Iudicis libero (qđ nr̃i nobile vocãt) nõ etiã subseruiente (qđ illi merce-
19 nariũ) exerceri. Libeꝶ officiũ ideo appellandũ puto, † quia, vt Bar. ⁊ Decius tetigere, nullius vnius volũtati sit obnoxiũ, sed vi quadã propria ɋsistat, nec corrogato vllius suffragio idigeat. Etenim quicũq; Iudex imperij meri potestatem habet, cogitare quid sibi cõmissum creditumq; sit debet, ⁊ vt Cicero ait, nõ solũ sibi potestatem datam, verũetiam fidem habitam esse, meminisse. Cõgrui (inquit Vlpinus) bono ⁊ graui presidi (quo nomine omnes prouincias regentes ɋtinentur) curare vt pacta atq; quieta prouincia sit, quã regit, qđ nõ difficile obtinebit, si sollicite agat, vt male hoibus ꝓuicia careat eosq; ɋquerat. Eteniz autore Tullio, vt membra quedã amputant̃, si ⁊ ipsa sanguine ⁊ tãquã spiritu carere ceperint, sic perditoꝶ qdã homines moꝶum qui ciuium ɋiunctionem aut dirimunt, aut vitiant, a cõi tãq̃ corpore ciuitatis segregandi sunt ne, qđ Apostolus ait, Paulum fermenti totam conspersionem accidam reddat, cui fuerit admixtum. Quamq̃ aũt liberum officiũ, suopte Iudicis motu, ac iurato in rempu. voto, moueri oporteat, excitatur tamen aliquan-
20 do, accusatione per aliũ proposita, † At non qr si Titius Caiuz falsi accusauit Iudex de ea cognoscens, libero fungi officio, cuz non modo citra accusationem potuerit iudex de crimine inquirere (vt veteres loquebantur) verumetiam cessante accusatore possit. Iudex officij libertate fretus, in delinquentez animaduer-
21 tere. † Verior. n. est illorum sñia, qui aiunt, iudicẽ de quocunq; crie, ẽt circa accusatorem certum fama tamen aliqua aut altera generali inquisitione preparatoria precedente inquirere posse eoꝶ, q negãt regulariter quẽq̃ sine accusatore damnari debere. Vnde q̃uis nõ in iudicis, sed in ipsis sitũ sit accusatoris potestate, accuset, quẽ, an nõ accuset, cui ẽt accusationis iudicis officiũ adesse oporteat, nõ propterea tñ vlla ex parte officij liber-

tas impedit, cū, sicuti ostendimus, possit alioqui Iudex añ vel
post accusationē inquirere, etiā si nemine priuato illius implo-
retur officiū, id qđ i mixto imperialiter h3, istbic. n. regulariter
iudex nisi petitū nō impetit officiū, de quo nos capite mox se-
22 quente videbimus. † At q2 iudicis officiū, Ulpiano teste, latissi
me patet, multaqꝫ ab improbis defingantur iudici ignorata re-
ceptum est, vt quisqꝫ priuato delicto in suā suorū vel iniuriam pa
trato, publice queri possit, ð publico añt, quiuis vnus e populo.
quoꝝ accusationes qd al'ud sunt, q̃ꝫ officio libero nec opināti q̄
dam admota calcaria ⁊ Quinēt vt olim fuit ita hodie quoqꝫ re-
ceptū est, vt publici quidā sint hominū facinorosorū nūciatores
⁊ accusatores. Etenim aut facile repias qui (vt iuris textus h3)
vinculū inscriptionis arripiat, custodieqꝫ similitudinē patiatur,
23 quiqꝫ (sicuti Tranq. ait) par periculū pene subire velit, tū3 qđ
maxima sit difficultas accusādi. Magnū. n. est (inqt Tullius)
te cōparare ea, quibus possis hominē e ciuitate, presertī3 nō ino
pem neqꝫ infirmū exturbare, qui ⁊ per se ⁊ per suos ⁊ vero etia3
per alienos defendat, omnes. n. ad picula ꝓpulsanda ꝯcurri-
mus ⁊ qui nō aperte inimici sumus, ēt alienissimis, in capitis pe
24 riculis, amicissimoꝝ officia ⁊ studia prestamus. Idē alibi. † Co
gnosce ex me qm̄ hoc primū tēpus discendi nactus es q̃ꝫ multa
esse oporteat in eo, qui alterū accusat, ex quibus si vnū aliquod
in te cognoueris, ego iam tibi istuc ꝙ expetis mea volūtate ꝯce
dā. Primū integritatē atqꝫ innocentiā singularē. Nihil est. n.
ꝙ minus ferendū sit, q̃ꝫ rōnē ab altero vite reposcere eū qui nō
25 possit sue reddere. † Cū inquā adeo periculosa difficilisqꝫ res es
set accusare, neqꝫ tenere quisq̃ꝫ reperiret, q tāti discriminis alee
vltro ac sponte se cōmitteret, inuentū est (ne scilicet, vt Iuriscō-
sultus ait, maleficia manerent impunita, vt essent qui tū clancu-
larijs tum manifestis accusationibus, id essent iudicibus, qđ ca-
nis aut anser in Capitolio. Fuere. n. primū nunciatores seu de-
latores publice, instituti, qui clam aut nocte obambulantes, vel
hominū sese miscētes cetibus, quid quisqꝫ designaret obserua-
bant, non dissimiles his quos Plutarchus a curiositatis vitio
aliterios appellat, infame sane genus hominū, ꝫ reipub. nō in-
26 tile, quoru3 in iure mentio frequens. † His dicta lex est, vt inte-
rim dum questio de crimine hr̄, suis indicijs assistāt, ne. s. acres
sint ēt tum, cum suspitio nulla sit. Nā si luce quoqꝫ canes latrēt
cum Deos salutatū aliqui venerint ijs, Cicerone iudice, crura
suffringant. Paulus iuriscō. Nūciatores q p notoria indicia ꝓ
27 dunt notorijs suis assistere iubent. † Eos autē ꝯstat nō fuisse ve
ros accusatores. Imp. Gord. ea qdem q̄ per officiu3 presidibus
denunciant, ⁊ citra solēnia accusationū posse perpendi incogni-
tum nō est. Fuere etiam accusatores publici tanto nunciatori-
bus honestiores, quāto liberalius est, in faciem hostem agrredi
28 quā agere cuniculis. De istis hoc modo Cicero. † Accusatores
multos esse in ciuitete, vtile est, vt metu ꝯtineat audaci, verūtñ
hoc ita est vtile, vt ne plane illudamur ab accusatorib. Innocēs
est qspiā; verūtñ q̃ꝫ abest a culpa, suspitione tñ nō caret tametsi
miteꝝ est tñ ei qui hunc accuset, passim aliquo modo ignoscere.
Cum enim aliquid habeat qđ possit criminose dicere aperte lu
dificari, ⁊ calumniari sciens nō vr̄. Quare facile oēs patimur eē
quāplurimos accusatores, qđ innocens si accusatus sit, absolui
poteit, nocens nisi accusatus fuerit, ꝯdēnari nō potest. Utilius
est autē absolui innocētē, q̃ꝫ nocētē cām non dicere. Sed q2 ac-
cusationes, ⁊ difficultatis plurimū ⁊ periculi habebāt, nec vnq̃ꝫ
non odiose erāt, nisi cū (vt idē Cicero tradit) aut reipub. aut pa
trocinij cā id fieret, obliterata sensim est hmōi accusandi ꝯsuetu
29 do, desitumqꝫ est eā in pretio gloriaqꝫ haberi. † Quaqꝫ in nūcia
torum delatorumqꝫ vicem, vt Bartolo placet, aut verius in ac-
cusatorem successere locum, quos vulgo sindicos, vel promoto-
res vel fisci procuratores, appellant, habent. n. ⁊ hi plerūqꝫ sub
quo lapidecūqꝫ latentē scorpiū, habēt suos aliterios, suas aures
My de aurib. lōge prominētiores, habēt sua vndiqꝫ retia, colū
30 bis tñ magis quā coruis metuēda. ¶ † Ueteribus añt illis accu
satoribus longe sordidiores esse videri sane pñt nōnulli ex hisce
nostratibus accusatoribus, illi. n. haud aliter fere, q̃ꝫ (vt dixi)
vel reipub. vel cliētū gratia accusabant, ⁊ si sepius accusandū es
set reipub. tribuebāt hoc muneris, nostri vero, haud raro nō tā
reipub. q̃ꝫ illius pretextu, proprij cā compendij, presertim eo lo-
ci vbi prede pars accusatori tanquā sectori vel quadruplatori ce
dit (id qđ papie obseruari Decius) ⁊ multos ⁊ sepe ⁊ citra mo-
dū accusant veteri. s. prouerbio, inuerso ⁊ omnia ⁊ passim ⁊ ab
31 omnibus, accupio captantes suo. ¶ † Que licentia vt quadan-
tenus coerceret, respondisse arbitror Modestinū, non delinque
re eum qui in dubijs questionibus, contra fiscum facile respon-
derit. Plinius, Que precipua tua gloria est, sepius vincitur fi-
scus, cuius mala causa nunquā est, nisi sub bono Principe. Et-
enim duri hominis (vt Cicero ait) vel potius vix hominis vide
tur periculum capitis inferre multis. Idqꝫ tam periculosu3 ipsi
est, tū etiam sordidū ad famā, cōmittere, vt accusator nominet.
Hoc vno tñ etatis nostre accusatores, p̄scis illis tollerabiliores
nūc vno in loco, vnicus tantum sit publicus accusator. Extat. n.
32 paremia vetus. Eadē domus nō bene canes alit duos. † Sed
vt vnde aliquanto digressi sumus, redeamus, hi accusatores seu
publici seu priuati, velut aculei sunt quibus excitatur meꝝ illud
imperiū, ⁊ libeꝝ ius dicentis officiū publicā (vt Baldi finitio
h3) vtilitatē respiciens, nec vnā partē aliquā reliqs desertis, sed
totū corpus reipub. curās, hoc est, vt tuta sit inter improbos in-
nocētia recte igit̄ ⁊ ex arte, breui oratione definiuit Ulpianus,
meꝝ imperiū esse, habere gladij ptātē ad animaduertēdū in fa
cinorosos homines. Recte etiam Baldus, dum crassiore musa
ait, merum imperium est iurisdictio seuerioris vltionis inferen-
de, per accusationem vel mero officio principaliter, introducta
ob publicā vtilitatem. Quamquā enim huius definitionis par-
ticule quedam latius fortasse pateant quam hoc ipsum quod de
finitur iuncte tamen equantur, ⁊ propriam ipsius imperij meri
definitionem constituunt, ijs enim gradibus, ad id quod defini-
tum est peruenitur, quod satis est, Rodolpho Agricola autore
Et hec quidem de imperij meri definitione.

SVMMARIVM

1 Mixtum imperium non facile distingui a iurisdictione.
2 Mixtum imperium quid sit ⁊ quare sic appelletur.
3 Mixtum imperium licet exerceatur officio iudicis nobili, non tamen vltro ab ipso exercet̄, sed duntaxat, parte petente vel ratificante.
4 Mixtum imperium circa que versetur.
5 Mixtum imperium in quibus differat a simplici iurisdictione.
6 Intellectus ad. l. imperium. in vltimo responso. ff. de iurisdictio. omnium iudi.
7 Iudicis dandi licentia qua ratione dicatur esse mixti imperij.

¶ De imperio mixto. Cap. viij.

Itera communicati im-
perij species est imperium mixtum, quod quidem
supra, ex eorum genere diximus esse, que non ea-
dē quidē sunt, sed intellectu magis qua3 oratione
1 distinguuntur. † Uix enim quicquā differentie esse inter mixtū
imperiū ⁊ iurisdictionem, indicare videntur Iuris nostri auto-
res, cum aiunt, imperium quod iurisdictioni coheret mandata
iurisdictione transire, ⁊ mandata iurisdictione priuato, etiam im
perium quod non est merum videri mandatū, Ulpianus illud
2 his verbis definiuit, † Mixtum imperium est, cui etiam iurisdi
ctio inest. Mixtum autem cur appelletur affert Baldus tripli
cem rationem. Primam, quia mixtas habeat naturas. secun-
dum, quia in id concurrunt diuerse qualitates, vnde participat
ratione qualitatū de quolibet extremorum, tertiam, quod dica-
tur per abnegationem, quasi non merum. Alij aliter, vt visum
est illis, ego sic intelligo, hoc imperium quo de agimus, a dignio
ri ac potentiori cognominatum, mixtum ob id appellari, quia
simplicis iurisdictionis societate, infirmius redditur, tanquam
vinum aqua dilutum, quod inepte merum appellaueris. Facit
enim ea societas, vt imperium vim natiuam magna ex parte
3 amittat. † Nam licet imperium mixtum officio. Iudicis libero,
aut vt aliorum verbis vtar, nobili exerceatur, neque enim vlla
prodita actio est, qua pars iudicē ad huius officij impartitionē
adigat, sed implorari postularique debet, non remanent tamen
hoc officium in libertate illa nobili pura ac mera, que vltro a
Iudice ad nullius vnius priuati, sue vtilitatis gratia imploratio
nem, sed duntaxat bone fidei in rempublicam agnoscende gra-
tia exercet̄. Nā quēadmodū in mixti imperij causis regula est,
iudicē officiū parti illud petenti negantē, teneri ad interesse, ita
ēt regula est, iudice3 non posse illud in eisdem causis exercere,
4 nisi parte vel petente vel ratificante. † Obscuratur ⁊ hinc ali-
quāto eius officij libertas, qđ iā demitti vr̄ a totius cura corpo
ris ad vnius partis studiū, ⁊ a publice vtilitatis rōne, ad priuati
compendij disceptationem. Nec iā gladij potestatem aut crimi
nalia tractat, sed i ciuilib. tātū iurgijs, que meliora sunt adhibe-
tur, neqꝫ

tur, neq; semper iubet (qđ proprie imperij est) sed plerunq; decernit, vel auctoritatē interponit. Que oia magis ad simplicem iurisdictionem pertinere credunt̄ hisq; rōnibus, nisi dignior ap-
5 pellatio intercederet, nō falso mixta iurisdictio diceret̄.† Ex cōtrario, imperium mixtum complura hȝ a simplicis natura iurisdictionis aliena in hac. n. regulariter, ꝛ actione opus est, ꝛ officio subseruiente, ꝛ iuris iter partes dictione, vti nos capite seq. dicturi sumus, at in mixto imperio, nec vlla opus est actione, ꝛ officiū iudicis liber est, ꝛ in eius imperij casibus iudex non tam ius inter partes dicit ꝙ aut nouū ius tribuit aut ex officio libero quiddā decernit, aut ꝯtumaces moderata rōne punit. Nam circa hec tria versari mixtū imperiū Bal. attestat̄. Hoc igitur imperium sicuti non est, ita nec dr̄ merum, sed mixtū, velut cām mixtā ꝛ naturam ancipitē habens imperij mixti duo proponit Vlpianus exēpla bonorum possessionem dare posse, ꝛ iudicis dandi licentiam habere de bonorum possione danda, satis conuenit inter docto. At de iudicis dandi licentia, nō eque. Accursius. n. cui fere subscribunt oēs ꝯtendit eam licentiam esse iurisdictio-
6 nis. Iason ꝛ Alciatus contra quor mihi sententia placet.† Dum enī Vlpianus, posita mixti imperij definitione, ait, Iurisdictio est etiam Iudicis dandi licentia, eius hec fuisse mēs videtur cū imperium mixtum alia multa habeat cum iurisdictione simplici communia, vt quod ciuilia, non animaduersiones exequitur, qđ circa priuatam vtilitatem principali destinato versatur, tuȝ ꝛ ea que huius est imperij licentia, qua Iudices litigantibus dantur iurisdictionis naturā, videtur attingere. Unde sicuti in bonorū possessione decernenda, inq; auctoritate prestanda, ac similibus mixti imperij causis huic imperio intelligitur ob id inesse iurisdictio. quia huiusmodi causa priuati sunt compendij, ciuilisq; disceptationis. Ita ꝛ hac ipsa iudicis dandi licentia, mixto imperio videtur inesse iurisdictio. Bene igitur Alciatus dum ait, dictionem licentia, in eo contextu, sextum casum respicere.

7 ¶ † Sed rursum quemadmoduȝ cetera que mixti sunt imperij, alio respectu imperij magis quam iurisdictionis sunt vel eo maxime, quod ea omnia Iudicis officio libero ac nobili expediuntur, sic ꝛ ista iudicis dandi licentia (tametsi id cum iurisdictione commune habeat, quod ciuilis, non etiam criminalis est, qđq; non tam publicam quam priuatam spectat vtilitatem) eodeȝ officio nobili venit explicanda, ipse Vlpianus illaȝ in numero eorum ponit, que officio nobili expediuntur. Officium enim in dubijs ad nobile referri solet id quod etiam alciatus annotauit.

SUMMARIUM

1 Iurisdictio simplex quid sit. ꝛ nu. 7.
2 Actione nonnunquam petitur id quod publicam vtilitatem respicit.
3 Iurisdictio vnde dicatur.
4 Iurisdictio qui differat a mero ac mixto imperio.
5 Officio nobilis ac mercenarij in iudice nomenclationes non esse reijciendas.
6 Uocabula pleraq; a veteribus Iurisconsultis vsurpata esse, q̄ alijs authoribus latinis insueta essent.
8 Iudex etiam inique decernens, ius reddere dicitur.
Rei iudicate vigor quid differat ab effectu.
9 Iurisdictioni coercionem coniunctam esse quare sit necesse.

¶ De iurisdictione simplici. Cap. ix.

Satis cōstat iurisdictionē simplicem, secundum ea, que capite superiore docuimus, non esse ab Vlpiano definitā. Existimauit opinor Vlpianus, ex cognitione meri ac mixti imperij satis intelligi eas causas simplicis esse iurisdictionis, que neq; meri, neq; mixti imperij, quemadmodum Caius, non alia ratione definit,
1 que persone sui iuris sint. Potest autē hoc modo definiri.† Iurisdictio simplex est, per quam via actionis specialiter accepte, ꝛ sepius ad priuati hominis vtilitatem, cause pecuniarie expediuntur, hoc est cum per ciuilem intentioneȝ ac depulsionē, queritur vter litigantium, alteri debeat, aut vtrius sit res controuersa. Dixi de actione specialiter accepta, quia extraordinarie persecutiones generali verbo actionis continentur, sed nihil differre videntur ab imploratione officij iudicis, vt Alciato placet.
2 † Dixit etiam, sepius ad priuati hominis vtilitatē ob id, ꝙ nōnūquam per actionem petitur in iudicio id, qđ publicam, non etiā priuatam respicit vtilitatem, quod quidem ex duorum responsorum coniunctione intelligemus. Vlpianus, si in publico aliqd fiat omnes ciues opus nouū nunciare possunt. Idem nonnulli putant tam actionem in factum esse dandam, quam interdictū quod verum est. Idem etiam iuris est, cum fisci nomine aliqua actio proponitur, vt petitio hereditatis, tum enim ciuiliter agi, ꝛ Barto. ꝛ Decius attestantur. Quamquā in hoc alucinari mihi Decius videatur, quod ait, tum agi ad priuatam vtilitatem. Neq; enim certa illatio est, ob id agi ad priuatam vtilitatem, qꝛ
3 ciuiliter agatur.† Porro iurisdictio (vt sint consequentia nomina rebus a iure dicundo nominatur, tum enim proprie iurisdictio simplex exercetur quum partibus ciuiliter litigantibus ius dicitur. Qua ratione distinguitur ab vtroq; imperio iurisdictio,
4 sicuti. s. dictū est.† Differt aūt ab imperio mero iurisdictio hoc nomine potissimum, quod illud animaduersionis ꝛ gladij potestatem publice vtilitatis gratia exequitur, hec autem priuatas liberum officium in iurisdictione vero locus est officio subseruienti, vel (vt vulgo appellant) mercenario cuius officij frequentem esse vsum ostendunt passim Iurisconsulti, Vlpianus, Iudici statim atq; iudex factus est, omnium reruȝ officium incumbit, que cūq; in iudicio versant̄ ea autē q̄ ante iudicium contingunt, non
5 valde ad eū pertinent, nisi fuerint ei nominatiȝ iniuncta.† Neq; vero auribus adeo impatientib. quēꝗ esse decet, vt has voces, nobile ac mercenariū, vel fortassis vero proprius, liberū ac subseruiēs officiū, qꝛ. s. Papinianus his non sit vocibus vsus, ex familia Iuris ciuilis, iudicta cā deturbandas censeat, presertim cum ee, ꝛ in vsum pridē recepte, nec penitus barbare sint. Occurrūt enī haud raro in iure tractando, verba quedam, vt aiūt, magistralia, facilioris explicationis gratia a recētiorib. adoptata, cuiusmodi sunt, officiū nobile ac mercenariū, vel liberū ꝛ subseruiens iurium forme ꝛ informe patientia formis ꝛ informis, laudū, bannū, ꝯditio potestatiua, dispensare, recusare iudicē, iudex suspectus, positiones, ꝛ articuli, ꝛ id genus sexcenta vocabula, non tam sordida aut proculcata, quā vsu rex exigēte cōparata q̄ nō prius explodi par est, ꝙ sermonis vsu purioris fuerint sen-
6 sim obliterata,† qn̄quidem nec ipsis veterib. Iuris nostri autoribus, Papiniano, Vlpiano ceterisq;, tm̄ cōtigit felicitatis, vt ab hac nouitatis nota immunibus esse licuerit. Quā rē diligenter mihi perpendisse in quadā oratione sua vr̄, successor in iuris ciuilis pfessione meꝰ Bonifacius amerbachius Basiliensis, Legum Doctor, quem virum quisquis bene nouerit, nec dialecticorum acumen, nec Philosophorum sententias, nec iurecōsultorum memoriā, nec Isocratis suauitatē, nec Lysie subtilitatem, nec demosthenis vim, nec Aphricani grauitatē, nec Lelij lenitatē, nec Papiniani iudiciū, nec (si volet) Ciceronis copiā nec (si contra velit) Plinij breuitatē, nec acquilij in respondendo candorē vsq; est in eo desideraturus. Is i eadē oratione huiusce nouitatis exempla adfert eiusmodi, quis, inquit, scriptoruȝ diuiduitas dixit, vti Caius? quis duitas, vt Iabolenus? quis versicoloris, pro his que natiuū suū mutarūt colorē? quis ossuaria, pro loculis in qbus mortuor ossa reponunt̄? quis pannicularia, pro rebus a captiuo in custodia delatis? quis centenariū libertū, pro eo qui hȝ cētū in bonis? quis salariū pro pensione, vectigali ꝙ pro solo penditur? quis iurisculū, pro leui iurgio inter virū ꝛ vxorē, vti Vlpianus dixit? ꝛ vt interim (inquit) mera iuridica preteream, alienar disciplinar sectatoribus non cognita, cuius generis sunt facti diuiduū vel indiuiduū, falcidia, trebellianica, ꝯctꝰ noīatus vel inominatus, actio vtilis vel directa stricti iuris, vel bone fidei, pactū nudū, portio caduca, sui heredes, necessarij petitoriū, possessoriū, ꝛ id genus infinita si recēsere pergā. Hic ille. que propterea huc a nobis trāslata sunt, ne sepius, heroibus istis, in solius vel Ciceronis vel Demosthenis verba iuratis repetendum sit, id qđ dici solet, ex interpretibus rem ipsam venari, non verba oportere. Nā vt (ipso Cicerone teste) Dialecticor verba nulla sunt publica, suis vtuntur, sic ꝛ id cōmune omnium fere est artiū. Quo etiam fretus esse consilio videtur Zasius noster qui res functionē in suo genere, vt Paulus ait, recipientes, nouo suo vocabulo, fungibiles nominat. sed
7 digressione relicta, ad id qđ instat redeūdū est.† Iurisdictio ergo simplex, ꝛ a mero, ꝛ a mixto imperio separata quadantenus species esse pōt, cuius vigor tum per Iudicē exercet̄, cū is, patribus dare ꝯtrouersa litigātibus, ius reddit. Quapropter etiam si pars victa nō paruerit, nihilominus tm̄ dictū est ius partibus, ꝛ iudex suo functus est officio, nihilq; superest qđ de iure ꝯtrouerso queri apud eundē Iudicē oporteat. Res enī iudicata, si non puocationis intercessio prohibeat, pro veritate accipitur.

8 † Index enim ius reddere dicitur et cum inique decernit, relatione scz facta, non ad id qd ita index fecit, sed ad illud qd indicez facere conuenit. Sed qz aliud quidam est rei indicate vigor, & aliud rei indicate effectus (vigor enim est ipsuz ius dictum, ipsa sententia, effectus aũt est ipsa executio & emolumentũ rei indicate) ob eã puto causam dixisse vr̃ Iurisconsultus iurisdictionem sine modica coercione nullam esse. Nullam, id est, inefficacem. Neqz enim in iure nouũ est nullũ, & inefficax aut inutile equiparari, atqz ob id mandata iurisdictione priuato, et imperiũ qd nõ est merum mandatũ videri, & imperiuz qꝫ iurisdictione coheret

9 mandata iurisdictione transire. † Quamuis.n. iurisdictio partibus suie non repugnantibus, sine vllo coertionis vsu, efficax esse possit, & rei indicate emolumentũ producere, attamẽ qz frequentius accidit, vt reali executione, vel in possessionez missione, vel contumacie repressione, vel pignorum captione sit opus, ob id iura que frequentiora respiciunt, voluerunt iurisdictioni giunctã esse coertionẽ aliquã, tantã, scz que iurisdictioni explicande sufficiat, autore Jaboleno, quippe ne, qd Iulianus admonet esse prohibendũ, suie iurisdictionisqz vigor eludatur. Aptissime ergo Papinianus imperium mixtũ mãdata iurisdictione trãsire dicit, transit enim, vti Decius ait, ex consequentia quadã, magis qꝫ deleget. At qz modica illa iperij stilla, iurisdictioni coheret nõ põt amplius meri esse imperij, rursum, qz iurisdictio infirmitatis proprie conscia, auxilium ab imperio mutuatur, iã isthic neqz iurisdictio simplex, neqz mex imperiũ diutius manere põt sitqz hac ipsa diuersarum mixtura qualitatum, noua quedaz species, que mixtum imperiũ appellatur, hoc est, vt Vlpianus ait, tale imperium cui et iurisdictio inest. Et ipsa iurisdictio, que, dũ partes litigantes nihil repugnabant, simplex erat, ac dicebat, nunc adueniẽtia mixti imperij societate, alterius quodammodo nature, intantum incipit esse, vt neqz que illa amplius ab imperio mixto, neque hoc ab illa, nisi, prout supra diximus, intellectu solo valeat separari.

SVMMARIVM

1 Potestatem gladij sibi datam nemo potest in alium transferre.
2 Iurisdictione mandata nõ transferunt ea, que specialiter gcessa sunt lege, vel Senatusc. vel pncipũ gstitutione. & n. 5. et. 10.
Mandari possunt que iure magistratus cõpetunt.
3 Verbis legis in dubio seruiendũ est atqz inibi quando liceat a Verborum significatione recedere.
4 Delegari possunt que iure pretorio competunt.
6 Tutoris datio non potest delegari. atqz inibi quibus tributa sit datio tutoris.
7 Suspecti tutoris cognitio cur delegari possit tutoris datio non possit.
8 Tutoris dationez neqz meri imperij, neqz mixti, neqz iurisdictionis esse.
9 Specialiter tribui que dicantur.
11 Iudex quibus casibus possit delegare id quod sibi lege, vel senatuscon. vel principis constitutione tributum est.
12 Mex imperium delegari potest consuetudinis pretextu.
13 Cause specialiter gcesse quibus casibus delegari possunt, nõ solum quoad cognitionẽ, sed et quoad decisionem delegantur.
14 Competere iure magistratus que dicantur.
15 Mixtũ imperiũ iure magistratus regulariter cõpetere. & n. se.
17 Mixtũ imperium nonnunquam dari principis cõstitutione, nõ iure magistratus.

¶ Merum imperium an delegari possit, item quid de mixto. Capi. x.

1 QVod ad meruz imperium attinet, † videtur Vlpianus eam rem absoluisse his verbis, Nemo potest gladij põtem sibi datam, vel cuiuslibet alterius coertionis ad alium transferre. Verũ & Bartolus & alij circa meri mixtiqz imperij materiam luminibus operari volentes, tantum tenebrarum suis nouis distinctionibus, alijs super alias inductis, & in Labyrinthi speciem confusis offundunt lectoribus, vt ne Papinianum quidem (e cuius vnius eruditione, licet omneis eius etatis Iurecõsultos estimare) credam proprium ea de re datum responsuz, si subtiles hasce distinctiunculas receperit, vlla ex parte intellecturum. Nam si veruz agnoscimus, Doctores nostri, ipsi se (vt Tullij verbis vtar) cõpungunt suis acuminibus, & multa querendo, reperiunt nõ modo, ea que iam non possunt ipsi dissoluere, sed etiam qbus ante exorsa & potius detexta propere texantur. Itaqz suas illis argutias relinquemus, & Papiniani doctrinam sequuti, rem omnẽ duabus regulis gtineri demonstrabimus. Regula prior est huiusmodi.

2 ¶ † Quecũqz specialiter lege vel. S. C. vel gstõne pncipum tribuuntur, mandata iurisdictione nõ transferuntur. Regula altera est. Que iure magistratus competunt, mandari possunt. Regulam priorem nullo ductu certiore intelligemus, quaz si diligenter verborum proprietatem sequuti fuerimus.

3 ¶ † Nam vt Vlpianus ait, in re dubia, melius est edicti verbis seruire, & Marcellus, non aliter a significatione verbox recedi oportet, qꝫ cũ manifestũ est aliud sensisse proferentem Papin. ait, quecũqz specialiter lege vel. S. C. vel constitutione pncipũ tribuunt. Ex hoc orationis contextu apertissime declarat Iurisconsul. se isthic proprijssime loqui, ne Iuris nostri partes confundisse videretur. Cum.n. sex Iuris scripti species sint, & ex his tres duntaxat Iuriscõsul. delegerit, reliquas sub regula ista priore non gtineri certũ est quarũdã.n. expressio ceteras excludere cognoscit.

4 ¶ † Vnde si quid iure ptorio tribuatur hoc sane delegari põt, vt missio in possessione ex cã dãni infecti. Verum ad huiusce regule prioris intellectum, duo mihi esse potissimum consideranda videntur, alterum, cur Papinianus dicat, quecũqz, alterũ, que dicantur tribui specialiter. De primo ita cũ Decio censendum existimo, nõ temere esse, qd nõ de mero peculiariter, nec d mixto imperio loquat Iuriscõsul. sed vti sermone dicat, quecũqz, vt ea que meri, queqz mixti imperij, & q̃ neutrius sunt, cõprehẽdat. Neqz his refragat, qꝫ ad priorẽ regulaz duo exẽpla tm̃, ex imperio mero proposuerit, quasi noluit mixtuz imperium sub illa cõcludi regula, id qd et vr̃ voluisse Alciatus. Equidem ex eodem Alciato ac Iasone respondeo, exempla declarare quidem, sed non tractare regulam.

5 ¶ † Quecũqz ergo specialiter ab his tribus iuris scripti partibus in Papiniani responso designatis, tribuunt ea mandata iurisdictione non transferunt, siue illa meri sint imperij, vt in duobus exemplis a iureconsulto recensitis, siue mixti imperij, vt cognitio super alienatione rusticorum vel suburbanorum prediorũ minoris que cognitio non iure pretorio, sed ex constitutione Imperatoris Seueri, specialiter tributa Pretori est, vel in prouincia Presidi, atqz ob id talis cognitio mandari nequit. Sic & autoritas in trãsactione super alimentis testamento relictis interponenda, qz oratione diui Marci, Pretori ac Presidi specialiter est permissa, delegari non potest, sine et quiddam aliud specialiter tribuat qꝫ neqz mixti, neqz meri iperij, neqz iurisdictiõis sit cuius exẽplũ adfert Vlpianus in datione tutoris.

6 ¶ † Tutoris inquit, datio neqz imperij, neqz iurisdictionis est, sed ei soli cõpetit cui nominatim hoc dederit vel lex, vel. S. C. vel princeps. Porro qui sint hi, quibus hoc tributũ sit, aperit idem Vlpianus alio in loco, sunt enim in prouincijs, Proconsul, Preses, Prefectus Egipti, & Legatus proconsulis. At in vrbe, Prefectus vrbis, vel Petor. quapropter nec tutoris datio delegari potest. Istis aũt repugnare vr̃ aliud Vlpiani responsum, dum ait, ius dandi tutores datum esse omnibus magistratibus municipalibus, Iason & Decius accursij interpretationem dicentes, hoc nõ est delegatione aut potestate magistratuũ municipali permissa, contingere, sed ex Presidis iussu, quem accedere necesse est. Neqz enim nouum est, priores leges trahi ad posteriores, vel e diuerso, has ad illas.

7 ¶ † Sed rursuz his q̃ de tutoris datione diximus refragari putabit, id qꝫ dici solet, pariorum eandẽ esse rationem. Cur enim si cognitio de suspectis tutoribus mandari põt, non et datio tutoris mandabitur? Decius respondet, qz vt diuersum statuatur, vtrobiqz est pupilli fauor. nec cũ ex datione tutoris, ius atqz potestas in capite libero tribuatur, nimirum si non temere valeat passim tutoris datio delegari. Sic & ex gtrio, fauor est pupillorum, vt facilis sit & nulli non obuia de suspecto tutore cognitio.

8 ¶ † Ceterum vt qd dixi, tutoris datione esse neqz imperij meri, neqz mixti, neqz iurisdictionis, verum esse credam, duo me impellunt, alterũ est, ipsa Vlpiani oratio negatiua, dũ ait, tutoris dationẽ neqz imperij, neqz iurisdictionis esse, qꝫ ego orationem (que clarissima est) in affirmatiuam nulla supplicatione trãsformare possuz. Nã si accursiũ imitatus, qui isthic his dictionẽ, tm̃ adijcit, dixero tutoris dationẽ neqz imperij tm̃, neqz iurisdictionis tantũ esse, plane contrarium eius qꝫ Vlpianus voluit asseruero. Ille eniz negat esse imperij, negat esse iurisdictionis ego sic, & imperij, & iurisdictionis esse affirmauero. Alterũ quo huc opinionis

opiniones vebor, est Baldi verbū aientis, ius dandi tutores nō
competere ratione iurisdictionis, sed cōmissionis facte p legez.
Et sane dictum Baldi lege Atilia confirmari videtur, secun-
dum quam, si cui nullus tutor fuerat, ei dabatur in vrbe Rom.
a pretore vrbano & maiore parte Tribunorum plebis. Atqui. s̃.
ex Gellio docuimus, Tribunos plebis nihil habuisse iurisdi-
9 ctionis. ¶ † Secundus articulus in quo dicte regule prioris
energia latet, est, vt intelligamus que dicantur tribui specialiter
doctores nostri pene omnes volūt id tribui specialiter, quod in
priuilegiū, personis vel magistratibus tribuitur. Subtilis Ful
gos. contra censuit, id scilicet priuilegij non a personis, sed a cau
sis sumendū esse. que sententia meo quidem iudicio nō mala est.
Nam & ipse Alciatus ait, merum imperium non demandari, p
pter periculum quod in ea cognitione versatur. Nec respuen-
dum etiam est Accursij glossema dicentis, specialiter, id est, ex
presse. Sed omnium certissima est interpretatio existimantium
id tribui specialiter, quod nominatim & in specie tribuitur, que
quidē interpretatio colligitur ex apertis Vlpiani verbis, supra
10 de tutoris datione propositis. ¶ † Ergo hic erit prioris regule
certus intellectus, vt quicquid seu meri, seu mixti imperij, seu al
terius cuiuscūq; (vt Baldi verbis vtar) cōmissionis, vel con-
cessionis. quod nominatus, & in specie, lege, puta Julia, Pom
peia, Cornelia, vel. S. C. vt Syllaniano. Turpiliano, vel prin
cipis constitutione, vt in predictis ꝯstitutionibus diuoꝝ Mar-
ci ac Seueri, tributū esse probetur, id omne delegari nequeat.
Et eam regulaz extendi posse arbitror ex Accursij doctrina, vt
obtineat, non modo cum iurisdictio tota generaliterq; manda-
tur, sed etiam si Preses aut alius, quod ei specialiter hoc mo-
do tributum est alteri nominatim delegare velit. ¶ † Limita-
11 tur autez eadem regula dupliciter. Vno modo, si is, cui tale ali
quid specialiter, lege, vel. S. C. vel Principis cōstitutione tri
butum est, abesse ceperit. Pondera verbū, abesse ceperit. Nā
qui accinctus itineri est, vel aliquousq; iam progressus, licet nō
dum prouinciam excesserit, abesse intelligit̃. Ceterum causam
absentie necessariam esse oportere putauit Accursius, Maxi-
mum enim telum est necessitas, vt Messius, Volscus apud Li
uium ait. Idem tamen iuris est, si non necessaria, sed probabilis
tantum sit absentie causa. Quinetiam Judici has causas adfe-
renti, credēdū esse vel inuito Jasone, Decius docet. Idē quoq;
erit si grauis morbus aliquis, ac (vt Julian. ait) sonticus. Judi
cem corripuerit, dumtamen absentie breuioris, aut leuissime fe-
bris occasione prouideatur, vt ne legi fraus fiat, tum enim nullā
esse delegationem, doctores multis rationibus affirmant.
12 ¶ † Altera regule nostre limitatio manat ex ꝯsuetudine. Tra-
dit enim Decius, iure & vsu rerum esse receptum, vt consuetudi
nis pretextu, cause meri imperij valent delegari, quod dictū ego
recipiendum arbitror, etiam nulla existente causa absentie vel in
firmitatis, alioqui nullus esset huiusmodi cōsuetudinis effectus
13 vt ex supradictis liquere potest. ¶ † Addamus & illud, quod
Accursius velut modum (vt aiunt) inscripto querens ꝯnobis in
nexit. Ducit enim, causas specialiter, vti diximus, ac nominatiz
tributas, solummodo quantum ad cognitionem, non etiam quā
tum ad decisionem definitionemq;, ex qualibet necessaria ab-
sentie causa delegari posse. In qua re Bartolus frigidam, vt
Vlpian. ait, spargit aquam. Sed Jason & Decius optimis vsi
fundamentis, ostendunt non cognitionez modo, sed & decisionē
quoq; mādari posse. que sententia vera est. Altera principalis
regula est huiusmodi. Que iure magistratus competunt, man-
14 dari possunt. ¶ † Huius regule vis in eo consistit, quid dicatur
iure magistratus competere Accursius partim recte loquitur
dum ait, iure magistratus, id est, propter vim magistratus, & iu-
re magistratus aliquid alicui competere, quod cōpetit eo ipso
quod magistratus est. Ceterum in eo quod subijcit de magistra
tibus & eorum priuilegijs, veluti linum lino connectens, non solū
toto (quod dicitur) celo errauit, sed alios etiam fere omnes in
eosdem errores traxit tandemq; eo vnum est, vt diuinatrici con
iectura, & contra ipsius Papiniani mentem, dicant doctores,
eam regulam magistratibus municipalibus recipi oportere.
15 ¶ † Breuiter verior mihi videtur intellectus quem Fulgos. &
Guido de Suza. ꝓposuere, volunt eniz ea q̄ mixti imperij sunt,
iure magistratus competere, quam sententiam in Paradoxis
Alciatus amplectitur quidem, sed latius aliquanto regulaz no
stram patere decet, his verbis eam interpretationem probaue-
rim, vt que conceduntur iure magistratus, id est, que statim vbi
quis in magistratuz delectus est, puta quod pretor, qd̄ preses,
quod Proconsul factus est natura officij sortitur, delegari, sicut
ea que specialiter non ex natura officij habet, nō possunt. At q̄
maxima inter Doctores velitatio de mixto imperio est, ea res
potissimum venit explicanda Papin. ait, iurisdictionem a pre
sente mādari transferriq; posse, sed merum imperiuz quod lege
datur, non posse transire. Et post paulo, Imperium quod iuris-
dictioni coheret, mandata iurisdictione transire. Ecce vt Ju-
risconsul. in eodem responso apertam differentiam adfert inter
imperium merum, & imperiuz quod iurisdictioni coheret, quod
quidem mixtum esse supra docuimus. Differunt enim q̄ im-
perium lege datum non dicitur iure magistratus cōpetere, nec
16 delegari potest. ¶ † Mixtum vero imperiuz nec regulariter le
ge datur, sed iure magistratus competit, & delegari potest. cum
lege dico, idem de. S. C. ꝯstitutione principis intelligo, ne ipse
a se Jurisconsultus dissideat. Mixtum igitur imperium, & iu-
re competit magistratus, & delegari potest. Exemplo erunt cā
restitutionis in integrum, & missio in mossessionem ex damni in-
17 fecti causa, vel seruandorum gratia legatorum. ¶ † Nec abs re
est quod dixi, mixtum imperium regulariter non dari lege, sed
iure magistratus competere, interdum enim plane contrarium
dicendum est, vt in autoranda transactione super alimentis te-
stamento relictis, & cognitione alienationis rusticoruz prediorū
minoris. Et enim tametsi mixti imperij sint tamen non iure ma
gistratus, sed principum constitutione dari, atq; ob id manda-
ri non magis quaz ea que meri sunt imperij posse, paulo ante de
monstrauimus. Ceterum an & qua ratione merum imperiuz pre
scriptione acquiratur, diffuse tractant Bald. & Jason. quorum
dicta videre licebit. Neq; enim liber hanc imperij incudem tū
dere, quod aiunt, semper eandem.

F I N I S

Tractatus egregius de Arbi-
tris & Compromissis, ornatissimi doctoris do. Joannis
baptiste Perusini, domini Bartoli generi,
in. xiij. libros diuisus.

¶ Preludium.

Operi nr̄o Jesus
Christus pijssimus humani gene-
ris redemptor & fautor adsit eiusq;
gloriosa mater virgo Maria, An-
nis domini Millesi. ccccxlvj. idus
marcij cepi legere vniuersitati scho
larium Perusinorum & compone-
re presens opus diebus festiuis de
mane in campana scholarium ego
Joannes Baptista d̄ Perusio do
ctorum Vtriusq; Juris & gener domini Barto. de saxoferrato
de Arbitris & Compromissis. ¶ Arbitrorum materiam & fre-
quentem & litem necessariamq; esse iure nostro studentibus oi-
bus subtilissimam quoq; neminem arbitror latere. In eius autē
explanatione, quamquam ad multum, & antiqui ac Moderni
docto. incubuerint, longe tamen ab eorum instituto illis omni-
bus contigisse videtur. Cum enim huius declarationem rei as-
sumpserint, precipueq; canoniste scriptores in celebri. c. quinta-
uallis, de iureiur. ob ipsorum fortasse scribentium multitudinez,
aut articulorum varietatem, vel potius ob inordinatā pertractā
di seriem, rem hanc penitus inuoluerunt, necessaria etiam sepis
sime omiserunt, sequti. s. oppositum eius quod polliciti sunt, pla-
cuit ergo mihi omniū minimo, cui nomē Vtriusq; iuris docto-

ris imerito attribuit. Hoc loco mei ingenij paruitas senserit per contari, adnitiq; pro viribus materiã hanc summo digito decla rare. Ad laudẽ & gloriã omnipotẽtis Dei, cuius nomẽ ac presi diũ in omnibus suppliciter postulo, vt sicuti humanũ genus pia miseratione redimere dignatus est, sic mihi, & sapientie scintillã & eloquentie rorẽ infundat, vt eo adiumento, & errores fugare, & recta exprimere valeam. Et ad cõmunẽ iuris ciuilis ac pontifi cij studentiũ vtilitatẽ, precipueq; cõfratrũ discipulorũ meorũ, quo rum fraternitatẽ oro atq; obtestor, vt sicuti me charitas & amor ac beneuolẽtia in eos dirigit, diesq; & noctes stimulat me, vt bo ni si quid operis Deus infuderit, ad ipsum omne eis comitem sit ardor sapientie & dicendi studium in eius inuigilet, & quẽad modum hoc opus eis pollicitus sepissime a me afflagitare desie runt. Sic operis eiusdem partes ab obtrectatorũ & inuidorũ lin guis defendant. ¶ Nunc ad rẽ accedamus in qua sic in oĩbus premissum intelligatur nihil proterue dicam, nihil pertinaciter affirmabo, si quid autẽ dictum erit quod a veritatis semita mo do aliquo deuiauerit, idipsum ad requisitionẽ vniuscuiusq; etiã minimi melius sentientis promptissime corrigã. Sed ante oĩa p̃cipales totius operis partes declaremus, quas licet alij pau ciores fecerit. Ego tamen omnem hanc materiam complecti co natus ad. xiij. necessario redigendas consideraui, quarum singu lis libri vnius particularis nomen imponam. Librorum ẽt quẽ libet per sua capitula diuidam ipsa quoq; capitula per particu lares questiones & articulos.

¶ Primus liber continebit necessaria fundamenta totius ma terie, nihil aũt parum in hac materia posset intelligi.
¶ Secundus, qui possunt, aut prohibentur compromittere.
¶ Tertius, super quibus causis, vel rebus, vel iuribus compro mittere liceat.
¶ Quartus, in quas personas.
¶ Quintus, qui cogantur compromittere, vel compromissũ in se factum acceptare, & de coactionis modo.
¶ Sextus, de compromissorum solẽnitatibus.
¶ Septimus, de pactis & renũciationibus que ĩ eis põt adijci.
¶ Octauus, qñ ex cõpromisso tribuatur potestas arbitri, & qñ potestas arbitratoris, & qñ vtraq; potestas coniuncta.
¶ Nonus, qualiter arbitrium procedatur, & sententietur, & qua liter se habeant partes coram eo.
¶ Decimus, qualiter procedatur & pronuntietur per eum, vbi in compromisso fuit allegata eius natura ex pacto vel aliter.
¶ Undecimo, qualiter per arbitratorem res terminetur.
¶ Duodecimus, qualiter per eum qui hẽ cõiunctã ptãtẽ iudicis & arbitri, vel arbitratoris, vel arbitri tantũ, & arbitratoris.
¶ Decimustertius, quibus modis compromissa finiantur.

Liber primus de necessarijs fundamentis totius materie arbitrorum & arbitratorum.

¶ Presatio cum diuisione.

a ARbitris & arbitramentis tractare cupienti, necessarium visum est in initio ipsius materie fundamẽta disquirere, cum scriptum sit. Fundamento cessante nihil superedificari posse operis boni, vt vigesimatertia qõne prima vbi sana fides, & ha betur. j. q. j. cum paulus. de presby. nõ bap. c. vlti. C. qui da. tu. poss. l. in vniuersis. Cũq; antiqui huius materie explanatores de his pauca quondam, & ea ipsa satis leuiter tetigerunt. Mo derni quoq; quodammodo negligere visi sunt. Diuiduntur au tem hec fundamenta in quatuor principales partes. ¶ Pri ma est de significationibus vocabulorum seu terminorum que in hac materia frequentantur. ¶ Secunda pars est, de inductio ne & varietate ipsorum terminorum. ¶ Tertia de eorundẽ ter minorum diffinitionibus. ¶ Quarta, de origine subiecti de quo tractamus & effectu generali.

SVMMARIVM

1 Compromissũ vnde deriuetur, & quid significet, & qualiter in materia arbitrorum assumendum.
2 Uerba in statutis proprio sensu non debent deflecti.

¶ Capi. j. primi libri.

c COmpromissi nomen licet a nostris doc. non declaret, † tñ cõponi ex dictioni 1 bus cum & promissum nemini dubitandum videtur. v. scз predicte positionis cum in. o. transeunte propter composi tionẽ vt inquit Priscianus. li. xiiij. dum loquitur de propositio ne. cuз. itaq; ac inspecta etymologia omnis inuicem eo tempo re aliquid promittentes cõpromittentes dici poterunt. Erũtq; effectus indeq; resultans compromissum quasi simul promissũ pro hoc qd hẽ. ff. si cer. pe. in. l. ij. §. appellata. insti. qb. mo. cõhiẽ obli. §. j. ff. de testa. l. j. ff. de acq. pos. l. j. insti. de dona. §. est & aliud cũ cõcor. Et hoc modo cõi significatione nomen hmõi vr̃ accipiẽ dũ. iuris aũt ciuilis & pontificij cõditores hec idẽ strictius assum pserũt, & enim pro eo tantum ab eis interpretandũ est qd inuicẽ a pluribus promittit̃, & tribuunt alteri sine iurisdictione notionẽ quandã cũ iudicandi ptãte, vt pbat̃. ff. de arbi. l. j. ij. & iij. & p to tũ illũ tit. ff. & C. & in decretalibus vbicũq; de hoc nomine fit mẽ tio, & hoc modo in presenti opere assumetur eo excepto qd qñq; p cõmissione q̃ fit iudicialẽ arbitrũ vel arbitra. accipiemus se quẽtes vulgarẽ lniam q̃ si ẽt hoc noĩe vtit̃, lз illud p iproprieta tẽ fiat, vt. j. dicemus eod. lib. x. c. hoc aũt cõpromissum, qñq; ap pellari solet receptũ, vt iperator exprimit. C. de iudi. in. l. rem nõ nouam. §. j. & probat̃. ff. de arbi. in rub. & ibi not. per glo.

2 ¶ † Uideamus qd dicendũ in statutis municipalibus, & quali ter in eis tale nomẽ accipiamus. etenim in statutis verba accipiẽ da sunt secundum sensum proprium non autem secundũ impro priũ, fm oẽs, per. l. iij. §. hec verba. ff. de nego. gest. Et qdẽ dõm est vtranq; significationẽ ex p̃dictis dici ppria cũ vtraq; ex no minis deriuatiõe pcedat lз prima latior & scda strictior, vt pbat iura preallega. qz tñ statuta a iure cõi dñr interpratione recipe re, vt pbat̃. C. de noxa. l. si serui vestri. & facit qd hẽ extra de cõ sue. c. cũ dilectus hac rõe dicimus haud dubie i statutis eo. mõ tale nomẽ accipiendũ quo diximus assumi de iure cõi, pboc ẽt qz statuta stricte interpretanda sunt vt. ff. de exercito. l. j. §. si is q nauem. ff. de lega. iij. l. non aliter. ff. de verbo. obliga. l. quicquid astringe. cũ si. Hoc autem verum intelligo nisi forte communis loquendi vsus alio modo assumeret huius nominis interpreta tionem quamuis commune, quo casu probata consuetudine po tius ex communi consuetudine quam ex iure communi statuta intelligeremus, vt probat̃. ff. de fun. instru. in. l. cũ delanionis. §. asinã. ff. de suppellec. lega. l. labeo. §. idẽ tubero. & ibi p Barto. & facit qd no. gl. ff. de pac. in. l. tale pactũ. §. fin. ff. de iusti. & iure in. l. omnes populi. & ibi per omnes doc.

SVMMARIVM

1 Arbiter vñ proueniat, & quis proprie dicendus arbiter.
Arbitri nomen varie in iure capitur.
2 Arbitri nomen in statutis qualiter assumendum.
Nomina dignitatẽ significantia qd requirãt in materia stricta.

¶ Capi. ij. primi libri.

a ARbitri nomen quamq; etiã a nostris doc. nõ hñ declaretur tñ arbitrando dictũ verbale. s. dictũ arbitror arbi trаris nemo ambigit de hoc p Priscianum. lib. iiij. dũ loquitur de deriuatiuis desinẽtibus in er, hinc monemur cuз significat scdm verbi sui significatum, sicuti natura vniuscuiusq; verbalis, vt habetur. ff. de insti. & iure. l. j. in princip. & insti. de tu telis. §. j. sicq; quicunq; arbitratur vel estimat, vel quouis modo per intellectum dijudicat arbitri nomen sibi vendicabit, hoc au tem clare demonstrat legislator, dum enim semel pro iudice ordi nario assumat vt. C. de postu. l. quisquis in prin. & alibi enim pro iudice delegato ponit, vt. ff. qui satis. cog in. l. arbitro. cuз. l. seq. Et quandoq; p eo qui eligit̃ ex causa suspitionis ex iuris necessi tate, vt C. de in. l. apertissimi. & eo. ti. l. fi. §. fi. extra de off. dele. c. suspitionis. & eo. ti. c. ab arbitris. lib. vj. & de app. c. cũ spãli in prin. Item qñq; pro eo qui eligitur ex compromisso conuentio nali, vt in omnibus titulis loquentibus de arbitris. Item quan doq; pro eo qui in testamento deputat̃, vt pbat̃ in. l. j. ff. de leg. ij. Item. nõnunq; pro quolibet tertio dispensatore rei sue, vt. C. man. l. in re mãdata. & tãgit̃ p glo. ff. pro soc. in. l. si societatem. §. arbitrorũ. & ff. de arbi. l. pe. & per Jo. an. i nouel. in. d. c. ab arbi tris.

tris.de offi.deleg.lib.vj.& hec oia vera videntur fm latam nominis significationem,strictius tñ idē nomen in arbitrorum materia iuris cultores assumpsere ꝑ eo.s.in quē partiū voluntate factum est compromissū,vt probatur.ff.de arbi.l.ij.§.tamet si neminē.& in oibus titulis.de arbi.hoc enim modo in presenti opere per nos assumetur,excepto arbitro iudiciali quem etiā hoc cōmuni nomine approbabimus,lʒ magis sit electus iudex, vt.j.videbis.sic enīʒ cū nomināt iura nostra,vt.d.ll.apertissimi.c.suspitionis.&.c.ab arbitris.cū si. Nunc dicamus an predicta oia significata ex proprio nominis sensu ꝓcedant. An vero aliq̄ ex improprio.doct.nostri nihil de his dicunt vr̄ dicendum quālibet ex predictis significationibus recte dici ꝓpriam.i.ex proprio sensu verbi procedentē q̄uis prime sint latiores,vltima strictior,vt ex predictis apparet.pro hoc tex.arguendo ab etymologia.ff.si cer.pe.&.l.ij.appellata.cū si.nunc allegatis preceden

2 ti.c. ¶ † Hinc admonemur qualiter nomen arbitri assumendū sit in statutis cum ti.stricte intelligant̄ a iure communi interpretationi recipiant vt dictum est proculdubio predicto modo stricto & i iure vsitato assumet̄ nisi mens statuti ex alijs verbis collecta,vel ꝯsuetudo loquendi aliud induceret,vt ex p̄dictis apparet. ¶ Addo quoqʒ his oibus notabilem doctrinam pro intelligentia omnium verbaliū nominū qui fuit de mēte Bart.in proemio ff.ox.iuxta principium. Etenim in materia stricta cū hm̄oi nomina significent dignitatē aliquā vel officium ad quam vel regrit̄ preambulū aliquod vel forma seu ordo.his casibus preambulo tali interueniente verificatur verbale etiam si officium nunq̄ in exercitium deducatur,preambulo autē cessante nunq̄ verificat̄ etiā si milies actus exerceat̄. Unde dicimus doctorē eū qui creatus est doctor ēt si nunq̄ doceat,vt.l.magistros.C.de ꝓfessoribus & medicis lib.x. Si autem mille annis quis doceret non ꝓpea doctor diceret̄,in materia stricta cessante preambulo creationis.& idem in tutore,impatore,curatore,& ꝓcuratore,& similia,q̄r nō ois qui tutat̄ dr̄ tutor in materia stricta,sed tñ qui creatus est tutor,vt insti.de tute.§.est aūt. Nec ois q̄ procurat aliena negotia dr̄ procurator, sed q̄ hʒ mādatū tñ,vt.ff.de ꝓcu.l.j.in princi. Nec ois qui imperat stricte dr̄ imperator nisi hēat preambulū electiōis,& coronationis,vt extra de ele.c.venerabilem.dicimus aūt recte & ꝓprie ēt in stricta materia aliquē eē tutorē curatorē ꝓcuratorē imperatorē vel similē eoipso q̄ creatus lʒ nūq̄ tueat̄ vel curet, vel imperet, vel ꝓcuret, vt de se patet. Idēq̄ vr̄ in ꝓposito in hoc arbitro de quo q̄rimus, q̄r in materia nō ois q̄ arbitrat̄ dicit̄ arbiter.Sed hic tñ qui ex ꝯpromisso ꝯiudicat,q̄uis ēt hoc interueniente preambulo compromissi recte & ꝓprie dicat̄ arbiter durāte compromissi tꝑe si ēt nunquam arbitret̄,vt ex premissis apparet. Agitari posset qualiter predicta ꝓcedāt, cū & ipm arbitri nomen interdū pro actoris nomine videat̄ assumi sicuti arbitrium pro actione vel iudicio,vt.C.arbi.tu.in rub.&.j.per gl.ff.de aqua plu.arcen.l.q̄ principes.§.fi. Itē q̄nq̄ arbitriū ꝓ officiali sicuti arbitriū ꝓ officio,vt.C.d aduo.diuer.iud.l.scimus.la.j.hʒ vnū intellectū q̄uis gl.j.alio mō intelligat. Et q̄nq̄ pro ꝯsiliox reuelatore seu teste, vt in Salu.illi ꝓcul.arbitris oibus remotis &c. Et hr̄ ꝑ Jo.mo.Card.in rub.de arbi.lib.vj.qui ita allegat Salustij verba,breuiter dōm est in oibus dictis locis improprie nomen arbitri assumi, non enim illa significata consonant etymologie vocabuli nec vsui quotidiano vt ex premissis apparet. Igitur de illis non curemus.

SVMMARIVM

1 Arbitratoris nomen vnde deductum, & quis hoc nomine appellandus.
2 Arbiter ab arbitratore in quo differat.
3 Arbiter quando cognoscatur ex compromisso.
Argumentum a communiter accidentibus an procedat.
4 Lis ante litem contestatam dici an possit.

¶ Cap. Tertium primi libri.

1 a Arbitratoris nomen q̄uis etiam † a nostris doc. nō bene declaretur,tñ ab arbitrando dictū & verbale esse verbi arbitro arbitraris nō dubitamus.deriuatur autem a participio arbitratus,tus,desinēte in or.fm Priscianū,libr.iiij. dum loquitur de deriuatiuis in or. Hinc liquet vnūquenq̄ arbitrantē vel diiudicantem lata significatione arbitratorem dici,sicuti ēt ꝯsueuit in quolibet nomine verbali,vt nunc dixi.c.precedenti.strictius tamen maiores nostri idipsum in iure cōi assumpserunt,pro eo tm̄ qui ex compromisso a partibus deputatur in statutis quoq̄ eodem modo interpretat̄. Hec probant̄.ff.p soc.l.si societatem.§.arbitrox.cū.l.seq.& facit qd̄ hr̄.ff.de arbi.&.l.si de meis.§.recepisse. Hoc ēt modo in hoc opere assumet̄ excepto iudiciali arbitratore,qui lʒ sit ēt iudex,tñ hac rōne nomē accomodabimus,simile est predictis,& qd̄ diximus nūc proximo.c. ¶ Hesitari posset hoc loco nunquid differat hec arbitratoris significatio stricte sumpta ab ea quā supra diximus circa arbitri nomen. Ex predictis prima fronte nulla diuersitas apparet. vtrunq̄ enim diximus sonare illum in quem voluntarie cōpromissum factum est a partibus.ꝯriū tñ proculdubio est verum. & enim permulte sunt differentie inter arbitrū, & arbitratorē de q̄bus dicemus plene.j.xj.lib.per totum. Tangamus tñ hic diuer

2 sitatē quantum necesse est pro oim sequentiū euidentia.† q̄dam dixerunt arbitrū esse illū qui hʒ iudicare de iure, & fm iudiciox ordinem procedere. Arbitratorem autem esse qui procedere & pronuntiare pōt de iure & de facto nec hʒ necesse iuris ordinem seruare. Alij dixerunt arbitrū esse illū quem partes eligunt ad cognoscendum de questione vel lite. Arbitratorē vero amicabilem compositorē qui non assumitur sup re litigiosa vt cognoscat, sed vt pacificet sic qd̄ voluit Spec.in ti.de arbi.§.illo. versi.est ēt ꝯria que opinio in idē residet cum prima si bene consideretur, senserūt etiam idem Jac.de are.& Cy.& Jac.bu.C.de epi̇sc.audi.§.si qui ex ꝯsensu.dum dixerūt q̄ arbiter est ille qui in lite assumitur. Arbitrator aūt qui circa ꝯtrum. Idem ēt sensit expressius.d.Ant.de but.in.c.quintaualis,de iureiur. sed horum omnium sn̄ia prima facie falsa vr̄,qm̄ etiam arbitrator multoties in lite assumit̄,vt est expressum.C.de iud.auc.si vero ꝯtigerit, & in corpore vnde sumit̄.&.ff.de arbi.l.si de meis.§.recepisse. in fi.de no.oper.nun.l.j.§.& post operis.qd̄ tenuit expresse.d. Ray.de forli.ff.pro soc.l.si societatem.§.arbitrox. Quid dicemus, certe Bar.in ꝯmento precalle.§.arbitrox.veritatē ponit huius rei.dixit.n.cōem sn̄iam premissam posse saluari,qm̄ cum arbitramentum qd̄ super lite assumit̄ sit transactio quedam vt dicit gl.not. in auc.vt diffe.iud.§.j. Inno.in.d.c.quintauallis.& Host.expsse in summa de arbitro.§.de qua re.ver.quid de clerico,& ꝓbat̄ ꝑ tex.eo.ti.in.c.per tuas.j.in cōpromissū vel transactio &c.semper dicet̄ hoc casu arbitrator assumi sup ꝯtu trāsactionis ineūde. Nec quicq̄ repugnat fʒ Bar.si dr̄ q̄ fm hoc arbitrator assumptus sup lite nunq̄ posset in totū ꝯdēnare vel absoluere. cū transactio fieri debeat aliquo dato,& aliquo retento,vt.C.de trāsa.l.trāsactio,&.ff.eo.tit.l.j.ij.nam transactio duplex est fm eū, vna secreta,& ꝓpria de qua loquunt̄ iura preallegata,altera latior in se.s.ꝯtinens omnē modū ꝑ quē a lite discedimus, vt.ff.de iureiur.l.ij.& de hac.ij.intelligi dʒ gl.in.d.auc.vt diffe.iud.§.j.& cōis doc.sn̄ia.s̄.relata q̄ est notādū hoc ēt idē ꝑ oia sequit̄.d. Jo.de imo.in.d.c.quintauallis.idē ēt ibi.d.Nico.de sicil.in ꝑma dn̄a,& cōiter oēs doc. Optime ēt ꝓ his dictis facit text.i.c.super eo.de trans.si bene ponderet̄. Itē facit q̄ ēt Bar.no.de duplici trāsactione ꝓpria.s.& lata.ff.de his qui not.infa.in.l.furti.§.q̄ iussu.&.ff.de eo qd̄ certo loco.in.l.qd̄ si ephesi.in fi. Con-

3 clusio deniq̄ sit † cū esse arbitrū q̄ assumit̄ sup lite futura.s.corā eo cū ordinē iuris habeat seruare in procedendo vel pronunciādo,vt.ff.eo.titu.l.j.arbitratorē vero q̄ assumitur circa cōtractum futurū transactionis.s.ineunde corā eodem arbitratore, nec inspicitur prima causa precedens vel res sup qua cōmittit̄ sed ipse ordo procedendi,vel ꝓnunciādi sequutus,post cōpromissum,vt ex predictis apparet, q̄uis hec q̄ cōpromissum in arbitratorem sit q̄dā trāsactio nō absolute ab omnibus ꝯcedat̄,vt dicā.j.eod.lib.c.viij. ¶ Qñō aūt in dubio cognoscat̄,an facto compromisso seruādus sit ordo iuris vel nō, & sic an sit arbiter vel arbitrator dicemus plene suo loco.j.lib.viij. ꝑtotū. Notādū tñ qm̄ quidam voluerunt posse defendi,arg.sumpto,a cōiter accidētibus q̄ in iure ꝓbatū est,vt.C.de ꝓba.l.neq̄ natales.ff.de legibus.l.nā ad ea.cū si. Illū esse arbitrū q̄ cōiter seu frequenter super lite assumit̄,illū aūt eē arbitratorē q̄ cōiter assumit̄ sup ꝯtu q̄uis possit interdū ꝯtingere q̄ ēt arbiter in ꝯtu assumat̄ & arbitrator in lite,vt probant iura preallegata,q̄uis opin.ēt Imo.sequit̄ in d.c.quintauallis,lʒ etiam primam teneat vt dixi. Sed hox sn̄ia minime mihi plʒ,aut enīʒ isti assumunt litē pro lite preterita,aut ꝓ lite futura,primo casu falsū est dicere q̄ arbiter cōiter assumat̄ in lite,vt q̄si ꝑ totū ti.de arbi.vbi milies hr̄ mētio de ꝯpro-

4 misso facto in arbitriū,& tñ nō apparet,† q̄ lis ꝓcesserit lʒ ꝯtentio tm̄ inter partes,nā lis dr̄ tm̄ post iudiciū incboatū, lʒ dubitatio sit inter doct.an etiam ante litē conte.vt hr̄.C.de transac.

in l. causas. ff. de verb. sig. l. litis nomen. de verb. sign. in c. ex parte nostra. Secundo casu si predicti assumunt litem pro lite futura falsum est dicere quod arbitrator assumatur aliquo casu in lite cum coram eo non sit lis neq; iudicium, vt. s. dictum est, & dicemus latius in eo. lib. c. xiiij. & x. lib. per totum.

SUMMARIUM

1 Amicabilis compositor an differat ab arbitratore.
2 Arbitrator an differat a proxeneta.
3 Proxeneta quis dicendus, & in quibus interueniat.

¶ Cap. iiij. primi libri.

1 Primus arbitratorem esse † illum qui amicabiliter composuit, videamus ergo an idem sit in effectu arbitrator & amicabilis compositor. prima fronte vr̃ hoc esse affirmandum saltem sm̃ communem illorum sententiam qui dicunt arbitratorem esse illum qui amicabiliter componit, vt. s. relatum est, oppositũ tñ verius est qm̃ lз quilibet arbitrator amicabilis sit compositor tñ non eз quilibet amicabilis compositor, est arbitrator, & sic differunt vnum ab altero in effectu, vt genus differt a specie sua cuius rei demonstrandi gratia finge quempiam sine compromisso discordantes partes amicabiliter componere certe hunc negare non possumus esse amicabilē compositorem, non tñ recte dicemus eum esse arbitratorem, cum desit ei compromissi preambulum, qđ necessariũ est, vt tale nomen sortiatur per hoc q̃ hr̃. ff. pro so. l. si societatē. §. arbitror. & ff. de arbi. l. non distinguemus §. de officio. & qđ dixi. s. ij. c. ¶ Preterea hoc apparet expresse qm̃ arbitrationis officiũ est ei necessariũ postq̃ acceptauit, vt. ff. de ar. l. iij. §. tametsi. hoc autem non contingit in solo amicabili compositore sine compromisso cuius officiũ semper voluntariũ est in reducendo partes ad cõcordiã nec imponitur ei necessitas pronunciandi, vt est expressum sm̃ vnum intellectum glo. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de ar. & ibi per Bar. & sequit̃ et. d. Jo. de imo. in d. c. quintaualis. ¶ Preterea arbitrator hз potestatē ledendi partes post factum cõpromissum, & potest de iure vnius tollere & alteri dare in quantitate moderata, vt no. per gl. in eo. §. recepisse. hoc aũt non reperitur in simplici amicabili compositore, & hoc tenuit etiam Ang. in d. §. arbitrorum. in qđam lec.
2 sua, lз posuerit differentias non bonas. † De illo posset non sine ratione dubitari an s. arbitrator differat a proxeneta seu mediatore, de quo et doc. nihil scribũt. prima facie apparet nihil vnũ ab altero distare, nã sicut arbitrator amicabiliter cõponit vt dictũ est, eo modo proxeneta partes ad concordiã reducere conatur, in cõtractibus, & minutis, & si. vt no. per gl. in rub. ff. de proxenetis, & pro hoc vr̃ tex. qui loquitur de arbitratore, & appellat eũ mediatorem in. c. cum a nobis. extra eo. ti. cõtrariũ tñ hoc casu penitus dõm est longe enim hi differunt, nam lз arbitrator procedat sine ordine iudiciario, vt. l. si societatē. §. arbitrorum. tñ tenetur finire & laudare postq̃ acceptauit, vt pbatur. ff. de arbi. l. iij. §. j. Proxeneta vero lз sine ordine iuris inquirat tñ non cõpellitur iudicare vel laudare plusquam velit nec hoc autem iure cõmuni neq; cõsuetudine. Item arbitrator assumitur ex compromisso, & sine eo nihil est tanquam cessante fundamento, vt. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de officio. C. qui dare tuto. pos. l. in vniuersis. hoc autem cõpromissum non reperitur in proxeneta. Item arbitratores generaliter in omnibus contractibus assumunt̃, prout partibus placet eligere, exceptis casibus prohibitis de qbus dicemus plene in lib. iij. per totum. Proxeneta autem non vr̃ posse in omni discordia interuenire, sed in his tñ casibus in quibus hoc consueuit & in illis dũtaxat casibus, proxenete licitũ est salarium postulare ex quodam tacito consensu partium, vt in toto illo titulo. ff. de proxenetis. Ad textum in. c. cum a nobis. dic quod non facit contra. fateor enim arbitratorem late loquendo dici posse mediatorem quendam, sed non proxenetam, vt probatũ est. ad vnũ attende qm̃ quamuis nunc dixerim arbitratorem differre ab amicabili compositore sicut species differt a genere tñ non eo modo arbitrator differt a proxeneta, cum vterq; consi-
3 derandus sit vt species separata. † Est enim proxeneta spẽs amicabilis compositoris sicut arbitrator, sз species arbitratoris nõ sonat idem cum specie proxenete, vt; pз ex predictis, itaq; amicabilis compositor genus est. arbitrator species vna, proxeneta et species altera omnino diuersa, & eadem dicere possumus in mediatore, vt sit genus quoddã. arbitrator autem & proxeneta sint eius species, vt liquet ex p̃dictis, qr nota hi duo. s. semiplex amicabilis cõpositor, & proxeneta differunt, vt diximus ab arbitror & arbitratorum materia sufficiant pro necessaria cognitione terminorum de eis dixisse que data sunt in sequentibus de ipsis tan quam non necessarijs nihil repetemus.

SUMMARIUM

1 Tertij nomen in materia arbitrorum quid significet, & qualiter assumatur.
2 Tertius iudice cogente electus an videatur arbiter.
Tertius ad componendum quando dicendus consiliarius.
3 Tertius an in conuentionalibus & testamentarijs differat ab arbitro, & arbitratore.

¶ Cap. Quintum primi libri.

Nunc dõm est de tertio capite materie nostre. † quis.s.ꝯpromissum facere possit in arbitros, vel arbitratores iudiciales doct. nostri ẽt hoc non declarãt. mihi vr̃ hanc.q.diuidi in duas. Una est quis possit eius offĩm interponere ad talia ꝯpromissa facienda. Altera de ꝑsonis ipsaꝝ partiũ arbitros vel arbitratores eligentium. Circa primam.q. possumus dare hanc regu.ꝙ qcũq̧ capax est iurisdictionis ⁊ officij iudicandi põt in casibus a iure cõi vel statuto permissis arbitros, vel arbitratores eius officio eligi facere a partibus, ⁊ secuta electione factũ diceẽ esse ꝯpromissum hoc ꝓbaẽ per tex.C.de iudi.l.aptissimi.⁊.l.fi.⁊ de app. c.cum speciali.⁊.c.licentia.lib.vj.⁊ per multa iura de quibus dixi.ĩ.lib.j.x.c. Ex his a ꝯ̃rio sequiẽ declaratio eoꝝ qui non habent hanc potestatẽ. Cũ enim mutus, ⁊ surdus, ⁊ furiosus, ⁊ impubes, ⁊ alij plures ꝓhibeanẽ ab exercitio iurisdictionis ⁊ officio iudicandi, vt.ff.de iud.l.cum pretor.⁊ eo.ti.l.cum furiosus, ⁊ l.cecus.cum si. Certe hi nõ poterũt ꝯpromissum facere in arbitros, vel arbitratores iudiciales, vt ex premissis apparet. Quid si talis iudex tpe quo fieri fecit tale ꝯpromissum carebat iurisdictione, sed postea eo pendẽte iurisdictionẽ adipiscaẽ, an ex hac superueniẽtia confirmeẽ, vide per gl.⁊ doc.in.l.i.C.qui ꝓ sua iurisdictione.⁊ per Io.an.⁊.d.Nic.in.c.cũ ex officij.de prescri. Circa hãm.q. attende diligenter, qꝫ declarabo nunc illud quod pluries vidi in facto, ⁊ neminẽ hucusq̧ inueni, q recte intelligeret. Ego per omnia quasi precedentia capitula huius.ij.lib. circa ꝯpromissa conuentionalia conclusi duas reg.si bene attendatur. Una regula est illum tm̃ posse in arbitrũ ꝯpromittere q hꝫ legitimam ꝑsonã standi in iudicio, ⁊ facultatẽ alienandi per contractum id qd in compromisso est deductũ vbi per ꝯpromissum sequi potest alienatio, vel illum qui hꝫ mandatũ speciale ad cõpromittendũ ab habente tale potestatẽ alienandi. Altera est qd is tm̃ potest in arbitratorẽ ꝯpromittere qui potest ꝯ̃here ⁊ per ꝯtcum bona in compromissum deducta alienare, vbi ex compromisso alienatio sequi põt, vel qui habet mandatum speciale ad compromittendum ab habente hanc poten.alienandi ẽt si non habent legitimam ꝑsonã standi in iudicio. Certe he due regule dum faciunt differentiam inter compromissum in arbitrũ ⁊ compromissum in arbitratorem quo ad facultatẽ standi in iudicio nõ habeant locũ in his cõpromissis iudicialibus, qꝫ in iudicio quo modocunq̧ ꝯpromittaẽ semp requiriẽ qd ꝯpromittẽs habeat legitimã ꝑsonã standi in iudicio siue inspiciamus initium.i.tẽpus ꝯpromissi, vt de offi.deleg.c.ab arbitris.lib.vj.C.de iud.l.aptissimi.siue seqnetã.i.ꝓcessuꝫ ipsius arbitri vel arbitratoris.cuꝫ vtroq̧ casu iudex sit, nõ aũt arbiter vel arbitrator.ꝑ̃dicta vt.ĩ.li.i. c.x.vbi vide. † Ex quo seqẽ ꝙ cũ infiniti sint q repellunẽ a limine iudicij de qbus in Spe.de actore ꝑ totũ. Certe nullus ex illis põt ꝯpromittere iudicialiter, nisi forte tales vt rei ꝯuẽti ꝯpromittãt cũ ihabiles ad agẽdũ nõ sint ihabiles ad se dẽfendẽdũ, vt extra de ind.c.intelleximus de re iudi.cle.pasto.ff.de in ius vo. l.libertus a patrono.⁊ tetigi.ĩ.eo.li.vij.c.⁊ sic ꝯpromittũt in iudicio vt rei ⁊ hoc sensit Io.an.in addi.Spe.in tit. de arbi.§.re stat.in fi.ex predictis ẽt sequiẽ qd filiosa.ꝯpromittere volenti h modo iudicialiter necessarius est ꝯsensus patris sicut in alijs iudicijs, vt.l.cũ non solũ.§.necessitatem.C.de bo que lib.ff.de iud. l.si longius.§.si filius.ꝯ̃nis aliud in ꝯuẽtionalibus, vt dixi.ĩ.e. lib.ij.c.⁊ hoc tenuit expresse Bar.ff.de pe.in.l.iij.§.sed si filius in fi.⁊ est verissimũ, lꝫ Bal.in.d.§.necessitatẽ ꝯ̃rium senserit dicens qd ẽt si statutũ diceret filiumfa.nõ posse se obligare sine cõsensu patris, tñ si aliud dicit simpliciter qd cãe ꝯpromittanẽ nõ

erit filio in ꝯpromisso necessarius ꝯsensus patris, q꜡ ꝯpromissuʒ
pōt fieri pacto nudo, vt. l. pe. C. de arbi. qđ nō est verū, q꜡ posito
qđ ꝯpromissum fiat q̄n̄qʒ pacto nudo tn̄ cū hoc casu fit iudiciuʒ
verū tam in initiū q̄ʒ in sequela, vt. s. dictū est, necessarius est filio
patris ꝯsensus, vt. d. §. necessitatē. pōt tn̄ dici ꝓ predictorū ꝯcor
die, qđ aut filius ꝓuocat ad tale ꝯpromissum, ⁊ sic petit a iudice
h̄ ꝯpromissum fieri. Aut ꝓuocat̄ ab eius aduersario primo casu
aut nō habuit patris ꝯsensum ab initio t̄pis, quo ꝯparuit coram
iudice, ⁊ tūc sibi necessarius est omnino t̄pe huius ꝯpromissi, sic
loqt̄ opi. Bar. aut habuit patris ꝯsensum a princi. ⁊ tunc forte
nō sit iterum necessarius t̄pe ꝯpromissi, q꜡ sufficere videt̄ patreʒ
ab initio ꝯsensisse, vt talis ꝯsensus tradat̄ ad omnia acta sequen
tia vt no. in Spe. de actore. ꝟ. sed nūq̄d sufficit vnus ꝯsensus.
Scđo casu q̄n̄ ꝓuocat̄ ad ꝯpromissum ab aduersario nunq̄ʒ vr̄
sibi necessarius patris ꝯsensus quo ad hoc sit reus nisi tractaret̄
de ꝑiudicio rei in quo pr̄ hʒ vsumfructū, vt no. in. d. §. necessita-
tē. ⁊ facit qđ dixi. s. eo. libr. ij. c. Ex his duobus vltimis casibus
verificari pōt opi. Bal. Itē ex p̄dictis sequit̄ qđ cuʒ minor non
possit esse in iudicio sine curatore, vt C. de auc. p̄stā. l. clarū. Eo-
dē mō pōt sine eo hoc mō ꝯpromittere sentiat simpl'r tale ꝯpro
missum factū a minore validū eē de iure ⁊ nō recte. Bū āt dicte
due regule volunt qđ ille possit ꝯpromittere in arbitrū vel arbi
tratorē ꝯuētionalē qui posset ꝑ eius ꝯ̄ctū res in compromissum
deductas alienare vbi ex ꝯpromisso posset alienatio sequi, vel q
hʒ mandatū speciale ad ꝯpromitendū ab habente hāc potesta-
tem. An locū habeat in iis iudicialibus ꝯpromissis hic stat dubi
tatio. Igit̄ pro huius intellectu ꝯsidera qđ interdū quis prouo-
catur ab alio ad ꝯpromissum iudiciale. ⁊ isto casu sufficit hoc so
lum qđ ꝓuocatus habeat legitimā ꝑsonā stādi in iudicio. i. agē
di ⁊ se defendēdi vel dn̄m suū absqʒ eo qđ habeat potestatē alie
nādi ꝑ ꝯ̄ctū rē de qua ꝯpromittit̄, q꜡ cū habeat ꝑtātē stādi in iu-
dicio intelligit̄ ēt habere sup omnibus sine q̄bus illud nō posset
ꝯmode expediri, vt. l. ij. ff. de iur. om. iu. ⁊ no. ff. de arbi. in. l. non
distinguemus. §. de officio. ⁊ facit qđ no. per Bart. ff. de decre.
3 ab ordi. faci. in. l. ambitiosa in tertia regu. quam ibi ponit. † Ex
quo sequit̄ ꝙ ꝓcuratores habētes generale mādatū, ⁊ fortius ꝓ
lati ⁊ tutores ⁊ curatores qui dicunt̄ habere liberā, vt ꝑ Bart.
C. de in integ. resti. mino. in. l. nō vr̄, poterūt sine dubio ꝯpromit
tere iudicialiter q̄n̄ sunt ꝓuocati ⁊ necessitati, ꝑ hāc viā eorū do
minus preiudicabit, vt ex predictis pʒ. ⁊ lʒ Bal. expresse in. d. l.
non videt̄ dicens minores his casibus nō iuuari bn̄ficio restitu-
tionis aduersus talia beneficia compromissa si ex eis ledant̄ cuʒ
⁊ si sint iure cōi. l. municipali, ꝙ ita ligat minores sicut ⁊ maio-
res, vt. ff. de admi. tuto. l. sine herede. §. lucius. qđ mēti tene. Sē
per tn̄ intellige illud de prelatis q̄n̄ statutū eos ligat ꝺ quo. j. sub
detur. Itē sequit̄ qđ emptor rei aliene q dr̄ procurator in rē suaʒ
pōt cōpromittere, q̄n̄ prouocat̄ ab alio ex forma statuti dicentis
causas debere ꝯpromitti ⁊ ꝯpromittēdo nō dr̄ in culpa nec ꝑdit
regressuʒ de euictione, q꜡ vius est cōi iure, vt ꝓbat̄ in. l. si dcm̄. §.
si ꝯpromisso. in fi. ff. de euic. si bn̄ inspiciat̄. ⁊ lʒ exp̄sse ēt Bal. in
l. fi. C. de iudi. ⁊ facit ꝙ idē not. in. d. l. nō vr̄ cuius dictum ita dʒ
intelligi. s. in emptore prouocato ad compromissum. Aliud esset
si vellet prouocare, vt. j. videbis. lʒ Bal. indistincte loquat̄. q̄n̄qʒ
prouocat aliquis aduersariū ad tale ꝯpromissum, nō aūt ꝓuoca
tur, ⁊ tūc aduerte, q꜡ aliq̄n̄ h̄ petere est euidēter vtile. v. g. vbi iu
dex corā quo litigat est sibi suspectus effectus, quo casu sua inte-
rest, vt arbitri eligent̄ qui de suspitione cognoscant, ⁊ h̄ casu po
test ēt h̄ ꝯpromissuʒ petere ⁊ facere is tm̄ qui hʒ legitimā ꝑsonā
standi in iudicio absqʒ eo qđ habeat potētiā alienādi modo pre
dicto qđ pʒ eadē rōnē qua idē dixi in precedenti casu, facit ꝺ of
ficio deleg. c. suspitionis. C. de iudi. l. fi. de ap. c. cum speciali. cū
si. Aliq̄n̄ talis vtilitas non est h̄ modo euidēs. v. g. in ꝯpromis-
so qđ petit̄ ex forma statuti precipiētis causas ꝯpromitti, ⁊ tunc
aut statutū nō ꝓhibet appellationē, nec iubet penā in ꝯpromis-
so apponi ⁊ h̄ casu ꝯpromissum nō poterit postulari, nec fieri ꝑ
habentē solā potētiā standi in iudicio absqʒ alio qđ ꝓbat̄, q꜡ pro
curator generalis nō impetrat rescriptū ad lites, vt habet̄ ꝺ re
scrip. in. c. nōnulli. ⁊ eo. ti. in. c. ex parte decani. ergo nec petere
pōt h̄ ꝯpromissum iudiciale qđ in effectu est quedā delegatio, vt
dixi. s. j. lib. x. c. posset tn̄ peti h̄ cōpromissum ꝑ habētē generale
cum libera, q꜡ talis pōt alienare res sibi cōmissas, vt. ff. de ꝓc. l.
ꝓcurator cui libera. Item pōt omnia que speciale mandatū req
runt, vt dixi. s. aut statutū predictū iubet penā inseri in ꝯpromis-
sis ⁊ appellationē denegat, ⁊ tunc habens legitimā ꝑso. standi i
iudicio virtute generalis mādati sine dubio nō possʒ h̄ ꝯpromis
4 sum petere. † Nā dn̄a nō incidit in penas ex facto ꝓcuratoris
generalis, vt. l. iij. §. si ꝓcurator. ff. si q̄s ius. nō obtē. ⁊. ff. de ꝯdi. in
de. l. si ꝓcurator. qđ fieri posset ꝑ dictū ꝯpromissum dicto casu.
Itē ex facto ꝓcurationis ḡn̄alis nō reddit̄ dn̄i ꝯditio deterior,
vt in cle. nō pōt. de ꝓc. ⁊ ꝑ Bar. ff. de do. in. l. si filiusf. ⁊ facit. ff.
ad trebel. l. cū qui ita. §. j. Hoc aūt sine dubio fieret ꝑ dictū com
promissum a quo remouet̄ appellatio. plus videt̄ qđ nedum ha-
bens mādatū simplex, sed nec habens liberā in mandato gene-
rali possit dn̄o in predictis preiudicare, q꜡ lʒ possit omnia q̄ pōt
dn̄s ēt si mādatū speciale reqrāt, vt. ff. de ꝓcu. l. ꝓcurator cui li-
bera. ⁊ eo. ti. c. qui ad agēdū. lib. vi. tn̄ ab hoc semp excipit̄ dila
pidatio, vt. ff. de pac. l. ꝯ̄ iuris. §. si filius. Satis aūt diceret̄ dila-
pidare si ꝯpromitteret eo modo quo posset sequi alienatio ⁊ per
ditio rei sue forte ex sentētia arbitri iniusta a qua nō posset ap-
pellari, iuxta. l. diē ꝓferre. §. stari. ff. de arbi. in ratione sui. ⁊ facit
qđ dixi. s. eo. lib. xv. c. in ver. nunc dicamus. Requirit̄ ergo hoc
casu potestas hoc mō ꝯpromittēdi specifica, alio modo quā sub
generali libertate alienandi ꝙ diligēter nota, q꜡ pōt ad infinita
5 trahi. Sʒ ponamus duo vel tria exēpli gratia. † Statutū dt̄ qđ
q̄libet cā ꝯpromittat̄ si petat̄ ēt si vertat̄ inter maiorē, ⁊ minorē
tutor vel cura. agit noīe pupilli vel adulti, ⁊ petit ꝯpromissuʒ fie
ri nunquid possit. Certe ex predictis h̄ declarat̄. aut enim statu
tū nō aufert appellationē, nec penā iubet imponi, ⁊ pōt sine du
bio, q꜡ tales habent liberā administrationē, vt dixi nec posset mi
nor aduersus talia restitui cū vsus sit iure cōi, vt. d. l. nō videtur,
aut aufert appellationē, ⁊ iubet penā apponi vel solā appellatio
nē aufert ⁊ tūc aut in his rebus quas alienare pōt sine decreto,
⁊ pōt indistincte eadē ratione. Aut in alijs in quorū alienationi
bus solet decretū iudicis requiri, vt. C. de admi. tut. l. lex que tu
tores, ⁊. C. de predi. mino. l. i. ⁊ per totū tit. ⁊. ff. de reb. eo. l. j. ⁊ i
his non pōt ꝓuocare ad ꝯpromissum, q꜡ diceret̄ dilapidare, nisi
adhibita solēnitate que reqrit̄ in alienationibus rerū immobiliū
minorū ꝓuocatus tn̄ posset ꝯpromittere, vt ex p̄dictis apparet.
Ecce exemplum alterum, dicit idē statutum qđ cause compro-
mittant̄ ēt si vertant̄ inter clericū ⁊ laicū, ⁊ est statutū tale qđ li
gat clericū. Clericus agit ꝯ̄ laicū super iuribus ecclesie sue ⁊ pe
tit ꝯpromissum an possit. distingue eodē modo, aut nō adimitur
appellatio, nec imponit̄ pena, ⁊ pōt sine dubio sicut agere ⁊ con
ueniri in quolibet alio iudicio, vt hr̄ de rescri. in. c. edoceri. aut
appellatio remouet̄, ⁊ idē in his que alienat sine superioris licē-
tia in ceteris nō pōt sine solēnitatibus que requirunt̄ in aliena-
tionibus nisi sit ab aduersario ꝓuocatus, vt dictū est. Do aliud
exēplū, statutū mandat generaliter oēs causas ꝯpromitti si pe-
tatur, emptor inquietat̄ a tertio in re empta. Nunquid possit cō
promissum petere ⁊ facere, ⁊ non est dubiū ꝙ sic in preiudicium
suū, vt in prealleg. l. si dictū. §. si ꝯpromisero. sed in preiudicium
vēditoris ꝑꝑ euictionē distinguere debes modo. s. dicto. aut sta
tutū nō adimit appellationē ⁊ pōt. aut appellationē aufert, ⁊ n̄
pōt nisi ꝓuocatus ex predictis liquet, ⁊ sic intellige dictū Bal.
in. l. fi. C. de iudi. qđ. s. retuli. idē dicas in similibus casibus, ⁊ no
ta h̄ que nullus tāgit. ex facto agitatū est diebus his ꝓximis an
stante statuto laicorū, ꝓut est in hac ciuitate qđ vult omnes cau
sas ꝯpromitti debere ēt si vertant̄ inter clericos ⁊ laicos, ⁊ ap-
pellationē ⁊ quēlibet aliū recursum ꝓhibet, possit prelatus no-
mine ecclesie agens corā laico iudice ꝯ̄ laicū sup rebus sine licē
tia superioris petere compromissum vigore dicti statuti non ha-
bita superioris ⁊ capituli sui licentia. ⁊ questio stat in prelato ac
tore qui compromissum petit vigore dicti statuti corā iudice lai-
co non in reo qui sine dubio nō posset ligari dicto statuto, vt de
ꝯsti. c. ecclesia. s. Marie. ⁊. C. de sa. san. eccl. l. omniū, ⁊ auc. cas
sa. In actore ergo cū esset qđ quidā dicebant prelatū posse sta-
tutū laicorū pro se acceptare. ⁊ huius statur fomento vti petēdo
cōpromissum, q꜡ tale statutū est fauorabile ⁊ ordinatū principa-
liter ad tollēdas lites vt expresse no. ꝑ Bart. ff. de decre. ab or.
fa. in. l. ambitiosa. in. j. ꝯsti. C. ⁊ ibi ēt ꝑ Bal. ⁊ dicā. j. v. lib. ix. c.
6 ergo possunt clerici hoc fauore vti. lʒ alias nō ligent̄ statuto. † q꜡
statutū laicorū ēt inferiorū a principe simpliciter ꝑmissiuū ꝯpre-
hēdit clericū in eius fauorē, vt est casus ꝑ h̄ qui non est alibi s̄m
quosdā in. c. ꝯstitutus. de in integ. resti. facit. c. cū venisset, de co
g nit. in pos. cā rei ser. ⁊. c. ecclesia. s. marie. vt lit. pen. ⁊ habet̄ i
alleg. Lapp. Ego dixi ⁊ dico contrarium primo, q꜡ dictum sta-
tutum adimit omnē appellationē ⁊ quemlibet recursum a sentē
tijs taliū arbitrorū ergo ꝑlatus nō pōt hoc modo ad talē cōpro
missum ꝓuocare ēt si statutū esset tale qđ ligaret clericū, q꜡ dice
retur dilapidare sine superioris licentia, vt. s. dictū est. Scđo q꜡
ēt si appellationem ⁊ recursum nō adimeret, tn̄ regulare est qđ
illi non dʒ prodesse statutū cui nō posset nocere, q꜡ non dʒ claudi

care,

care, vt expresse per Jacob. de are. in.l.cunctos populos.C.de contra.emp.⁊ in repe.magna.d.l.cunctos populos.⁊ per do. Anto.de bu.⁊ Jo.de imo.in.c.fi.de vita ⁊ bone.cle. Unde sicut tale statutum laycorum non obest clericis quantum ad hoc, vt ipsi possint compelli compromittere a laicis, ita nec debet eis procinari. Tertio vide rationem claram si clericus hoc modo compromitteret sine superioris licentia ⁊ alijs solennitatibus debitis, certe sententia lata contra prelatum non preiudicaret ecclesie, vt probatur in auc. hoc ius porrectum.C.de sac.san.eccle.xvij.q.iiij.in venditionibus cum si. quando ergo volumus quod valeat compromissum pro ecclesia, si forte sententia in eius fauorem ferretur profecto hoc esset iniquissimum. Nec obst.ca. constitutis, ⁊ similia iura, quia illa intelligunt cum superioris licentia, in quantum tractatur de alienatione imobilium ⁊ similium, vt ex predictis probatur. ¶ Preterea illa locum habent in fauorabilibus simpliciter, sed hoc non est simpliciter fauorabile si bene inspiciatur cum appellationem tollat, ⁊ sic decisionem quod est odiosum ⁊ contra ius naturale, iuxta notata in cle. pastoralis.§.ceterum.de re iud.⁊ per Bar.ff.de dona.in.l.si filiusfa. ff.de insti.⁊ iure.l.vt vim.C.vnde vi.l.j.de resti.spol.c.cum oli.cum si. Conclusio sit tam in clericis quam in ceteris neminem quod non ligatur predicto statuto quod iubet causas compromitti petere posse aduersario inuito compromissum ex forma eiusdem statuti.

SVMMARIVM

1 Tertium eligere ob discordiam primorum arbitrorum vel arbitratorum qui possint.

¶ Capi.xx.⁊ vltimum.ij.libri.

1 Item dandum est pro complemento de his qui possunt tertium eligere vel in cum prohibeantur commissionem facere. Hoc non declarant hanc habilitatem personarum eligere

1 debentium. † Considera breuiter quod aut loquimur in conuentionalibus, aut in testamentarijs, aut in iudicialibus primis duobus casibus, quandoque tertius eligitur a principio a compromittentibus in casu future discordie, vt.ff.de arbi.l.item si vnus.§.si duos.⁊ hoc casu quicunque potest vel non potest compromittere, ⁊ potest vel non potest hunc tertium deputare, quia verus est arbiter hoc casu vbi probatur. Nec facio differentiam an loquimur in conuentionalibus an in testamentarijs, quia ea est ratio vtroque casu. Quandoque eligitur ab ipsis compromittentibus ex postfacto.⁊ tunc idem, quia et hoc casu arbiter verus est ⁊ nouum compromissum dicitur, vt.ff.de arbi.l.pedius.in fi.vt dixi.s.lib.j.v.c. Interdum non eligitur a compromittentibus, sed ab ipsis arbitris vel arbitratoribus, vt.d.d.§.si in duos.⁊.d.§.principaliter.⁊ extra de arbi.c.j.hoc casu quicunque non potest esse arbiter vel arbitrator de quo.i.lib.iiij.per totum non poterit hunc tertium eligere.ad hoc de re.iur.in.c.accessorium.cum si. Quandoque non eligitur a compromittentibus neque ab arbitris vel arbitratoribus, sed deputatur a iudice eius officio quod facere potest, quandoque vt dicam.i.v.li.iiij.c.⁊ hoc casu quicunque prohibetur ab officio exercendi iurisdictionem ⁊ iudicandi inhabilis est ad electionem tertij, vt.ff.de iur.om.iud.l.vlti.in fi.⁊ de consti.c.vt aiarum.lib.vj. Tertio casu in iudicialibus considera eo modo an habeat eligi a partibus an a primis arbitris vel arbitratoribus an a iudice, de quo dicam in locis preallegatis, ⁊ prout ille qui eligit est habilis vel inhabilis ad statum in iudicio, vt actor vel vt reus, vel vt iudex ordinarius vel delegatus sic iudicabis validitatem electionis tertij respectu persone eligentis, vt satis liquet ex precedentibus.

Liber tertius.

¶ Prefatio cum diuisione.

Nunc transeundum est ad alteram partem rerum.s.⁊ causarum compromittibilium. Non immerito enim naturali ordine inspecto hoc loco de his dubitare possunt homines, vt cum cognouerint an eorum persone habiles sint ad compromittendum, tunc demum transferantur ad rerum vel causarum disceptationem de quibus inter eos agitur an de eis compromissum facere liceat. Itaque ante omnia pretermittendum est quod licet Azo de materia tractauerit in titu.de arbitr.§.potest autem.⁊ Gof.eo.ti.§.pot.imperfectissime tamen hi duo locuti sunt. Item quamquam Hosti.plenius tetigerit.eo.ti.§.de qua re.per totum. Spe.et latius in ti.de arbitro.§.restat.quasi per totum.tamen etiam hi multum diminute loquuntur, vt infra clare percipere licebit, quamuis etiam moderniores in tractatu arbitrorum nihil tetigerint de hac materia quod profecto vehementer admirandum est, tamen in locis incidentibus breuia quedam tetigerunt, ⁊ ea ipsa sparsim ⁊ defectiue. Nos autem ordinem prosequentes quem polliciti sumus nihil omittere conabimur. Et quo ad poterimus breuiter ac commode pertractando hoc ordine hanc partem absoluemus. primo de quibus causis vel rebus possit compromitti in arbitros vel arbitratores conuentionales. Secundo de quibus rebus in arbitros vel arbitratores testamentarios. Tertio de quibus in arbitros vel arbitratores iudiciales. Quarto ⁊ vltimo de quibus in tertios qui ob discordiam eliguntur. Et aduerte quia semper loquimur hic de compromisso efficaci.i.de eo ex quo possit arbiter vel arbitrator cognoscere, ⁊ determinare eadem ratione qua idem feci.s.lib.prece. ¶ De primo capias generalem hanc regulam quam sentiunt Azo ⁊ Hosti.⁊ Spe. in locis preallegatis de omnibus rebus vel causis licere in arbitrum vel arbitratorem conuentionalem compromittere, nisi prohibitum inueniatur a iure sicque etiam in hac parte edictum de arbitris prohibitorium esse probatur de compromisso in arbitrum extra de arb.c.j.quem tex.ad hoc allegat Spe.in.d.§.restat.in prin.probatur item melius.ff.de arbi.in.l.non distinguemus.§.iul.⁊.§.de liberali. extra de in integ.restitu.in.c.causa.vbi apparet quod certis casibus specialibus prohibentur res in compromissum deduci ex quo apparet regulam seu commune ius esse in contrarium, vt.ff.de iudi.l.cum pretor.in prin.ff.de testi.l.j.cum concor. Item probatur de compromisso in arbitratorem, quia de omni causa licet partibus transigere, nisi a iure prohibitum inueniatur, vt.C.de transa.l.transigere. Item quia valet contractus remissus in potestatem alterius siue circa accidentalia, vt.ff.de contrahen.em. l.domum.⁊.l.sine rei.⁊.ff pro so.l.si societatem.§.arbitrorum siue et remittantur substantialia, vt.C.de contrahen.em.l.fi.ff.de ver.ob.l.si quis arbitratu.ff.pro so.l.si coire.siue et tale compromissum fiat in arbitrium alterius vt predicta iura volunt siue in alterius voluntatem per verba cum voluerit, licet secus si per verba si voluerit, vt est casus.ff.de verb.ob. l.in centesimis.§.fi.⁊ vide quod dicam.i.li.pri.c.xvj. Et hec omnia vera siue de tota causa compromittendi tractetur siue de vno tantum eius articulo vel pluribus incidentibus fortasse vel emergentibus, vt not.in.l.si quis in conscribendo.C.de pac.i gl. Item est verba.d.regula.et si tractetur de reb.ec.vel pupillorum vel similium personarum que priuilegiate sunt a iure adhibitis solennitatibus requisitis ⁊ iustis causis interuenientibus, vt satis apparet ex dictis.s.li.pri.c.iiij.⁊.c.xiij. Quia verba premissa regula in multis casibus fallit quasi infinitas et dubitationes habere potest illas omnes ⁊ fallentias ⁊ dubitationes infrascripto ordine explanabimus. Adiunge postea de alijs tribus partibus suprapositis.

SVMMARIVM

1 Cause liberales an efficaciter in arbitrum compromittantur.
2 Arbiter est paruus iudex.
3 Transactio super libertate potest fieri.
4 Causa ingenuitatis ⁊ libertinitatis an possit compromitti.
5 Causa super conditione ascriptitiis nunquid valeat compromitti.

¶ Capitulum.j.tertij libri.

1 Tractantibus nobis de his rebus vel causis que in compromissum conuentionale deduci prohibentur † premittendum videtur de liberalibus ob earum.s.grauitatem. Quippe cum libertas inestimabilis sit res, vt dicit Imperator insti. quibus ex cau.ma.non pos.§.sed cum libertas.⁊ facit. ff.de regu.iur.l.libertas. ¶ Videamus igitur an de causis liberalibus in tale arbitrium efficaciter compromittatur, ⁊ plane secundum omnium sententiam hoc fieri posse negandum est per tex.ff.de arb.in.l.non distinguemus.§.de liberali.C.de peda.iudi.l.ij.de in integ.resti.ca.causa.cum si.⁊ est tex.in.c.pe.de arb. secundum vnam lec.quamuis secundum aliam loquatur in arbitratore vt paulopost dicemus. Ratio autem predictorum est, quia fauor libertatis est vt maiores iudices debeat habere, vt exprimit tex.in.d.§.de libera.⁊ de peda.in.l.ij.C.vbi causa sta.l.iadudum.C.ne de sta.defun.l.si

2 pater, † Arbiter autem paruus est iudex secundum doc.vnde non cognoscit de causis maioribus vt liquebit in seq.capitulis. ¶ Ad vnum diligenter attende quia predicta vera sunt vbi de libertatis questione principaliter agitur, sed si coram arbitro de alia causa compromittibili iuste ageretur ⁊ incidenter coram eo emergeret ad seruitutem non prohiberetur arbiter de ea cognoscere ⁊ super ea valde iudicare, vt sentit glo.in.d §.de liberali.⁊ tenent omnes doc. qui communiter alle.l.quoties.C.de iud.⁊.C.de ordi.iudi.l.ij.sed non bene probant, quoniam nihil de arbitro exprimunt. Tu ergo allega pro hoc casum singularem, ⁊ expressum quem ibi Ang.ad hoc

ponderauit in l. cū pponas. C. de reb. cre. bm vlti. lec. glo. q̄ verior est, ꝛ illū tex. bn̄ tene mēti ad hoc cū gl. ¶ Item videamus an de liberalibus causis cōpromittaẽ in arbitratorē, nr̄i doc. nō tāgūt directo hāc q̄stionem. prima facie dōm vr̄ hoc fieri posse, qꝛ cū cōpromissum in arbitratorē sit q̄dā lata trāsa. vt pbatū est .s. j. lib. iij. c. ꝛ. c. viij.

3 † Certe trāsactio pōt fieri sup libertate seu status cā ꝛ fcā oꝫ seruari, vt est expressum, C. de trāsa. in l. fi. oppositū tn̄ verius arbitror. nā illō qō dr̄ i d. l. fi. verū est vbi ex trāsactione qs remanet liber, aliud eēt si remaneret seruus, tunc. n. nō valeret trāsa. vt pbaẽ. C. de libe. cau. in l. nec si volens. i tex. ꝛ gl. hoc ēt tꝫ gl. i. d. l. fi. sequunẽ ēt ibi Bar. ꝛ cōiter oēs. Idē qꝫ cōtingere poterit in pposito in cōpromisso in arbitratorē fcō cū a pncipio incertū sit p q̄ pte dēat arbitrator laudare sicqꝫ cōpromissum nō valebit nec ꝯsequēter laudū qō sup eo fundabiẽ ēt si in libertatis fauorē arbitrator laudaret, vt pꝫ ex his q̄ late. s. scripsimus li. pxi. iiij. c. in ver. ex fcō. nisi forte laudū ferreẽ p libertate ꝛ cōpromissuꝫ fcm̄ fuisset eo ꝯsensu, vt colligiẽ ex dictis ibi, ꝛ est casus p hoc breuiter intuēdo, extra de arb. in. c. pe. bm vnā lec. s. intelligēdo qō loquaẽ in arbitratore. Nā in. c. illo. in fi. idcirco papa ꝯfirmauit illud laudū, qꝛ sine ꝯfirmatione nihil valuisset cū a pncipio ꝯpromissuꝫ nullū extitisset. Cogita tn̄ sup hoc. Est ēt p hoc casus. C. de lib. cā i. l. liberos. ibi, puatis pactis ꝛc.

4 ¶ † Hesitari posset qd in cā ingenuitatis, vel libertinitatis certe in arbitruꝫ de ea cōpromitti nō pōt sicut nec de cā seruitutis, vt est expressum in. d. l. nō distinguemus. §. de liberali. Poterit tn̄ de ea corā eo cognosci icidēter vt. d. l. cū pponas. In arbitratorē aūt vr̄ secus, qm̄ hoc casu nō agiẽ de tā graui p̄iudicio, sicut qn̄ agiẽ de vera seruitute, pbaẽ. C. de inge. ma. l. pe. Cꝫ tn̄ facit qꝛ ingenuitas est quoddam ius agnationis, vn̄ vr̄ imutabile per pactū vel trāsactionē, vt. ff. de pac. l. ius agnationis, ꝛ hoc credo verius, nec qcqꝫ repugnat. d. l. pe. si bn̄ inspiciaẽ.

5 † Itē posset dubitari qd de cā q̄ est sup ꝯditione ascriptitia. glo. in palleg. l. non distiguemus. §. ō liberali. dixit in arbitrū de ea minime ꝯpromitti posse, nec de ea licere p arbitrū cognosci, nisi icidēter p tex. C. ō agri. ꝛ cēsi. ꝛ. l. ne diutius. ꝛ hoc verū puto sine dubio, qꝛ lꝫ quo ad alios ascriptitios p libero habeaẽ, tn̄ q̄tū ad dn̄m suū hr̄ pro vero seruo, vt. C. in qb. cau. co. cēsi. l. fi. lib. xj. ꝛ. d. l. ne diutius. Ideoqꝫ in effectu q̄stio seruilis erit de q̄ agitari nō pōt corā arbitro, vt. d. §. de liberali. In arbitratorē autē vtrū possit de hac cā cōpromitti n̄ inuenio tactū p doc. breuiter puto, ꝙ nō possit eisdē rōnibus qbus nūc fieri nō posse dixi in qōne vere seruitutis.

SVMMARIVM

1 Cause filiationum an in conuentionalem arbitrū efficaciter cōpromittantur.
Filiatio est seruituti proxima.
2 Causa patrie potestatis vtrum valeat compromitti.

¶ Capitulum. ij. tertij libri.

1 **P**Roxima seruituti est filiatio, † cū filius pr̄i reuerētia ꝛ obediētiā pstare teneatur, vt. ff. de insti. ꝛ iu. l. vt vim. C. de in ius voc. l. fi. sicut seruus dn̄o. lꝫ nō p oia eodem mō, vt C. de in ius voc. l. venia. ff. eo. ti. l. ꝯnaliter. ff. de ꝯdi. inde. l. si nō sortem. §. libertus. cū si. Videndū ergo de his filiationū causis an in cōuētionalē arbitrū efficaciter ꝯpromittanẽ, pfecto miror de hoc nō tetigisse nr̄os doc. ¶ Cōsidera pro intellectu varijs modis agi posse in iudicio de filiatiōe. Qñqꝫ. n. de ea ꝯtendit inter patreꝫ ꝛ mr̄eꝫ, qꝛ forte negaẽ p alterū eorū matrimoniū fuisse inter eos, ꝛ hoc casu qd iuris sit dicā, j. eo. li. vj. c. Qñqꝫ agiẽ de hoc ad aliū finē q̄ ad mr̄imoniū effectū, ꝛ tunc aut qō filiationis incidit alteri qōni, de qua iuste corā arbitro litigabaẽ, ꝛ tunc poterit hoc corā arbitro terminari ar. ff. de re. cre. l. cū pponas. C. de iud. l. quoties. cū si. Aut de ipsa filiatione principaliter agiẽ, ꝛ tunc credo non posse. Moueor p multas rōnes. primo p tex. C. de pa. po. l. abdicatio. ꝛ p. l. ij. C. de pat. q filios dis. vbi apparet qō pōt pr̄ p expressum actū a se abdicare filiū, nisi in vno casu speciali pp famē. Si. n. nō pōt pr̄ filiū alienare expresse, vt dictis iurib⁹, multominus tacite p tale cōpromissum ex quo seq posset eius licentia, ꝛ ad hoc qō dixi. s. li. proxi. c. iiij. Scōo qꝛ ēt si pr̄ ꝛ mr̄ ꝛ filius essent oēs in cōcordia, ꝙ vlterius filius p filio nō habereẽ, tn̄ hoc nullatenus valeret in pĩudicium filiatiōis, vt est expressuꝫ, extra de pba. c. p tuas. ꝛ no. gl. in. d. l. abdicatio. bm aliā lecturā. multo ergo minus hoc fiet, vt dixi p tacitū hunc tacitū cōpromissū. Tertio qꝛ cū de causis magni pĩudicij non cōpromittaẽ in arbitrū. vt. ff. de arbi. l. nō distinguemus. §. iul. de liberali. cū seq. ꝛ extra de in inte. resti. c. cā. cū seq. Certe idē dicēdum est in cā filiationis, qꝛ ex filiatione sequiẽ pr̄ia potestas que res inestimabilis est, vt dicit tex. ff. de le. j. in. l. filiusfa. i. §. bm vulgarē. Quarto qꝛ ēt cōcorditer filius detur p patrem alteri ad adoptandū, ꝛ sic sibi quodammodo nouum patrem querat, tn̄ non propterea ius permittit ꝙ desinat primi parentis filiatio imo durat in eius potestate eo modo ac si nō fuisset i adoptionē traditus, vt. C. de pa. po. l. cū in adoptiuis. ꝛ insti. de his q sunt sui vel alien. iur. §. j. multo igiẽ minus filiatio perdi poterit seu alienari p hūc actū. Quinto qꝛ assertio expressa patris vel matris vel filij nō preiudicat filiationi, vt est expressum. C. de pba. in. l. nō nudis. ꝛ in. l. nō epistolis. ꝛ in prealleg. c. p tuas. multo ergo minus idē faciet h tacita. Sexto ꝛ vltimo, qꝛ filiatio est quoddā ius agnatiōis ꝛ sanguinis, vn̄ nō poterit p cōpromissum imutari, vt. ff. de pact. l. ius agnationis. ff. de regu. iur. l. iura sanguinis. ꝛ hanc rationem posuit glo. in prealle. l. abdicatio. Nec curo si dicis qō fortasse arbiter p filiatione pnunciabit, qꝛ cū hoc a pncipio incertū sit, vt. ff. de arb. l. qualē. in prin. Certe cōpromissum a pncipio inueniẽ nullū sicqꝫ snīa arbitri nō valebit tanq̄ carēs fundamēto iuxta. l. i vniuersis. C. q da. tu. pos. ꝛ tetigi nūc. c. pcedēti. Videamus an de filiatione cōpromittaẽ in arbitratorē ꝯuētionalē, certe ex predictis clare apparet qō nō.

2 ¶ † Sed cū dixerimus de filiatione qd dicemus de cā pr̄ie ptātis. Et attēde qꝛ pōt eē ꝯcordia de filiatione ꝛ dubitatio de patria ptāte si forte filius fateẽ se filiū. dicit tn̄ se emācipatū vel ecōuerso. Nunqd igitur de hac dicto modo cōpromitteẽ. Nō legi alicubi hanc qōnem. Credo tn̄ nec in arbitrū nec in arbitratorē posse de ea cōuentionaliter cōpromitti cū efficacia, tex. est ad hoc optimus i. l. iij. C. ō emā. lib. vbi patet qō nudo ꝯsensu. i. sine iudicis decreto ēt si subsit cā legitima nō pōt pr̄ priuare se pr̄ia ptāte. Hoc. n. ꝯtigere posset ex cōpromisso dicto casu, vt pdixi. ergo ꝛc. Ad idē facit. eo. ti. l. iubemus. ꝛ. l. fi. ꝛ insti. qui. mo. ius pa. po. sol. in. §. pterea. Et hoc est verū, vbi de pr̄ia ptāte principalr̄ ꝯpromitteretẽ, sed incidēter bn̄ possit de ea corā arbitro cognosci, arg. l. cū pponas. C. de re. cre. ꝛ dictorū in pcedētib⁹ qōnib⁹. Adde tā ad qōnē pr̄ie ptātis q̄ ēt ad qōnē filiationis pdicta oia vera nisi forte cōpromissuꝫ in arbitratorē fieret eodē ꝯsensu cū eius laudo. Nā hoc casu vr̄ valeẽ cū cessent oēs supradicte rōnes ad hoc qō dixi. s. proxi. c. iu qōne seruitutis, ꝛ qō statim dicam in capitulis sequentibus.

SVMMARIVM

1 Cause monachationum ꝛ conuersionum an in arbitrum compromittantur ꝛ qualiter.
2 Juramentum que transactio sit.

¶ Capi. iij. tertij libri.

1 **N**Unc dicamus de causis cōuersionū ꝛ monachationū † an de eis in hmōi arbitrū cōpromittanẽ. Nā monachi ptāti abbatis subeē dicunẽ queadmodū filij subsunt patrie ptāti. ꝛ serui dn̄ice, vt. xvj. q. j. monachi. cum si. Ol. tetigit de hoc. ff. de arb. in. l. nō distignem⁹. §. de liberali. ꝛ determinauit ꝙ no. cū ea Spe. trāsiuit in ti. de arbitro. §. restat. versi. qd i cā ꝯuersionis. cū ea ēt trāsiẽ Bar. ꝛ oēs doc. nemine excepto in. d. § de liberali. facit p rōne qō dixi nūc in qōne seruitutis ꝛ filiationis. Idē arbitror in qōne psbyteratus ꝛ epatus ꝛ cuiuscūqꝫ clericatus eadē rōne. Nisi fortasse ō his corā arbitro incidenter cognosceret, vt ēt in alijs dcm̄ est qō vr̄ fieri posse, vt etiā in alijs dcm̄ est, qō sensit etiā gl. in. d. §. de liberali. Videndum est an de talibus cōpromittaẽ in arbitratorē cōuentionalē. glo. quedā que est in. l. fi. C. de trāsac. dicit qō i qōne dubitationis de cā conuersionis ꝛ monachationis valet transactio, subdit tn̄ necessarium esse decretū epi sicut ꝛ in alijs alienationibus rerū ecclesiasticarum, allegat C. de sac. san. eccle. auc. hoc ius porrectū, que glo. fuit formaliter extracta ex verbis Azo. in ti. de trāsa. in. ij. col. vbi idem tenet, Ex quo videẽ resultare qō possit de his cōpromitti in arbitratorē cum tale cōpromissum sit transactio, vt dixi. s. lib. j. c. iiij. ꝛ. c. viij. Sed certe dicta glo. male loquitur, vt ibi per Bar. Nam in cā conuersionis ꝛ monachationis nullo modo valet transactio bm eū, siue fiat vt monachus remaneat, siue nō, qꝛ cōtineret simoniā. alleg. extra de transac. c. super eo. fieri enim debet aliquo dato ꝛ aliquo retento propria transactio. vt. C. eo. ti. l. trāsactio. ¶ Preterea ꝯ dictā gl. tenet alia gl. expresse in. l. iij. §. q̄cūqꝫ. ff. de iureiu. Itaqꝫ oppositū dicēdū vr̄, si. n. nō valet transactio sup talibus, ergo nec arbitramētū, vt dcm̄ est, ꝛ hanc scđam partē veriorē puto, nec est ꝯtra hoc

quod

qd Bar.nō.i.d.l.iij.§.quecunq3.vbi dicit qd si iuramētū sup cō uersione vel monachatione deferat ei q asserit monachū eē mo nachū ꝛ trahit eū ad se valet iur̄m,cum iuramentū etiam sit trā-
2 sactio,vt.ff.de iureiu.l.j.† Qr respondeo qd ibi nō est ꝓpria trā- sactio q̄ fit,vt dixi aliquo dato ꝛc.sed gn̄alis qdā modus disce- dēdi a lite,vt p Bar.in.l.si societatē.§.arbitroꝝ.ff.pro socio.Et licet cōpromissum in arbitratorē sit et lata trāsactio sicut ꝛ iura- mentū tn̄ inter eos diuersa est rō.Ideo.n.valet iur̄m in fauorē monachatus,qr certū est tpe iuramenti de hoc fauore ꝛ etiā tpe delationis ipsius iuramēti,cū deferat asserēti monachū qui non presumit̄ variare circa idē,vt.l.sancimus.C.d test.cū si. Aliud est hoc casu tpe cōpromissi facti i arbitratorē,ignorāt.n. partes tunc in quā ptē debeat arbitror inclinare tpe laudi,ꝛ sic nullum erit laudū tanq̄ cōpromissi fundamēto carens,vt.s̄.dixi sepius i similibus casib⁹.Et hoc est veꝝ nisi forte cōpromissum factū et eodē ꝯsensu cum laudo arbitratoris,vt dixi in ꝑcedētibus casi- bus,ꝑ quo optime facit ꝑallegata opi. Bar.i.d.l.iij.§.qcunq3. in fi.ꝛ ibi ꝑ Ja.de bu.ꝛ cōiter oēs.Nā iuramēti ꝯsensu iuramē tū prestaret,tn̄ ex quo,vt dixi satis est certū tpe delationis futu rum esse in fauorē monachatus erit idē,vt de se patet delatio et prestatio fieri debet eodem consensu,vt ibi apparet.

SVMMARIVM

1 Compromitti an possit de causis decimarum, oblationum,vel quartarum.

Cap.iiij.tertij libri.

1 Cum de monachatus cā dixerimus ꝛ causis sacerdotalibus ꝛ similibus † videa- mus qd de causis decimaꝝ,oblationū ꝛ quartarū et similiū,nā he sunt que sacerdotibus ꝛ epis debētur, vt de decimis patet in suis titu.ꝑ totū,maxime eo.ti.c.tua.ꝛ.c. in aliq̄bus.ꝛ in.c.j.li.vj.xvj.q.j.decime.cū si.Et de quartis h̄r. de offi.ordi.in.c.ꝯquerente.ꝛ.c.dilectus.ꝛ de elec.in.c. trans- missa.ꝛ de testa.c.officij.ꝛ.c.requisisti.ꝛ.c.fi.cū si. An igitur de his poterit ꝯuētionaliter cōpromitti in arbitrū vel arbitratorē. nr̄i doc.et de his q̄stionib⁹ nihil directo tetigerunt. Sēserūt tn̄ qdā nō posse dū dixerūt de spūalibus cōpromitti nil licere,vt re ferā.i.eo.li.xij.c.sicut.n.sine dubio hec oia spiritualia,vt not.de trāsa.c.ij.ꝛ de deci.in.c.ex multiplici.i fi.Sed ego illud repro- babo,vt ibi videbis.Hic ergo primo d decimis posse cōpromit- ti ꝯuētionaliter vtroq3 mō,ꝛ eadē rōne,idē puto in alijs oblatio nib⁹.Nā sup eis admittit̄ cōpositio expressa ꝑ quā sequit̄ eaꝝ di minutio,vt est expressum in.d.c.ex multiplici.in fi.ꝛ eo.ti.§.sug gestū.ꝛ.c.nup abbates.ꝛ in.c.veniēs.de trāsa.ꝛ eo.ti.c.ij.ergo etiā admitti d3 hec tacita ꝑ cōpromissum.Et hoc est veꝝ indisti cte sup decimis ꝑteritis,ꝛ et sup futuris qn̄ vterq3 ex cōpromittē tibus esset clericus.Sed cū laicis nō posset clericus cōpromit- tere sup futuris decimis sine autoritate superioris,arg.notatoꝝ de ꝯpositione que fit sup decimis ꝛ ꝑ gl.ꝛ doc.in.c.ij.d trāsac. ꝛ de deci.in.c.cū hoies plus no.qd et si vterq3 ex ꝯpromittenti bus esset clericus ꝯpromissum factū inter eos sup futuris deci mis sine superioris auctoritate nā noceret ecclesie,s3 ꝯpromittē tib⁹ tn̄ durāte eoꝝ vita sicq3 ꝯpromissum nō diceret̄ reale,sed ꝑ sonale tn̄,vt exp̄sse ꝑ gl.ꝛ doc.in.d.c.ex multiplici.in pe.glo.ꝛ h̄r in.d.c.ij.de trāsa.ꝛ eo.tit.c.veniens.in q̄bus locis.vide qs sit iste superior.Et faciūt in simili ad ꝑdicta q̄ notaui de fructi- bus ecclesiarū.s̄.li.ꝑcedenti.in.iiij.c. De quartis dōm ē te nere ꝯpromissum eo mō quo in ꝑdictis,ar.ꝑdictorū ꝑterea p3 h ex dictis Jo.an.in.c.pastoralis de dona.vbi notāter voluit pos se epm̄ sibi preiudicare in fructibus quartarum preteritis vel fu turis recipiēdis q̄din ipse viuet ꝛ ita dicit intelligi.c.fin.xij.q. ij. Adde qd ꝯpromissum factū per epm̄ super canonica portio ne sine ꝯsensu capituli cū quo h3 mensam cōem non preiudica- bit capitulo,sed sibijpsi tn̄ ad hoc qd no.glo.de p̄scrip.in.c.de quarta de reb.eccle.non alie.in.c.possessionem.ꝛ.xvj.q.ij.c.fi.

SVMMARIVM

1 Alimentorum cause an possint in arbitrum cōuentionaliter cō promitti.
2 Alienatio alimentorum sine pretoris auctoritate an semper pro hibita.
3 Transactio fauore alimētoꝝ sine pretore facta an valeat.

Cap.v.tertij libri.

1 De seruis ꝛ filijs ꝛ monachis † ꝛ similibus deq̄bus.s̄.visū est alimēta deben tur,vt.ff.de libe.agno.l.si quis a liberis,in prin.eod. ti.l.j.in fi.de offi.dele.c.insinuāte.per glo.ꝛ in.c.j. de infan.lāgui.An igit̄ de his alimētis cuiuscunq3 debeant̄ pote rit cōpromitti in arbitratorē.Spec.tetigit in titu.de arbitris.§. restat.ver.sed nunqd cōpromissum.Et arguit primo qd non,qr maiores iudices desiderat.allegat.ff.de arbi.l.nō distinguemus §.de liberali.ꝛ.ff.de trāsac.l.cū hi.in prin.deinde refert opinio- nē dicētiū qd si cōpromittat̄ in aliquē vt cognoscat tanq̄ iudex valet,ꝛ perinde est ac si facta esset transactio cū iudicis auctori tate.alias nō allegat.C.de transa.l.de alimentis.In primam tn̄ partē ipse inclinat.Sed certe.d.§.de liberali.nihil loquit̄ de ali mētis nec.l.cū hi.in prin.loquit̄ de maioribus iudicibus in co- gnoscēdo,sed de auctoritate pretoris q̄ debet interuenire in tran sactione alimentoꝝ.diuersa.n.est trāsactio a iudicaria cognitio ne q̄ fit corā arbitro,vt sepius dcm̄ est.Preterea q̄nq3 pn̄t alie nari alimēta et sine auctoritate pretoris,vt.C.de trāsac.l.de ali- mentis.ꝛ.d.l.cū hi.§.plene cū ergo nō idē erit in cōpromisso in arbitrū.certe nō est differentie rō.Itē nec alia opinio ꝯria vide tur bona vllatenus,licet.n.compromittatur in aliquē vt cogno- scat tanq̄ iudex,tn̄ per hoc nō potest dici qd in ipso ꝯtractu ta- lis cōpromissi auctoritas pretoris interuenerit,ꝛ sic nullū est cō- promissum,ꝛ ꝯsequenter nulla sn̄ia q̄ sup cōpromisso nullo fun- dat̄,vt.d.l.cū hi.in prin.iūcta.l.nō distinguemus.§.de liberali. ff.de arbi. Cōsidera ergo ꝑ intellectu assumpto fundamēto. ꝑ Bar.in suo libello alimentoꝝ in.c.qualiter sup alimentis trā
2 sigat̄.† Qd alienatio alimentoꝝ sine pretoris auctoritate nō est semper ꝓhibita. Aut enim alienant̄ alimēta debita ex cōtra ctu,ꝛ valet alienatio etiā sine pretore,vt.d.l.cū hi.§.plane.Aut alienant̄ debita ex vltima volūtate,ꝛ tunc aut alienantur preteri- ta,ꝛ pōt eodē modo,vt.d.l.de alimentis.ꝛ no.in.d.l.cū hi.in. ij.glo.Aut alienant̄ futura alimenta,ꝛ tunc necessarium est de- cretū ptoris ex iusta cā decernentis,al's non valet,vt.d.l.cū hi. in prin.ꝛ vide rōnes differentie inter ꝑdictos casus per Bart. plene in.d.loco. His ꝑmissis infero ad ꝓpositū qd aut com- promittit̄ in arbitrum super alimentis debitis ex ꝯtractu,vel su per alimentis preteritis debitis ex vltima voluntate,ꝛ hoc po- terit fieri sine dubio.Si.n.valet alienatio expressa alimentorum hoc casu,vt.d.l.de alimētis.ꝛ.d.§.plane.fortius idem dicemus in tacita que pōt seq ex cōpromisso cum a principio nō esset cer- tū de alienatione sequuta,vt.ff.de arbi.l.qualē.in prin. Aut compromittit̄ sup alimentis futuris debitis ex vltima volūtate. ꝛ tunc credo indistincte non valere compromissum,qr ex cōpro- misso posset sequi alienatio que habita est,vt.d.l.cū hi.in prin. nisi forte ius esset dubium pro parte alimentorum quo casu pu- to compromissum valere factum in hac re dubia cum pretoris auctoritate etiā sequuta sn̄ia in ꝑniciē alimentoꝝ,pro hoc opti- me qd habetur.C.de transa.in.l.preces.ꝛ.C.de pac.in.l.pactū curatoris.C.si aduer.transa.l.j.in glo.ꝛ.C.de predijs cu.l.si ad resoluendum.ꝛ qd dixi in simili.s̄.in.lib.iiij.c. Aliud dicerem si compromissum fieret super alimentis futuris debitis ex vltima voluntate pro quibus ius non esset dubiū etiā si pretoris aucto ritas interueniret,qr tale decretum debet pretor ex iusta causa interponere,ꝛ al's nō valet,vt est expressum in.d.l.cū hi.§.in cā. Nec dicas qd fortasse arbiter pro alimentis iudicabit,ꝛ sic va- lebit sn̄ia etiā sine ptore,cū nō sequat̄ hoc casu alienatio alimen
3 toꝝ,sed ꝯfirmatio,† ꝑut dicimus in trāsactione que v3 indistin- cte facta alimētoꝝ fauore etiā sine ptore,vt est casus in.d.l.cum hi.§.qd ergo.ꝛ ꝑ Bar.in.d.libello de alimētis.Qr rn̄debo cla re quod hoc a principio tpe ꝯpromissi incertū est,vt.ff.de arbi. l.qualē in prin.ideo non valet ꝯpromissum nec ꝯsequenter sn̄ia etiam lata pro alimentis tanq̄ carens fundamento,vt pluries dictum est supra. Sed an de alimentis poterit compromitti in arbitratorē.doc.non tangunt expresse.Hic tn̄ breuiter quod cum arbitramētū sit quedā trāsactio lata.vt i auc.vt diffe.iud. §.i.ꝛ dixi.s̄.i.lib.viij.c.Certe his casibus in quibus dixi vale- re alienationē ꝛ trāsactionē contra alimenta hisdē valebit etiā ꝯpromissum in arbitratorē,vt ex ꝑdictis apparet.his aūt casi- bus in q̄bus alienatio ꝛ transactio in ꝑiudiciū eorum non va- let hisdē minime valebit,ꝛ cōpromissum in arbitratorē etiam si sequat̄ laudū in eoꝝ fauorē.Qr qd l3 trāsactio i fauorē alimē torum valeat indistincte,vt.d.l.cum hi.§.qd ergo tn̄ de hoc fa uore nō ꝯstat ꝯpromissi tpe,ꝛ sic est nullū ex oi pte,nisi esset et laudū ꝛ fieret eodē ꝯsensu cū ꝯpromisso vt in simili diximus.s̄.pri mis tribus capitulis huius libri.Ad vnū attēde,qr h casu iusta

causa cōpromittēdi est nedum aliqui ex illis q̄ ponuntur in.d.l. cum hi.§.in causa cum se.§.sed etiam illa que habetur in.l.pre- ses.C.de transac.s.q̄ res sit dubia,vt dixi in precedenti questio- ne de compromisso in arbitrum qđ est diligenter notandum.

SVMMARIVM

1 Soboles est bonum matrimonij.
2 Matrimoniales cause an possint in arbitrum compromitti.

Capitulum.vj.tertij libri.

c Ex matrimonio filiationes sequūtur, vt.l.j.ff.sol.ma.instit. de pat.po.in prin. † Ideoq̄ soboles bonū matrimo- nij dici solet,vt.xxvij.q.ij.cē itaq̄ de cōdi. appo.c. fi.ꝛ p Jo.an.in summa quarti libri,sequit̄ ꝛ ex mr̄imonio mona chatio,sacerdotiū ꝛ similia,ꝛ cū in tpalibus ēt spūale saltē mr̄i- moniū ꝯbat̄,vt dicit tex.de elec.in.c.cū inter canonicos. circa mediū. Cū ergo matrimoniū cā sit p̄dictoꝝ q̄bus alimēta debe ri diximus idcirco viso de alimētis videamus de causis mr̄imo- 2 nialibus. † An igit̄ in q̄uentionalē arbitrū cōpromittent̄. Gl. di xit qđ nō p allegata.l.nō distinguemus.§.de liberali.ff.de arbi.ꝛ nihil allegat. Certe casus est p hoc expressus,extra de in integ. resti.c.cā.in fi Et attēde q̄ hoc est veꝝ pricipaliter, sed incidē ter pōt ēt de mr̄imonio corā arbitro cognosci,arg.C.de re.cre.l. cū proponas.ƀm vnū modū intelligendi,ꝛ hoc sentit ēt expresse glo.in.d §.de liberali.ꝛ recte,ꝛ Bald.idē tz lz nihil alleget ad hoc,ꝛ dicit eē nouū dcm̄.in.l.j.C.de ꝯfes.in.xiij.col. Itē nunq̄d de talibus cōpromittere in q̄uentionalē arbitratorē non inueni aliquē de hoc tangētē nisi.d.Lud.in.l.titia.ff.so.mat.q loquitur valde inuolute,tñ cōcludit qđ nō p.c.fi.de trāsac. Et q̄ appel- latione arbitri large sumēdo eē prebēdit̄ ēt arbitratoꝛ,vt.l.si so- cietatē.§.arbitroꝝ.ff.pro so. Sed in cā mr̄imoniali tex.in.d.ca. cā dicit qđ nō pōt arbiter assumi,q̄ exigit maiores q̄ nō ita locū habet in arbitratore sicut in arbitro ergo ꝛc. Tu p veritate cla rius ꝯsidera. Nā si attēdimus ad vnā glo.positā in.l.fi.C.de trā sac.cuius opi.sensit Azo.in ti.de trāsac.q̄ vult qđ sup mr̄imo- nio possit trāsigi.certe dicemus valere cōpromissum in arbitra- torē cū sit q̄dā trāsactio. Si attēdimus aliā glo.positā.ff.de iure in.i.l.iij.§.q̄cūq̄.q̄ dicit sup mr̄imonio nō posse deferri iuramē- tū dicemus oppositū,q̄ iurī ꝛ trāsactio eq̄parant̄,vt.ff.d iurein. l.j. Quid dicēdū puto sup mr̄imonio nullatenus cōpromissū ta- le valere,sicut nec i arbitrū. Nā lz doc.cōiter dicāt in trāsactio ne,qđ aut trāsigit̄ p mr̄imonio,ꝛ valet. Aut ꝯ mr̄imoniū ꝛ non vz,vt p Bar.ꝛ doc.i.d.§.q̄cūq̄.ꝛ in.d.l.fi.tñ hoc casu ēt si lau dū ferret̄ pro matrimonio nō valebit cū a principio cōpromissū nullū fuit tanq̄ factū sup re q̄ nō est in cōpromittētiū cōmercio vel potestate,vt extra de re iudi.c. licet.ꝛ.d.c.fin.de trāsac.sic laudū caruit fundamēto. Et hoc forte veꝝ est, nisi cōpromissum vno ꝯsensu cū laudo fieret quo casu valeret si p mr̄imonio ferre tur,arg.eoꝝ q̄ diximus.s.in alijs similib[9] casibus,maxime in.ij. c.huius libri,in fi. Itē predicta omnia vera sunt in matrimonio carnali,sed in spirituali matrimonio secus, vt dicā.j.eo.li.xij.c.

SVMMARIVM

1 Restitutionis in integrum causa an compromittatur in arbitrum vel arbitratorem.
2 Restituere ꝛ pronunciare restituendum differunt.

Cap.vij.tertij libri.

p Redictorum gratia sepissime concedi tur in integrū restitutio 1 † vt dr̄ in ecclesiastico administratore,de in integ.re sti.c.auditis.ꝛ in alijs q sunt minores.xxv.annis.vt in toto ti.ff.de mino.ꝛ arg.de in integr.resti.mino. Videamus ergo an de cā resti.in integ.cōpromittat̄ in talē arbitrum. Cer- te breuiter dicimus nō posse ƀm oēs,vt est expressum in.l.fin.C. vbi ꝛ apud quē.ꝛ extra de in integ.resti.c.causa.in prin.nisi for te incidenter,vt.d.c.causa.ꝛ ibi not.licet ꝯ senserit Spe.ꝛ non recte.in tit.de arbi.§.differt.vsi. Itē ƀm Vin. Nō est quare nō possit,q̄ est mixti imperij ꝛ hodie cū iudicis officio expediatur, vt probat̄ in.d.l.fi.C.vbi ꝛ apud quē.ƀm verā opinionē, de his aūt q̄ sunt mixti imperij nō pōt arbiter cognoscere,vt stati dicam proxi.c. Ad vnū aduertēdū,q̄ q̄dā glo.q̄ est in.d.l.si multū sin gulariter sentire vr̄,qđ licet nō possit cōpromitti in arbitrū quā- tū ad hoc vt restituat,tñ bene poterit hoc fieri vt arbiter cogno- scat,ꝛ pnunciet an aliq̄s sit restituendus,ꝛ ita poterit aliquē re- stituendū pnunciare,lz nō restituere qđ est notādum. Et hoc est 2 veꝝ ƀm Bar.ibi,† q̄ differunt hec duo pnunciare restituendū ꝛ restituere,vt not.C.si aduersus lib.l.j.ꝛ i.l.ab executore.C.quo rū ap.nō reci. Et lz non inueniat̄ aliqua actio vel aliqđ ius agē do quos quis dūtaxat petat pnunciari se restituēdū nō aūt re- stitui,tñ ex quo ille q de hoc tantum cōpromittit videt̄ velle pati qđ p arbitrū pnūcietur,certe si sic de facto ꝯueniatur sine actio ne satis erit,vt est casus in.l.inl.§.quantum.ff.ad exhi.qđ est mē ti tenendum,ꝛ vide quod no. Bar.in.l.vbi pactum.C.de trāsa. ꝛ quod dicā.j.ix.lib.ix.c. Item videamus an de causa resti.in in tegrū cōpromittat̄ q̄uetionabiliter in arbitratorē, solus Bart. singulariter de hoc tetigit in p̄alleg.l.fi.C.vbi ꝛ apud quē. di- cens qđ cū semel esset de facto hec questio ipse respōdit posse fie ri,q̄ arbitramentū est trāsactio,de causa aūt restitutionis in in- tegrum transigi pōt,vt ibi habetur. Tu tñ intellige hoc verum in casibus in quibus cōpromittens habet trāsigendi potestatem, alias si esset minor sicuti non trāsigeret, sic nec in arbitratorem compromitteret eadem ratione. Idq̄ satis planum est.

SVMMARIVM

1 Cause tutelares ꝛ que mixti imperij sunt an possint compromit- ti in arbitrum vel arbitratorem.

Cap.viij.tertij libri.

1 Superest de coactionis modo disserere. † Prius ergo vidẽdũ est posito casu ꝙ statutuꝫ vel ius cõe dicat ptes cogi debere ad cõpromittendũ,nec exprimat p quẽ quis faciet hanc coactionẽ,pfecto per iudicẽ ordinariũ loci,nã ad eum spectat ꝯseruatio publice quietis,vt.ff.de offic.presi.l.ij.§.quies.ꝛ eo.ti.l.ꝯgruit Itẽ q: ad eũ spectat facere ꝙ seruẽt statuta loci ex quo illud iurauit in principio officij,ne sit periurus,vt in auc.de defen.ciui.§.iusiurandum. Nunc dicamus an iudex debeat hoc facere qꝺ cã cõpromittat de officio proprio an debeat expectaᵗ qꝺ petatur.certe lꝫ doc.nõ dicant,tñ dstingue sic. Aut stamus terminis iuris cõis aut statuti supradicti, casu priore non est semper necesse qꝺ specifice per ptes compromissum petaᵗ,sed sufficit cãm coram iudice proponi pp quã tacite cõpromissum vᵗ peti.ꝛ index dꝫ partes cõpellere.vt arbitri eligaᵗ,vt est expressum C.de iud.l.apertissimi.ꝛ eo.tit.l.fi. Altero casu põt eodẽ modo apparere tot bona non habere. Aut dicit simpliciter statutũ qꝺ cõpromissum debet fieri super talibus causis,ꝛ idẽ q: verbum dꝫ importat necessitateꝫ, vt l.sepe.ff.de offi.presi. Aut dicit qꝺ debeat cõpromissum fieri si petatur,ꝛ tũc vero considera ꝙ aut statutũ incipit ꝙ cã compromittatur in arbitrũ,aut in arbitratorem aut coniunctim in arbitrũ ꝛ arbitratoreꝫ ꝛ amicabilẽ cõpositorem. Primo casu iudex non poterit ex officio pprio cogere partes,nisi petatur, q: sic faciendo se suspectũ faceret,vt.ff.de dam.ife.l.iiij.§.h̄ sũt iudicium. Quinto casu idẽ,q: cõpromissum in arbitratorem est transactio lata,vt dixi.s̄.j.lib.viij.c. Ad transactionẽ aũt pacẽ, trengã,vel concordiã,nõ põt iudex partes cogere ex officio,vt nota.per glo.ꝛ doc.ff.de his qui no.infa.in.l.furti.§.qui iussu.ꝛ hoc est verũ exceptis casibus in quibus iudex speciali rõne cogere põt ex officio ad concordiã,vt habeᵗ p Bar.in.d.§.q ius su.ꝛ p Bal.C.de senten.l.ex stipulatione.ꝛ p Bar.ꝛ doc.i.l.ij.§.ex his.ff.de verb.obli.ꝛ in.l.hmõi.ff.de leg.j.ꝛ in.l.illicitas §.ne potentiores.ff.de offic.presi. In his eniꝫ casibus sicut cogi iudex ex officio parte nõ postulante ad ꝯcordiã ꝛ pacẽ ꝛ trãsactionem,eodẽ modo pari ratione poterit cogere ad compromissum in arbitratorẽ argumen.ff.ad.l.aquil.l.illud cuꝫ simi. Tertio casu dicas idẽ per oia,vt nunc dixi qñ dicit dũtaxat in arbitratorẽ. Satis enim hoc casu est quedã transactio,ex quo põt,vt arbitrator procedere.arg.C.de iud.auc.si vero contingerit. De illo sepius quesitũ est qño coguñᵗ partes cõpromittere dictis casibus. Nunquid enim cogentur precise aut tenebuñᵗ interesse post morã,fronte prima vᵗ eos teneri ad iteresse, quoniam hoc est ꝯnale in omnibus obligationibus facti per morã ſm verã sententiã,vt.ff.de verbo.obli.l.vbi autem non apparet.§.fi.eo.ti.l.stipulationes non diuiduñᵗ.in fine principij.et ibi plene per Bar.ꝛ in.l.j.C.de senten.que pro eo qꝺ interest. Contrariũ tñ arbitror verius sine dubio.s.ꝙ precise possit cogi remedijs pretoris,quoniã lꝫ hec sit obligatio facti,tñ descendit a lege seu a statuto municipali qꝺ lex est in suo municipio, vt.l.omnes populi.ff.de iusti.ꝛ iure.porro in obligationibus facti descẽdẽtibus a lege spãle est,vt quis ad factum promissuꝫ post morã cogaᵗ precise vt probaᵗ.ff.ꝙ met.cau.in.l.si cũ exceꝑ.§.ꝫ ꝛ si qs.ff.ꝺ leg.iij.l.fideiussor.§.fideius.ꝛ p bar.in.d.l.stipulatiões nõ diuiduñᵗ in vltima qõne.j.partis,ꝛ ita tenẽt cõiter omnes in obligationibus facti. Ita ẽt fere quotidie practicaᵗ in istis compromissis dũ partes detinentur per iudicem in carceribus vel pallatijs denegando eis victũ ꝛ stratũ vel excõicando eos,vt inducantur ad compromittendũ. Simile dixi.s̄.eodẽ lib.vij.c. Item an ipsemet iudex possit aliquo casu ob partium contumaciam ex officio compromittere,certe sic,qñꝗ vt in electione estimatorum,ꝛ si.sed tunc non est compromissuꝫ etiam late loquendo q: repugnat nedũ diffinitio,sꝫ ẽt vocabuli alusio,vt pꝫ.s̄.li.j.c. Sicꝗ hoc est ipertinẽs ad hunc tractatũ de hoc tangiᵗ per Bar.in.l.theopompus.de dote prelegata.

SVMMARIVM

1 Compromittere conuentionaliter phibiti vel cãe non compromittibiles an in casibus qbus ex dispõne iuris cõis vel statuti necessitas cõpromittẽdi iponiᵗ comprehendãtur.ꝛ an bñficiũ dicti statuti iploreᵗ ex persona ppria vel sui auctoris.

Capitulum.xij.quinti libri.

1 Diximus tam ex iure cõi ꝗ ex statutorũ dispositione interdũ homines ad cõpromittendũ cogi. † Sed videamus an his casibus ad talia teneanᵗ qui solent alias esse a compromisso conuentionali prohibiti de quibus plene.s̄.lib.ij.per totuꝫ. Profecto h̄ satis apparet ex dictis plene.e.li.c.pe. Qui n.pñt esse in iudicio nomine suo vel alieno hi coguñᵗ,vt ibi,secus in his q non pñt in iudicio interuenire p hoc,q: statutum ꝯnaliter cogens oẽs compromittere recipere vᵗ hanc tacitam interpretationẽ a iure cõi,vt non comprehẽdat.s̄.dictos,vt C.de noxa.l.si serui nostri.ꝛ ꝺ ꝯsuetu.c.cũ dilectus.ff.de mune.ꝛ hono.l.vt gradatim.§.sed si lege.C.de sacr.sanc.eccle.l.j.in gl.ꝛ.ff.de eo ꝙ certo loco.l.j.ꝛ de reg.iu.in.c.in ꝯnali.lib.vj.per Dy. Nunc dicamus an dictis casibus comprehendantur cause,alias sui natura ꝯuentionaliter non compromittibiles,de quibus.s̄.ij.li.per totuꝫ. Certe arbitria vel arbitramenta iuris cõis non fiunt,nisi in casibus expressis in iure,vel similibus,vt dixi.s̄.eo.lib.ix.c.vñ de his non est dubitatio. In terminis tñ statuti.s̄.dicti ꝯnaliter loquentis credo causas non compromittibiles ꝯuentionaliter in dubio non comprehendi. Non.n.pt negari quin ipsa arbitrorꝫ electio que fit iudice cogẽte in his iudicialibus sit quo ad partes eligẽdus q̃dã ꝯuentio,vt.l.iij.§.iul.scribit.ff.de pecu.sicꝗ statutũ recipis

pit hanc maximam interpretationem a cōi iure per hoc qđ no. Bar. expresse. ff. de arb. in. l. nō distinguemus. §. quesitū in qōne apud quē pupillus debeat ali. & ea. l. §. de liberali. in questione de causis mixti imperij. & in. l. pretor. ff. de tuto. & cu. da. ab his iu fi. in. q. tutelari. & hr̄ de his p doc. in. l. fi. C. vbi & apud quē. vbi vide. & plene p do. Ludo. lз multū verbose loquatur in. l. titia. ff. sol. mat. ¶ Sed finge statutū. s. dictū loqui inter coniunctos tm̄, & q̄ inter eos fiat cōpromissum si petat. An ergo locū vendicabit vbi erit qđ inter coniunctos nō occasione cōtus ppriij, lз alterius. v. g. Titi⁹ vēdidit Sēpronio fundū & tradidit. Gaius vero frater Titij vēditoris agit rei vēdi. ɔ Sēpronium, Sēpronius citat Titiū ad defensionē cāe, q Titius cōpromissum petit aduersus fratrē ex forma statuti disponentis iter coniunctos tm̄. nunqd ergo cōpromittet. Certe maxima est qđ q̄ solēnissime Bar. vltra oēs disputauit in qōne q̄ incipit Pisane ciuitatis qsiliū decreuit. Cōclusio breuis est q̄ sic, vide ibi p hoc rōnes & iura. & vide Bar. in. l. vēditor. ff. de iud. & ff. rez ra. ha. in. l. pen. ad exhibendū. §. j. ¶ Hesitatū tñ vidi an būficiū dicti qpromissi, q̄ inducit ex forma statuti possit iplorare extraneus emptor ex persona patris venditoris. Et breuiter dōm est q̄ nō. Qz būficium hoc cōpromissi est personale q̄ statutū coniunctis tm̄ concedit ratione coniunctionis, vn̄ non trāsit ad heredem. tex. est pro hoc. ff. p so. in. l. verū. in pri. facit. ff. so. ma. l. qz personale. & per Dy. in. c personale. de reg. iu. libr. vj. scđm Barto. in preallē. disputatione. q̄ no. diligenter & tene menti.

SVMMARIVM

1 Statutum ad compromittendum compellens vtrum comprehendat legitimas exceptiones habentem. Et que sint exceptiones compromissum iudiciale impedientes.

¶ Capitulum. xiij. quinti libri.

1 Etiam vlterius statutū supradictū dubitationes quasdā afferret, †an ergo ligabit habentes alias exceptiones legitimas vltra dictas. s. que exceptiones ex alio defectu oriuntur q̄ psonarū cōpromittentiū vel causarū nō compromittibilium.

¶ Breuiter ēt dōm est q̄ non, qm̄ statutū hoc q̄tūcunq; gñale hanc maximā interpretatiōnē recipit a iure cōi, vt in §. dixi nunc. c. precedenti. in prin. & p hoc pbat per eadē iura, qz eadem est rō vtroq; casu. Queramus tñ que sint he exceptiones. Spe. in ti. de arbi. §. excipit. p totū posuit multas exceptiones, sed ille nō tendunt ad hunc finē. s. impediendi rem deduci i cōpromissum a principio non obstante statuto, put nos querim⁹. Sed ad finē impediēdi ipsam sniam latā per arbitrū ne mādetur executioni, q̄ oino nihil est ad rē nostram. Bal. posuit. in l. fratris. C. de transa. & ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. in. l. si iudex. in fi. vnā regulā valde singularē q̄ quotidie oēs in pallatijs exclamant. Qđ omnis exceptio impediens de iure cōmuni ingressum litis vel pcessum corā iudice impedit cōpromissū fieri, q̄uis necessariū ex forma statuti, q̄ dictum nota ppetuo. ¶ Sed certe ipse Bal. non alter pbat eius dictum. ¶ Preterea defectiua est. s. dicta rñsio ad gñale quesitum, qz compromissū impedit a principio stāte dicto statuto ēt ex multis alijs causis non impedientibus ingressum litis, vt tunc percipies. ¶ Dōm ergo primā esse exceptionē impedientē cōpromissum hoc casu illā q̄ Bal. ponit. probo sic vltra doc. Certū est quod cognitio seu determinatio fienda hoc casu corā arbitro, vel arbitratore subrogata est per viam substitutionis in locū iudicij ordinarij, vt sentit Bar. expresse in sua disputatione Pisane ciuitati qsilium decreuit, ppe finē, in antepe. col. si bñ inspiciantur eius verba. Et Bal. clarius in preallega. l. si iudex. in fi. ¶ Sed subrogatū p hanc viā dз sapere nām eius in cuius locū substituit, vt. ff. si quis cau. l. si euз. §. qui iniuriarū C. de rei vxo ac. l. j. §. j. insti. de actio. §. fuerat. ff. si quis testa. lib. esse iuf. fuerit. vbi de h late p bar. ergo &c. naз iudiciū q̄ debuisset agitari corā iudice ordinario fuisset impeditū p talē exceptionem. vt. ff. de qdi. indebi. l. eleganter. §. si quis post. ff. de iureiuran. l. j. & ij. & l. nam postea in prin. ¶ Itē probat sic statutū predictū dicit q̄ super omni cā lite vel qōne possit cōpromissum peti, sed vbi pars hз ɔ actorē exceptionē repellentē eū a limine iudicij non pt dici q̄ sit de psenti, neq; lis, neq; cā neq; qđ iudicialis neq; ēt dici pōt q̄ sit futura, & sic q̄ sit saltē spes, qz sup ea nō posset lis contestari pp obiectū dicte exceptionis, vt hr̄. C. de transac. in l. causas vel lites. & C. qño & qñ iud. auc. q semel. C. de litig. auctē. litigiosa res. ergo &c. ¶ Non. n. pōt cōpromissum peti super eo, q̄ nō est necesse sperat tanq̄ cessante fundamēto super quo firmet pedes. & per hoc bonus text. in simi. instit. de inuti. stip. paulo post prin. facit. C. q da. tu. pos. l. in vniuersis.

¶ Ex hac prima gñali excep. sequunt infiniti effectus si discurris oēs illas exceptiones ingressum ordinarij iudicis impedientes. Et adde q̄ dicā. j. eo. lib. c. preallegato. ¶ Que aūt sint tales exceptiones, vide plenissime in Spec. eo. tit. de acto. p totū. & Bar. & doc. Moder. ponūt in. l. elegāter. §. si qs post. ff. d condi. inde. p Bar. ēt in. l. fi. ff. p suo. ¶ Scđa exceptio gñalis cōpromissum ipediens, lз necessariū ex forma dicti statuti est illa, q̄ dicit cām sup qua cōpromissum petit sui natura ēt certam indubitabilē. v. g. vbi qđ qsistit in iure tm̄, non aūt in facto, vt dixi. s. lib. iij. xvj. c. & p hoc qđ notat Bal. C. de furtis. in. l. ancille. p illū tex. facit. ff. de auro & argē. lega. l. ornamentorum. & qđ no. Bart. in. l. j. C. de confes. & plenius in. d. l. ornamentorū. ¶ Facit ēt ad predicta. l. q̄ labeo. ad carbonianum. & hoc etiā sequunt multa notabilia. Maxime qz post qclusum in cā vel pcessus publicationē non poterit peti cōpromissum stante dicto statuto, qm̄ hoc tpe res clara vr̄ cū in iure tm̄ qsistat non in facto. p hoc. C. de pbati. auc. q semel. in auc. de tes §. qz vo. extra de testi. c. fraternitatis. vbi habes q̄ post publicatas attestationes nō recipiunt pbationes. ¶ Per hoc ēt q̄ no. glos. in cle. sepe. de verbo. signifi. vbi idē dr̄ post qclusum in cā & tenuit expresse Bal. q̄ non possit peti cōpromissum hoc casu. ff. de transactio. in. l. j. dicā tñ de hoc qño intelligi debeat. j. eo. libr. xv. c. ¶ Tertia exceptio ēt gñalis est prima que dicit cām super qua petitur cōpromissum sui natura eē summariū. de talibus etenim summarijs non cōpromittit inuitis partibus, ēt stāte dicto statuto, qz repugnat nā cāe cū sit breuis sui nā, vt p Bal. qui hoc notat expresse. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. ea. l. si index nutrici. Et facit q̄ no. Bar. i. j. qstitutio. C. circa med. & in. l. possessorio. §. & si possessorio. ff. de acquir. posses. & in. d. l. eleganter §. si quis post. ff. de cōdi. indebi. & in. l. ambitiosa. ff. de decretis ab or. faci. & ff. de transa. in. l. post rez iudicatā in qbus oibus locis multū notanter dicit q̄ si petit executio sententie vel instrumenti guarentigiati sup hoc non poterit cōpromissum peti ex forma dicti statuti q̄ tene menti. ¶ Attende tñ diligenter qm̄ hoc est verū vbi intentatur via executiua instrumenti, alias si instrumentū guarentigiatuз pduceret ad solā probationeз nihil esset impedimento quominus cōpromissum posset fieri. ar. not. p Bar. & bal. in. l. plane. ff. q̄ falso tuto. aucto. ¶ Itē est veruз illud de executione sententie vel instrumenti guarentigiati, nisi statutū subderet, non obstante prima snia, vt not. Bal. expresse. C. de transac. in. l. si diuersa. & vide ad hoc qđ not. Bal. in. l. prescriptis. C. si ɔ ius vel vti. publi. vide ēt de causis summarijs que sint, per Bar. late. ff. de acqui. posses. in. l. naturaliter. §. nihil cōe. ¶ Quarta exceptio gñalissima ē illa, q̄ iudex supplet ex ei⁹ officio repellēdo agētē a limine iudicij eū q repelli pt q̄uis forsse pars nō excipit p negligentiā, vel qz non potest ex forma pacti vel statuti, vel qsuetudinis potest. n. iudex hoc facere supplēdo ex officio, vt. C. de pac. l. vbi pactū. in glo. magna q̄ non est alibi ad hoc fm doc. & no. Bar. in. l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. facit qđ no. gl. ff. de pac. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. in gl. in opponēdo q̄uis nō possit iudex ad hoc cogi ne teneat in syndicatu, vt. ff. de iud. l. non qcqd. & ibi p Bal. & C. qño & qñ iudex. l. j. q̄uis ēt non possit a denegatione talis suppletionis appellare fm Spec. no. in ti. de de offi. iudi. §. impedit. ver. quid si iudex. & hr̄ p Inno. in. c. fi. de feri.

¶ Et vide an & qñ iudex supplere possit p parte per Bart. solēniter. ff. de dam. infec. in. l. decē. §. hoc aūt iudiciuз. & p Cy. & & Bal. in. l. i. C. vt que desunt aduo. partiū iudex sup. & ibi per doct. Et ad has quatuor regulas gñales. s. positas redigi vidētur oēs exceptiones que dcm̄ compromissum impediunt, lз quidā vt cumulū multarū rerū afferre videant plures enumerent, q̄ sub predictis regulis clauduntur. ¶ Unū iuxta premissa non est omittendum vna exceptio q̄ obijcit ɔ petitionē compromissi est dubia. vtrū alia ipediret ingressuз litis annō, nec scit iudex in quā partē animum debeat applicare. v. g. vertit dubietas super intellectu. l. valde obscura. ex quo lex de sui nā solet eē certa, redditur incerta, vt no. in. j. qsti. C. in. §. quibus. & hr̄ p bart. & doc. in. l. j. C. de pen. iudi. q male iudi. Quid igit faciet iudex hoc casu. certe pnunciare dз in dubio potius cām non compromittendā quā econuerso fm sniam Bal. qui hoc eleganter dicit in. l. j. C. qui accu. non pos argu. l. sufficit. ff. de condi. indebi.

caueat tñ index ne in tali dubietate decipiatur. ¶ Etiã hoc nõ est pretermittendũ quid si p̃ primũ cõpromissum questio non sit finita, nunquid iterũ compromitti debebit si petitur stante dicto statuto. Bald. dicit in. l. fideicõmis. §. si quis. ff. de lega. iij. qd sic. nã adhuc vendicat sibi locum ratio statuti que est vt lites finiantur, sicq̃ non contradicit. l. bone. §. hoc sermone. ff. de verborum significati. facit qd dixi. s. eodem lib. c. vi. ⁊ c. x.

SVMMARIVM

1 Causa sup qua cõpromissum petit̃ qualiter cognoscat̃, an minime cõprehēdat nõ cõpromittibiles vel preiudicet legitimas exceptiones habẽtibus stante statuto ad compromittendum compellente.

¶ Cap. xiiij. quinti libri.

1 Contingit interdũ vt statutũ † predictum certas cãs excipiat sup qbus nõ possit cõpromissum peti. v. g. vsq̃ ad summam. xxv. lib. vel aliã similẽ qñõ ergo a principio cognoscet̃ anteq̃ res in cõpromissum deducatur an cãe exceptuate a statuto vel a iure cõi prohibite veniant vel non veniant coram arbitro vel arbitratore futuro, certe dõm est ẽm oium sñiam inspiciendã esse petitionis factã nunqd vel quãtum in effectu debeat. sic dicit̃ ẽt in iudice ad finiendã eius iurisdictionẽ, vt probat tex. no. ff. de iurisd. om. iudic. in. l. cũ quedã puella. §. fi. ⁊ facit C. de ap. in. l. ampliorẽ. in fi. ff. de excep. dol. l. apud celsum. §. itẽ querit̃. ⁊ q̃ hr̃. ff. de iuris. om. iudi. in. l. si idẽ cũ eodem. Ex hoc sequunt̃ infinita notabilia ⁊ menti tenẽda ad practicã. nam q̃uis qñtitas certa vel cã nõ possit in cõpromissum deduci s3 veritatẽ, nõ sufficit q̃ a principio figura petitionis facte coram iudice sup qua petit̃ cõpromissum summã nõ excedat vel causam ꝓhibitã nõ cõprehendat, vt res in cõpromissum deducat̃. ⁊ si ex postfacto pẽdẽte cõpromisso post fundatã arbitri vel arbitratoris notionẽ appareret cãm nõ esse cõpromittibilem poterat arbiter in ꝓnunciatione seu laudo de re ꝓhibita iudicare p hanc viã ⁊ valebit eius sñia, seu laudũ sicut ẽt iudicis sñia valeret, vt expresse ꝓbat̃ in. d. l. ampliorẽ. §. fi. q̃ no. perpetuo. ¶ Et p hoc q̃ habet̃. C. de reb. cred. in. l. cũ ꝓponas. ⁊ q̃ dixi de causis nõ cõpromittentibus, de qbus tñ incidenter põt corã arbitro agitari. s. iij. lib. j. c. ⁊ seq. ¶ Itẽ q̃uis vt dixi in precedenti. c. ois exceptio ipediens litis ingressum ⁊ ꝓcessum coram iudice impediat cõpromissum necessariũ ex facto statuti, tñ illd est verũ vbi de illa exceptione apparet ex facie petitionis actoris, alias si ex petitionis facie illa exceptio non appareret. licet in vero cõpeteret, tñ nõ ipediret cõpromissum, vt. d. l. cũ qdam puella. cũ simi. preall. ¶ Et est exẽplũ in hypothecaria, nam intẽtãs cãm ꝯ pignorũ priores vel tertios repellit̃ a limine iudicij si plus non fecit discussionẽ de principali, vt. ff. de re iudi. l. a diuo pio. §. si sup rebus, ⁊. §. in vẽditione. ff. de verb. obli. in. l. decẽ. ⁊ p Bal. C. cõi diui. l. j. ⁊. l. ij. si qd in fran. patro. ⁊ facit qd no. Inn. in. c. ex pte abbatisse. de penis. ¶ Si tñ creditor vult cõuenire pores bonorũ nõ facta pus discussiõe modus est qd in eius petitione alleget principalẽ notorie eẽ nõ soluẽdo, quo casu qr ex facie petitionis apparet nõ eẽ necessariã discussionẽ vt t3 glo. ⁊ Bar. ⁊ oẽs, in. l. fi. in prin. ff. si cer. pet. ⁊ gl. ⁊ Bar. ⁊ ibi p Ang. ẽt ⁊ Jo. de imo. in. l. decẽ. ff. de verbo. oblig. certe sufficit, vt ea transeat in compromissum, nec. n. querit̃ vlterius a prin. sed sola facie petitionis attenditur. vt volunt iura palle gata. Idẽ ẽt eadẽ ratione in fideiussore cõuento si cõpromissu3 petit̃ nõ facta discussione de principali, ꝯ auc. presente. C. de fideius. ⁊ in auc. de fideius. §. sed v3. nã sufficit allegare debitore3 principalẽ esse nõ soluẽdo, vt dixi qd satis sensit Ang. in preal. l. decẽ. ⁊ in auc. hoc si debitor. C. de pig. ¶ Idẽ est si conuenit̃ debitor ad debitũ qd est prescriptũ in non elapsu tpis prefi. a statuto vel iure cõi, l3. n. si ex facie petitionis appareat debitũ esse prescriptũ creditor appellat̃ a limine iudicij, vt p Bart. in l. fi. ff. p suo. ⁊ per Bal. in. l. edicto. C. de edicto diui adri. tol. ⁊ in auc. nisi tricẽnalis. C. de bo. mat. tñ cautela est p nolente, vt deducat̃ in ꝓmissum, vt nõ exprimat̃ tps ad prescriptione3 sufficiens, sed breuius vel alleget debitorẽ sp fuisse in mala fide ⁊ nullatenus eẽ prescriptũ, vt in. c. fi. de prescrip. ⁊ de regu. iur. ca. male fidei possessor. lib. vj. sufficit enim a principio facies petitionis, vt dixi. idẽ possemus exẽplificare in infinitis casib⁹ discurrẽdo per oẽs exceptiones impedientes cõpromissum de q-

bus diximus in. c. proximo. ⁊ ita quotidie practicam⁹ in hac ciuitate. ¶ Ex facto qd in his terminis hoc anno ꝯtingit. quidã egit hypotecaria ꝯ tertiũ possessorẽ nõ facta discussione de principali allegauit tñ in libello principalẽ debitorẽ mortuum ⁊ eius hr̃ditatẽ non esse aditã nec hr̃dẽ inueniret ⁊ esse notorie nõ soluendo ⁊ petijt cãm cõpromitti ex forma nr̃i statuti possessor in via declinatorie excipit de discussione nõ facta ad impediendũ ꝓcessu3 ⁊ cõpromissum, querebat̃ qd iuris? Quidã doc. magne auctis in hac ciuitate ꝯsuluit iudicẽ debere ꝓnunciare ad vlteriora non esse procedẽdum, ⁊ causam nõ cõpromittendam his rõnibus in effectu. Primo qr hr̃ditas q̃ est noui iuris ⁊ inuisibilis, vt. l. hr̃ditas. ff. de peti. hr̃d. nõ põt eẽ notorio nõ soluẽdo sicut homo viuens. nã ꝯtingẽs est qd q̃uis modica sint in hr̃ditate, tñ inuenit̃ forte homo volẽs adire eã saltẽ pp meritũ aie ad satisfaciendũ forte iudicia defuncti si qua fecisset, vel debita defuncti, vt dr̃ in simili p doc. in auc. s3 cũ testator. C. ad. l. falci. In rõne quare hodie põt ꝓhiberi falcidia p testatore3 q̃ olia nõ poterat, vt. l. titia. ad. l. falci. vel pp honorẽ defuncti ⁊ eius famã ꝯseruare, vt. l. primo gradu. ff. q̃ in frau. cred. facit. ff. de inter rog. act. l. ⁊ qr. inst. q ma. non pñt. §. j. ⁊ ð bono. pos. §. quos aũt. vñ seqt̃ qd l3 reglr̃ hr̃ditas iacens representet dsunctũ, vt. l. mortuo. ff. de fideius. tñ non hoc casu quo ad hũc effectũ p predicta. s. Scðo idẽ ꝓbabat, qr ẽt libri veteres volebãt debitorẽ principale3 esse in mora ꝯstitutũ anteq̃ ꝯ possessore3 tertiũ ageret̃ hypothecaria, vt C. de pigno. l. debitores. s3 hoc in casu predicto nõ fuit factũ nec i petitione allegatũ, ergo ⁊c. Tertio qr tex. in. d. c. sed neq̃ in fi. ⁊ in. d. auc. hoc si debitor in fi. dicit q̃ d3 fieri discussio de hr̃dibus principalis debitoris añq̃ ad pignorũ possessores perueniat̃, s3 in casu predicto non est factũ, ergo ⁊c. Quarto qr creditor qñ vult agere ꝯ hr̃ditatẽ iacentẽ d3 prius ꝑquirere si est aliqs q sit hr̃s, vel velit esse hr̃s vel velit hr̃ditatẽ defendere añq̃ capiat. vel curator det̃ bonis ⁊ sup hoc d3 citare ⁊ reqrere ꝑximiores ꝯsanguineos, ad quos pertineret hereditas, vt habetur. ff. de here. insti. l. si quis instituat̃. ⁊. ff. de cura. bo. dan. l. j. cum. l. sequen. fortius ergo videtur quod debeat hoc seruare creditor quando vult agere contra tertium possessorem, cui magis iura auent vt in. d. auct. hoc si debitor. ⁊ his rõnibus p̃te hanc ꝯsuluit ille doctor, s3 mihi sp visu3 est hãc p̃tẽ esse falsam. nã hr̃ditas iacẽs eo modo dicitur esse non soluendo sicut ⁊ homo viuens, vt est tex. ff. ad. l. fal. in. l. iij. i p̃n. ⁊ ꝓbat̃ rõne, qr licet hereditas sit noui iuris ⁊ incorporalis, ⁊ inuisibilis, tñ solutio seu satisfactio que d3 fieri creditoribus p hr̃ditatẽ iacentẽ op3 q̃ fiat de hisdẽ rebus corporalibus alias visibilibus vel corporalibus ð qbus fieri debet̃ p defunctũ si viueret. ⁊ hoc nullã h3 dubitationẽ, s3 defunctus si viueret sine dubio posset notorie apparere nõ solnẽdo, ⁊ hr̃e tot bona ex qbus possit creditoribus integre satisfacere, vt oẽs gl. ⁊ doc. tenẽt, ergo ⁊ hr̃ditas q̃ eũ representat, põt eodem mõ apparere tot bona non hr̃e. ad hoc. ff. de verb. signific. in. l. soluẽdo. ⁊ ist. de oblig. q̃ ex quasi ꝯc. nas. §. fi. preterea illa hereditas dr̃ eẽ soluẽdo q̃ hr̃dẽ inuenit, ⁊ si hr̃dẽ non inuenit dr̃ esse nõ soluẽdo. casus est. ff. de bon. libe. in. l. libertus q soluẽdo, sed hoc casu in libello dr̃ eũ nõ inuenire hr̃dẽ, nec hr̃e bona sufficiẽtia creditoribus, ⁊ dr̃ hoc eẽ notoriũ, ergo sufficit vt facies petitionis ꝯcludat, vt. d. l. cũ qdã puella. §. fi. cũ si. nec ob. si dicis q̃ posset aliqs adire pp meritũ aie ⁊ alias rõnes preallegatas, qr fateor hoc esse possibile, sed iuris est presumptio in ꝯtrũ, vt. ff. ð ꝓba. l. cũ de indebito. §. fi. ⁊ huic presumptioni stamus in dubio vt. C. ð ꝓba. l. siue possidetis. preterea sicut possibile est ⁊ ꝯtingens pp dictas rõnes aliquẽ adire hr̃ditatẽ inopẽ, eodem mõ possibile est, ⁊ cõtingens amicũ ꝓ amico viuẽte vel ꝯsanguineũ p ꝯsanguineo ẽt viuẽte satisfacere, ⁊ tñ hec ꝯtingẽtia non est cõsiderabilis q̃tũ ad hoc vt dicamus magis eẽ soluẽdo scðm oẽs doc. vt ex dictis. s. prima qõne, vñ nõ est rõ dr̃ie inter hr̃ditatẽ ⁊ debitorẽ viuentẽ, ⁊ ita teneo. Ad scðam ⁊ tertiã rõnẽ, dicas q̃ nõ faciũt ꝯ, qr illud est verũ, nisi principalis sit notorie nõ soluendo, vt p Bar. ⁊ oẽs. ff. si cer. pe. in. l. fi. ⁊. ff. de verb. obli. i. l. decẽ. cũ simi. Ad quartũ, dicas q̃ nimirũ si tunc est necesse ꝑquiri a principio ꝓ hr̃dibus, qr principalis processus dirigit̃ aduersus hr̃ditatẽ aliud est hic in quo agit̃ ꝯ tertios possessores, q ꝯueniri pñt ex quo ꝯstat de insufficientia debitoris principalis saltẽ presumptione iuris ⁊ ex facie petitionis, vt p3 ex p̃dictis. Agitatũ tñ sepius est circa premissa inter nostros docto. an aliquis modus aut cautela possit ab initio adhiberi cuius remedio cã ẽm veritatẽ nõ cõpromissibilis in cõpromissum postulatur, eo tpe quo ꝓnunciat cãm cõpromittendã hmõi verba adijciat

ciat

ciat pnunciamus eām hāc cōpromittēdā cū hoc, qđ in tali compromisso nō veniat tale qd specificādo. ad q̄ sni nā nō est compromittibile, vt in simi. fin. Bar. docuit in alia materia. ff. ð petti. hrđ. in. l. si qs libertatē. circa medium. per illuz tex. vbi hoc idē dixit in iudice q pnunciat litē ɔtestandā in iudicio reali cuz hoc qđ i tali lite non veniant aliquid scȝ sup quo sit iā transactuȝ facit, qꝛ iudex dȝ obuiare malicijs vel fraudi, vt. ff. de rei ven. l. i fundo. vel dȝ obsistere ne pcedat sup eo sup quo pcedi non dȝ, vt. ff. de iureiur. l. si duo patroni. §. idē iul. ibi nec dȝ pati iudiciū ꝛc. ꝛ hoc arbitror verissimū, ꝛ ppetuo notandū ad practicā poterit esse eadē rōne iudex ꝛ debebit reo reseruare exceptiones suas cāe merita cōcernentes quibus probatis corā arbitro i effectu in nullo preiudicabit reo, ꝛ attende ad hec qm̄ optime pt iudex supplere repellendo per hanc argu. ff. de pac. dot. l. heblius marcellus. ꝛ per Bar. plenissime. ff. de dā. infec. in. l. iiij. §. hoc aūt iudicium, ꝛ per Bal. in. l. j. C. vt que desunt aduoca. ptium. ꝛ per glo. ꝛ docto. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. ð pactis. ꝛ quod tetigi nunc. in. c. precedenti.

SVMMARIVM

1 Cōpromissuȝ quo tpe peti debeat vigore iuris cōis vel statuti.

Cap. xv. quinti libri.

1 Sed pri⁹ videamus ð arbi. † iuris cōis q̄ leuiter expedit, eo. n. tpe peti cōpromissuȝ pōt ꝛ peti intelligit, cū ð suspitiōe iudicis obijcit p parte vel aliqd allegat ad q̄ iudex licite, dȝ, ꝛ pōt arbitros eligi facere, vt. C. de iudi. l. apertissimi. ꝛ. l. fi. ꝛ tetigi. s. eo. lib. c. xj. in terminis aūt statuti, quo tpe peti compromissuȝ debeat in hac ciuitate statutū prefigit terminū si forte statutū simpliciter loquat. Hec qđ mō iudiciario duos articulos cōplectit. vnus quo tpe petat super tota cā. alter an possit peti sup vno articulo tm̄, ꝛ nō sup toto. Circa primū dicēdū est sp peti posse lite pēdente. dūm̄ res nō sit ex facto clara. v. g. qꝛ ɔsistat in facto, ꝛ nō in iure, tū si forte iam esset pcessus publicatus vel in cā ɔclusuȝ, vt dixi. s. eo. lib. xij. c. hoc aūt de procel. publicatis vnde ēt videt vbi post pcessus publicationē non hȝ aliqd de nouo deduci vel pbari, sed si hoc fieri deberet, put interdū fieri pōt sup nouis prius nō deductis, vt no. C. ð pbatio. auc. q semel. extra de testi. c. fraternitatis. ꝛ facit. C. ð temp. appel. l. q hanc. ꝛ de appel. l. eos. in prin. hū posset eo casu eē post publicatū pcessum cōpromissum peti stante dicto statuto, qꝛ ad hūc restat aliqd ad cognoscēdū in facto super qua arbiter assumet, ꝛ hec sunt de mēte Bal. in. l. j. ff. de transac. ꝛ sentit Bar. lȝ nō firmet. C. ð pac. i. l. si qs in ɔscribēdo. circa bm Bart. multū singlr dixit in. d. l. si qs in ɔscribēdo. p gl. ibi positā que vr̄ ēt ibi hoc sentire p. l. arbitro. ff. q sat. da. cog. bm vnā lec. q̄ pōt peti cōpromissum sup vno articulo cāe tm̄ q incidit ɔ̄nis nō petatur super tota causa stante. d. statuto. lȝ Bar. asserat se nō affirmare, sed sub dubio relinquere, alij dicunt ɔ̄rium ne continentia cause diuidat si cōpromissum fieret super vno articulo cause tm̄, ꝛ non sup toto. vt. l. nulli. C. de iudi. dȝ. n. statutū recipe hāc interpretationē a iure cōi, vt nota. ff. q satisda. cog. in. l. sciendū bm eos nisi forte fieret discordia partiū quo casu posset cōpromitti sine dubio de pte, ꝛ ð toto, put volunt bm eosdem. Tu cōsidera q̄ Bar. loquit de articulis incidentibus, vt si agatur ɔ̄ aliquē tanq̄ ɔsanguineū vt negetur cōsanguinitas, ꝛ super hac incidenti questione ɔsanguinitas compromissuȝ petat vnde nō loquit in articulis necessarijs seu substantialibus iudicioruȝ, vt est litis conte. ꝛ si. de quibus. C. de sent. in. l. prolatam. extra de offi. deleg. in. c. de causis. forsitā ergo si petat compromissuȝ super his incidentibus, non dicet ex hoc diuidi continentia cause qꝛ arbiter hoc casu assumptus vr̄ in diuersa cā assumi lȝ incidat prime, ꝛ ei subseruiat. ꝛ p hoc optime, qꝛ quilibet articulus cause dr̄ habere instantiā separatā de p se, vt tex. pro Bar. ff. de iud. in. l. ꝛ post edictum. ex quo alias dī q̄ interloquutio lata super eo dr̄ diffinitiua respectu illius articuli tm̄, vt. C. de re. cred. l. si qs iusiurādū, ꝛ ibi hr̄, ꝛ p Bald. in. l. j. C. de in. cal. vbi hoc dicit in executione snīe. vel possumus dicere, q̄ cause continentia nullatenus diuidatur ex eo, q̄ ille arbiter assumptus sup articulo incidenti succedit in locū primi iudicis. ꝛ loco eiusdem habetur bm Bald. not. in. l. si iudex. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. sicq̄ vidi nōnullos tenere. ꝛ facit ad hoc preallega. l. arbitro. ff. qui satis. cog. bm vnā lec. vbi vide omnino. ꝛ hanc parteȝ quod possit vnus tantum articulus compromitti tenuit Bal. in. l. cū proponas. C. de re. cre. ꝛ vide q̄ dixi. s. iij. lib. xvij. c.

SVMMARIVM

1 Acceptandi ꝛ terminandi coactio an in compromissis iudicialibus arbitris vel arbitratoribus imponatur.

Cap. xvj. quinti libri.

Post q̄ de his oībus vidimus q compromittere cōpellunt vigore iur. cōis vl̄ municipalis statuti transeamus ad eos q eodē iure acceptare compellunt compromissum in eos factum, ꝛ ter-
1 minare rē inter certū terminū. Primū nota. † dispiciamus his casibus qbus ius cōe dicit arbitros, aut arbitratores eligēdos, nec aliter exponunt eos cogi acceptare an cogant acceptare. certe credo eos oīno cōpelli sic iudices electos vt pbat i. c. cū spāliter. de ap. ꝛ sentit expresse gl. in. c. suspitionis. de offic. deleg. ꝛ do. Nic. de sicil. ibi ratio drīe est inter hos iudiciales ꝛ ɔuētionales, qꝛ hi arbitri assumunt ex necessitate illi ex sola voce. vn̄ hi qui ex necessitate iuris assumunt compellunt, qꝛ mun⁹ iudicādi necessariū est, vt. ff. de mu. ꝛ hono. l. muneruȝ. §. iudicādi. ꝛ de offi. delega. c. pastoralis. in prin. ꝛ hū facit ad hoc. l. scimus. C. de aduo. diuer. iudi. Quid in arbitris statutarijs vr̄ prima facie hoc non obtinere in eis nedū tacite, sȝ ēt expsse. h qđ qđ cogant statutū disponere. ꝛ statutū dȝ esse iustū, ꝛ alias n̄ vȝ vt. ff. de lega. l. leges. iiij. dist. erit aūt lex. cū similibus. Hoc aūt vr̄ oīno iniustū q̄ qs cogat se imiscere negocijs alienis, vt. ff. de admi. tu. l. tutores qui post. §. iij. ff. de procur. l. qui proprio. §. ei q. C. ne vxo. p ma. l. fi. C. de neg. gest. l. tutor. ꝛ facit. ff. de arbi. l. iij. §. tametsi. in prin. ɔ̄riū verius est. bm mentē oīum doct. hoc probo p hāc rationē, nā statutū nolens qđ cogant ad pmittendū ɔcernit vtilitatē publicā. ꝛ equitatē, vt late disserui. s. eo. lib. x. c. ꝛ idē eodē modo operat istud statutū, aliud statutū, qꝛ arbitri cogant cognoscere, ꝛ pnūciare, qꝛ sine hoc statuto. i. sine hac coactione arbitroꝝ inutile esset primū statutū disponēs de coactionibus partiū, p hoc q̄ hr̄. ff. de iur. om. iud. l. is. ff. de spon. l. oratio. ꝛ p Inn. ð ɔfe. ꝛ p Ang. c. cuȝ sup. ꝛ p Ang. C. de quadri. prescri. in. l. hū a zenone. sed ob publicā vtilitatē ꝛ quietem vȝ statutū iuri alieno preiudicās, vt. ff. de priui. cre. l. antiocēsiū. ff. q ꝛ a q. l. si priuatio. ff. cōia predi. l. vēditor. §. si ɔstat. ergo ꝛc. Plus credo q̄ ēt si oīno statutū nil dicat de coactione, tū ideȝ sit hoc casu in testamētarijs q̄ dixi in his qui eligunt ex dispositiōe iuris cōis, qꝛ eadē est rō vtroq̄ casu, ar. C. ð noxa. l. si serui nostri. ð ɔsue. c. cū dilectus. cū ɔcor. ꝛ qꝛ idē pt statutū in pticulari territorio qđ pt lex vl̄is in vniuerso, vt. ff. ð iusti. ꝛ iur. l. oēs populi. ff. ð leg. l. de qbus. cū si. ꝛ hoc tȝ Joā. de imo. in. d. c. suspitionis. lȝ non p dictas rationes. Nūc dicimus an dictuȝ statutū possit componi p habentes arbitriū super bono ꝛ quieto ꝛ pacifico statu ciuitatis. ꝛ plane hoc affirmādum vr̄, non vt diximus hoc ad ɔ̄etē publicā ptinet. ꝛ ad hoc qđ solēniter Bar. disputat in pemio. C. ff. de decre. ab ordi. faci. in. l. ambitio. sane dicas eū legi diuersis terminis, nā eadē vr̄ rō coactiōis ptiū ꝛ arbitroꝝ si hū consideret. Ex facto in questione hmōi contigisse ppositum est arbiter vel arbitrator electus ex necessitate statuti cogētis cognoscere ꝛ pnunciare. s. tps certū incepit cognoscere, n̄ tū finiuit neq̄ pnunciauit sicq̄ lapsus est terminus statuti, an ergo coget pati rursum in se compromitti. doc. n̄ ponūt. qdā dicebāt idē hoc casu q̄ dixi. s. eo. li. vj. c. in eo qui acceptauit voluntarie a prin. eadē. n. rō vr̄ vtroq̄ casu. Preterea statuta accipiunt interpretationē a iure cōi, vt. ff. q sa. co. l. nihil. ꝛ de ɔsue. c. cū dilectus. sicut ergo ius cōe, hoc vult in eo q effectus est necessarius p acceptationē, eodē modo ideȝ in eo q effectus est necessarius p statutū. ego dixi ꝛ dico hunc omnino compelli acceptare, qꝛ non differt hic talis ab his qui eligūtur a prin. in his iudicialibus, ꝛ coguntur acceptare, vt. s. dictū est, nec video hic probabilem rationem dubitandi.

SVMMARIVM

1 Arbitri vl̄ arbitratores discordātes an cogāt ad electio. tertij.

Capitulum. xvij. quinti libri.

Sed quid dicemus circa oēs. s. dictos casus † si primi electi discordāt in pcedēdo aut pnūtiādo certe sine dubio cogent tertiū eligere, vt ē expssuȝ ð ap. c. cū spālis. ꝛ eo. ti. c. lnia. lib. vi. ꝛ ð off.

deleg. c. suspitionis. predicta de discordantia in pronunciando vera sunt s'm quosdã in snia ferenda, sed si iã esset lata sententia i discordia nõ cõpelleret̃ eligere tertiũ, sed recurrendũ eẽt ad superiorẽ, vt approbaret vnã ex duabus sententijs. sicut dr̃ i duobus delegatis ferẽtibus diuersas snias, vt. l. duo indices. ff. d re iudi. eo. tit. c. si p gl. ⁊ hoc tenuerũt Vincẽ. ⁊ Host. in. d. c. suspitionis. sed Spe. in tit. de recusa. §. fi. versi. sʒ qd si arbiter diuersas sʒ ⁊. s. q tertius sit eligẽdus siue snia sit ferẽda siue iam lata p tex. d. c. suspitionis qui indistincte loquit̃, ⁊ q̃ differre vr̃ iste casus a puris delictis, nã illi p sniaʒ finierũt cãm mersio ad delegantẽ recurrit̃, hoc aũt casu cã principalis remanet impedita, iõ ad faciliorẽ expeditionẽ dʒ tertius assumi. ⁊ hoc seq̃tur dñs Car. flo. ⁊ dñs Nic. ⁊ inclinãt p hoc qd si in forma statuti habẽt eligi arbitri q in pnunciando discordauerũt debebũt eligere tertium qui tertius poterit alterã ex duabus sententijs approbare. ⁊ arbitris absentibus cessat rõ eorũ presentie postq̃ p sniam prius latã declarauerũt eorũ opi. e sic nõ ob. l. si vnus. §. principaliter. ff. de ar. Quicqd tñ isti dicũt ego puto primã partem veriorẽ de iure, q̃ hi arbitri iudiciales sunt delegati iudices. s'm Inno. in. d. c. suspitionis. ⁊ dixi. s. j. lib. x. c. idẽ ergo est in eisdẽ iudicibus delegatis q recurrat̃ ad supiorẽ. nec obst. c. suspitionis, q̃ nõ loq̃t̃ indistincte, sʒ bñ attẽdit̃. s. añ sniam tñ q pʒ, q̃ ibi dr̃ q ille tertius eligẽdus vna cũ ambobus, vel altero feret sniaʒ ⁊ hoc manifeste apparet ibi si bñ inspiciat̃, ⁊ nõ cauillet̃. Preterea isti arbitri pnũciando functi sunt eorum offic. vt de offic. delega. c. in literis C. qñ ⁊ qñ index. l. si vt pponis. la. j. Quo eligant hũc tertiuʒ hoc casu postq̃ nõ sunt amplius arbitri nõ video de iure nõ obstan. sententijs predictorũ docto. quas in hoc nõ sequor. qd iterũ erit si ẽt in electione tertij oino discordarẽt, pfecto in conuentionalibus ⁊ testamentarijs daretur tertius iudicis officio sine dubio, vt satis dixi. s. eod. lib. c. iiij. in fi. ⁊. c. viij. In his aũt arbitris iudicialibus credo attẽdendum an tractet̃ de iudicis suspitione an nõ. Primo casu non dabit index ex officio tertiũ, q̃ faceret se magis suspectũ, sʒ bñ coget ad ɔcordandũ tertiũ quantũ poterit, vt sentit Spec. in ti. de recusa. §. effectus, ver. itẽ qd si duo. cũ se. Scdo casu videtur ideʒ q possit in ɔuentionalibus, eadẽ rõne. Illud nota q si in causa suspitionis arbitri sunt ita obstinati. qd nolũt pcedere nec tertiũ eligere. ⁊ potius patiunt̃ se excõicari. hoc casu elapso termino eis statuto poterit iudex in cã pcedere, q̃ meli⁹ est q cã diffiniat̃, lʒ p iudicẽ suspectũ a quo poterit appellari q̃ q remaneat indecisa, vt est casus expssus i. d. c. lnia. ⁊ vide ibi in gl. vltima.

SVMMARIVM

1 Tertius qui in iudicialibus eligit̃ an cogatur acceptare ⁊ pronunciare. ⁊ qualiter he coactiones fiant.

¶ Cap. xviij. quinti libri.

D Primus ẽt in necessarijs arbitris primos arbitros vel arbitratores ob dis-
1 scordiã cõpelli ad electionem tertij. † Dicam⁹ nunc de hoc tertio ob discordantiã electo an cogat̃ acceptare, ⁊ plene hoc affirmandũ vr̃ nam hic tertius est arbiter vel arbitrator. hoc casu eo mõ sicut primi, vt satis demonstraui. s. j. lib. ij. c. in fi. primi. aut cogunt̃ acceptare his casibus sine dubio. vt nũc dixi. c. xvj. ⁊ vr̃ hoc sentire Bar. si bñ inspiciat̃. ff. d fur. in. l. si dominiũ. in fi. ⁊ expressius Spe. in tit. de recus. §. effectus. ver. quid si arbiter est necessarius. Itẽ an coget̃ pronunciare. certe sic eadẽ rõne, p hoc de app. c. cũ spãli. ⁊. d. c. suspitionis. cũ si. Itẽ nunqd si non pnunciat infra terminũ coget̃ pe ti iterũ in se cõpromitti. dicas idẽ, put nũc dixi in pmis. s. xvi. c. §. ex facto. vbi vide. nã eadẽ rõ est vtroq; casu. Sʒ qualiter fiẽt he dicte coactiões arbitrorũ vr̃ arbitratorũ in his iudicialib⁹. certe oibus illis modis quos dixi fieri in cõuẽtionalibus. s. eo. lib. vij. c. in fi. q̃ ea est rõ oium cano. Itẽ per quẽ fient: certe p iudicẽ ordinariũ vel delegatũ qui incusat̃, vt de offi. delega. ca. prudẽtiã. §. pen. fi. eo. ti. c. j. ⁊ hr̃ in Spe. de recusa. §. effectus. versi. sed qd coget eos. adde q idẽ est in alijs iudicialibus. vbi nõ tractat̃ de recusatione, sed de alio casu a iure vel statuto permisso deduci in compromissum. nam coactio semper fit per illũ coram quo iudicium agitabatur.

SVMMARIVM

1 Arbitrãdi officiũ ex vi statuti vel iuris cõis cogentis an cõprehẽdat pupillos, clericos, priuilegiatos, ⁊ q se pñt excusare.

¶ Cap. xix. quinti libri.

D Primus itẽ arbitros vel arbitratores iudiciales cõpelli acceptare ⁊ pronũ-
1 ciare, † nunqd his casibus cõprehẽdent̃ pupilli clerici ⁊ alij phibiti de quibus. s. x. lib. per totũ. doct. nõ declarãt. ego dico q in arbitris vel arbitratoribus iuris cõmunis est hoc expeditũ. vt hi tñ cõprehendantur qui capaces sunt iurisdictionis. ⁊ hi tñ probibeant̃ qui sunt iurisdictiõis incapaces, ⁊ eodẽ mõ idẽ vr̃ in arbitris vel arbitratoribus statutũ apud quos ẽt iurisdictio dr̃ cogere, vt satis prabaui. s. iiij. li. xix. ca. Preterea ẽt in statutis verba gñalia sp restringunt̃ ad idoneitatẽ vt. l. ij. §. q ait pretor, iuncta glo. ff. qui satisda. cogã. vbi tex. not. ⁊. ff. mandati, in. l. j. C. de sac. sanc. ecc. in. l. j. cum si. Itẽ debent statuta intelligi, prout statuentes intelligerent si viuerent. ⁊ nota. glos. in. l. qui tale pactũ. §. qui pronocauit. ff. de pac. sed non est presumẽdũ statuentẽ intellexisse de inhabilib⁹ arg. notatorũ in. d. l. j. de sac. san. eccle. ergo ⁊c. Dicamus nũc de pulchra qõne de qua non tãgũt do. Ius cõe vr̃ statutũ gñaliter disponit arbitros vel arbitratores eligẽdo certis casibus nũ qd ergo cõprehendumtur a principio aliq̃ iustam cãm pp cui⁹ superuenientiã. licite posset se ex postfacto excusare in conuentionalibus ille qui a principio acceptauit onus voluntarie de qbus causis hʒ. ff. de arbi. in. l. lʒ autem §. fi. cũ. l. se. per totũ. ⁊ dicã plene Deo duce ĩ. li. xiij. p totũ. ego credo ñ ɔprehendi, apposita tñ hac excusatione. ⁊ doct. de ea. s. n. ex postfacto post acceptationẽ volũtariã re iam effecta necessaria ob dictas cãs se excusant fortius a prin. hoc faciunt quo tpe non fuit tãta perseuerantia in obligatione. pro hoc. ff. qui sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso. in prin. Et si dicit a prin. factũ facit eũ esse necessarium vnde hi casus nõ vident̃ pares. Rñdeo. q imo paritas est inter hos casus. nã eodẽ modo acceptatio facit eum necessarium, vt. ff. de ar. l. iij. §. tametsi. ⁊ tñ post hanc necessitateʒ ex cã iusta se excusat. vt predixi. preterea statutũ, neq; his casibus qbus ⁊ pactũ, sed pactũ q inducitur per acceptationem limitat ex cã ergo ⁊ statutũ disponens super acceptatione eodem modo limitatur, vt ex cã locuʒ non habeat pro his que habent̃ per glo. ff. de reg. iur. in. l. nec ex pretorio. ⁊ in. l. neq; pignus. ⁊ in rubrica. C. de decretis decurio. li. x. ⁊ per Bar. in. l. oẽs populi. ff. de insti. ⁊ iure. Preterea statuta interpretantur a iure cõi, vt C. de noxa. in. l. si serui nostri. sed ius cõe cogens arbitrũ vr̃ arbitratorẽ ob acceptationẽ volũtariã limitat̃ ex iustis causis, vt d. l. lʒ cũ. l. se. ff. de arbi. ergo ⁊ statutũ cogens arbitrum vel arbitratorem ob acceptationẽ necessariã, ⁊ hoc credo verissimum.

SVMMARIVM

1 Occupati negocijs familiaribus an veniant sub statuto vel iure communi ad arbitrandum cogente.

¶ Cap. xx. ⁊ vltimum quinti libri.

1 a Statutum semel vidi an ius cõe † vel statutum supradictum comprehendat occupatos in negocijs proprijs qui si vacarent circa arbitrium vel arbitramentum de facili incurrere possent dãnũ vel pdere lucrũ in hac ciuitate indubitanter per oẽs dr̃ cõprehendi. ⁊ ita neminẽ huc vsq; vidi attentare qd excusent̃ ob hãc cãm siue rõnẽ. Sʒ tex. in. l. lʒ aũt. §. fi. ff. d arb. arguendo de conuentionalibus arbitris ad necessaria eo modo quo nunc dixi in precedenti capitulo expresse probat ɔ̃rium ibi aut occupatio negociorũ propriũ. ⁊ hoc est verissimũ. lʒ nostri practici non aduertant, ⁊ tenuit hoc expresse Bart. ⁊ ceteri doc. eũ sequentes. in. l. apud iul. in prin. ff. ad treb. p illuz tex. vbi ad ppositũ dixit vnũ singularissimum ⁊ menti tenendũ q h̃ verũ ẽt in omni eo q hʒ aliqd dãnũ vel incõmodũ suspectũ ne seq̃uat̃ in cõpromisso in eũ facto, tunc eniʒ nunq̃ cogeretur s'm eũ, ẽt stante statuto. s. dicto. dixit ẽt singulariter hec oia vera esse, nisi a partibus sibi dãnum resartiat̃ vel a pretore r emittatur quo casu omnino posset cogi per illuʒ text. ita ẽt sequitur ibi Jo. de imo. ⁊ do. Lud. qd perpetuo nota. ⁊ ex his datur intelligi an arbiter vel arbitrator elect⁹ ex necessitate statuti repetere possit interesse suum a partibus vel a re publica vel a nemine, repetit. n. a ptibus si se excusauit al's secus a republica no. nullatenus repetit, vt satis pʒ ex predictis declaratur quis debeat puidere iudicialibus arbitris de expensis. nam ad hoc tenentur partes, vt ex premissis patet. ⁊ hoc tʒ expresse Spec. in tit.

in tit. de recusa. §. effectus. ver. sz qd puidebit eis simile in testibus, vt no. ð rescrip. i. c. statutū i fi. li. vj. ⁊ eo. ti. c. dispēdia i fi. ⁊ de vita ⁊ honesta. clerico. in. c. cū ab omni. Deo gratias.

Liber sextus.

¶ De solēnitatibus cōpromittēdi in arbitrū vel arbitratores.

¶ Prefatio cum diuisione.

Exta principalis inuestigatio sequitur de solennitatibus in arbitrū vel arbitratorē compromittendi quaz etiā fortasse non male loco hoc loco submisimus, cū enim de personis ⁊ rebus compromittere volentiū supradiximus, ex quo fit, vt satis clare percipi liceat que possint cōpromissum perficere. ⁊ de quibus causis vel reb⁹ conuenit prius declarandū vr̄ qua serie talia cōficiant cōpromissa qbusue solēnitatibus ⁊ clausulis. Notandū aūt ꝙ lz satis plene partē hanc tractare visi fuerint Azo in sum. de arbi. §. constituitur. vsqz ad fi. ⁊ Hosti. eo. ti. §. qualiter constituat̄ per totum. §. in multis, tm̄ defecerunt. Gof. no. ⁊ Spe. hunc tractatū pretermiserunt qð verū est excepta vna tm̄ forma cōpromittēdi i pratica q̄z Spe. ponit eo. ti. §. vt aūt. exceptis ēt paucis ⁊ incidentibus quibusdā que ipse Spe. qn̄qz tetigit. eo. ti. vt. j̄. videbitis. Hunc ēt tractatū maxima ex parte neglexerunt moderniores in locis principalibus q̄z q̄z ⁊ hi breuia quedā qn̄qz incidenter tetigerint, vt. j̄. referemus. Ego aūt premissum stilū sequēs nihil pretermittere conabor ⁊ multa addā, vt ex. j̄. dicendis apparebit. igit̄ hanc mām p quatuor partes expediemus. Primo de solēnitatibus cōpromittendi in arbitrū vel arbitratorē ꝯuētionalem. Scdō de testamentarijs. Tertio de iudicialib⁹. Quarto de cōpromissionibus in tertiū qui eligit̄ ob discordiaz. Circa ꝯuentionalia, igit̄ prima regula sit que vr̄ esse de intentione omnium, lz clare nō exprimant solēnitatibus posse compromitti i arbitrū vel arbitratorē conuentionalem que cōpromissi tpe partibuz placuerint. pbatur hoc regula per tex. ff. de arbi. in. l. si ð meis. in prin. ⁊ l. non distinguemus. §. de officio. ⁊ l. si cum dies §. plenū. eo. ti. ⁊ in. c. pe. eo. ti. in decre. Itē qꝛ non inuenitur a iure tradita certa cōpromittendi forma. ergo illa relinquitur in partium potestate, vt. ff. qui. ex cau. ma. l. nec non. §. ꝙ eis. ð trāsla. epi. vel electorū. c. inter corporalia. qꝛ tm̄ circa premissam regulam multe dubitationes oriunt̄. has omnes excitationes nostrū ordinem prosequentes per hec capitula dilucidamib⁹ adijcientes postea de alijs tribus partibus premissis.

SVMMARIVM

1 Compromissum expressum fieri a principio an requirat̄ de necessitate, vel sufficiat simpliciter coram arbitro vel arbitratore partes interuenire vt pro compromisso questio habeatur.

¶ Cap. j. sexti libri.

t Ractaturi de cōuentionaliū cōpromissorum solēnitatibus prius a radice inchoabimus an. s. cōpromissum fieri sit solēnitas arbitri vel arbitramenti ide secuturi. ⁊ vt aptius loquar
1 †an requiratur de necessitate cōpromissum expressum fieri a principio vel sufficiat simpliciter corā arbitro vel arbitratore partes interuenire, vt cōpromisso habeat̄ que qð q̄z q̄z fundamentalis, tm̄ peregrina. ⁊ a doc. nostris nō tacta. ⁊ prio hoc satis plane affirmādū vr̄ qð cōpromissum necessario requiratur, nam quotidie dicimus arbitrū vel arbitratorē sine eo nihil posse, vt. ff. de arb. l. non distinguemus. §. de officio. eo. ti. ⁊ l. si cū dies. §. plenū. sicut ⁊ iudicē sine iurisdictione, vt. ff. ð iu. om. iu. l. fi. in fi. ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. cū vnus. §. pe. ff. de offi. presid. l. fi. eꝫ. facit rō prorogationis qua. n. rōne nō subditi q scienter litigant corā iudice non suo intelliguntur tacite iurisdictionē progare, ⁊ neqz iudiciū inter nō subditos, vt. ff. de iudi. l. j. ⁊. ij. i prin. ff. de iur. om. iud. l. si cum venerit. ⁊ l. si per errorē. de offi. dele. c. pe. ⁊ glo. de off. or. c. vt litigantes. lib. vj. Eadem ratione vr̄ in litigantibus vel interuenientibus coraz arbitro vel arbitratore, vt notionē sibi per suos tacitos actus videant̄ concedere sic qð valeat arbitriū vel arbitramentū, qd dicemus. certe ꝯsidera ꝙ lz sine cōpromisso nihil possint arbitri vel arbitratores, vt. d. §. officio. cū si. tm̄ ꝙ cōpromissuz debeat expresse p solēnitate apparere, hoc non dicunt iura nostra, idqz prima rō. s̄. posita non concludit, nec ēt concludit rō ꝯria. nam prorogatio sui natura requirit fundamentū seu principium ꝙ posset extendi. alias non esset extensio sed creatio, vt no. per gl. ff. qui satisd. cog. in. l. iul. in prin. ⁊ in. c. cū nostris. de conces. preben. ⁊ expsse not. hoc doc. in materia progationis. in. l. j. ⁊. ij. ff. de iudi. ⁊ i d. c. pe. ⁊ glo. dicentes prorogationē reqrere extrema habilia. ⁊ habet̄ p Bar. ff. de vsuf. in. l. si is q pro emptore. hoc aūt fundamentū seu principiuz p loco extremi ꝙ extendi valeat nō requiritur hoc casu in his cōpromissis si bn̄ consideret̄, qꝛ apð arbitrū nullus habitus notiōis a natura fuisse, inuenit̄, hoc ergo p̄misso in proposita qōne breuiter concludo sufficere si apparent partes interuenisse in actibus necessarijs corā arbitrore vel arbitro ⁊ hoc solū haberi p cōpromisso tacito tribus modis. primo p regulā. l. qui patit̄. ff. mandati. eod. l. si remunerādi. §. si passus. ⁊ Dy. i. c. q tacet. ⁊. c. is q tacet. ð reg. iu. li. vj. ⁊ bar. i. l. q. ff. solu. mat. vbi hz ꝙ patientia ad sui cōmodum hr̄ p mandato, est. n. cōmodum a principio vtriusqz partis arbiter aut arbitrator ad litē sopiendā suas partes interponat ⁊ illud initit̄ attēdere nō demū ꝙ ex post facto euenit succūbenti, vt in simi. habetur in. l. qui exceptionē. ff. de ꝯdi. inde. facit optime tex. in. l. ð fideicō. C. de transa. ꝙ no. Bar. de statuto cogente ad compromittendum ꝙ dicit esse fauorabile in. l. ambitiosa. ff. ð decre. ab or. fa. ⁊ p Bar. ⁊ Bal. in pe. C. Secundo hoc pbat̄ clare maxime qn̄ partes comparentes coram talibus aliquid in scriptis vtrinqz deduxerunt. Si enim in principio scripturaꝝ prout fieri consueuit dicitur corā nobis. P. arbitro vel arbitratore ⁊c. ex hac sola ꝯfessione presumitur compromissum expressum aut saltem tacituz precessisse cum non sit arbiter vel arbitrator sine compromisso, vt dixi. s̄. j. lib. c. ij. ⁊. iij. facit qð habetur. C. ð lib. cā in. l. cum pretium. ⁊ est hec solēnitas intrinseca quam importat verbi natura addeo, vt sine ea non posset verificari, vt no. p glo. ⁊ doc. in. l. sciendum. ff. de ver. ob. que intrinseca solennitas semper presumitur, vt insti. de fideiuſ. §. fi. ⁊. d. l. sciendum. ⁊ in l. quecunqz. ff. de pub. Tertia est rō, qꝛ iste contractus compromissi nō requirit verba de necessitate. lz sufficiunt actus ex quibus consensus deprehendat̄, vt dicam statim. c. prox. ⁊. j̄. eo. li. pluries. ⁊ vide ad predicta quod dicaz. j̄. ix. lib. ij. ⁊ omnino qð dixi. s̄. iiij. lib. xvij. c. iuxta finem.

SVMMARIVM

1 Cōpromissuz ꝯuentionale expressuz vtrū reqrat verba vel qd.

¶ Cap. ij. sexti libri.

p Rimus de compromisso cōuentionali an sit necesse expresse apparere, sed posito compromisso in esse subijciamus de eius solēnitatibus particularibus, primūqz incipiamus a verbis que maxime in hmōi interueniunt, an ergo in tali cōpromisso necessaria sint omniuo compromittentis verba vel alterius habentis mandatum ab eo an vero sufficiat sola presentia cum taciturnitate compromissi tempore. nostri doc. hoc etiam non tangunt. Ego vt declarem fingo hanc pulcham questionez quaz in facto vidi Socer cōpromisit pro genero suo ⁊c. et. s̄. habes. j. li. xj. c. q̄z hic pone de verbo ad verbū vsqz ad ver. lz pone exclusiue, ex his oibus breuiter ꝯcludit̄ non esse necessaria verba in talibus cōpromissis, lz sufficere ēt actus tacitos, vt ex predictis liquet. hoc idem etiaz probatur si bene inspicies ex his que statim dicam. j̄. eod. lib. v. ⁊. x. c.

SVMMARIVM

1 Compromissi assertio an sufficiat quando partes compromittunt conuentionalibus verbis.

¶ Capitulum. iij. sexti libri.

s Ed his casibus quibus verbis interuenientibus partes conuentionaliter compromittunt,
1 †an dicemus necesse esse ꝙ partes asserant se compromittere an vero sufficiant alia verba. v. g. dissentientes in lite aut circa ꝯtum inuicem conueniūt ꝙ ter-

tius qdã cognoscat ⁊ iudicet quid verius sit super illa discussio ne vel iudicet id ꝙ sibi visum fuerit equũ vel simpliciter dicant remittimus hãc qõnẽ nostrã seu discordiã in talẽ ⁊ talẽ qui eam determinet, an ergo dicemus ꝑ hec verba factũ esse cõpromissum. doc. hoc ẽt nõ declarant. ⁊ cũ esset in facto vidi quosdam dubitantes tanq̃ nõ sit cõpromissum cũ ptes nõ aliter asserue rũt se cõpromittere ſ certe eorũ dubitatio est ridiculosa cũ cõpetat hoc casu cõpromissi. diffinitio q̃ posui. s. j. lib. xi. c. ⁊ hoc ꝙ hr̃. ff. de dol. l. j. §. dolũ. ff. de reg. in. l. oĩs diffinitio. ⁊ vr̃ casus de hoc expressus. ff. de arb. in. l. iij. §. tametsi neminẽ. ibi Titium nostre litis disceptatorẽ ⁊c. an tñ his casibus cõpromissum vel ligat̃ factũ tanq̃ in arbitrũ an tanq̃ in arbitratorẽ. dicã. j. libr. viij. c. ij. ¶ De illo ẽt circa pmissa vidi dubitatũ. iudex alienus simpliciter adit⁹ fuit a ptibus discẽtibus. Remittim⁹ i vos hãc qõnẽ dñe iudex, an ergo intelligi dʒ, vt in arbitrũ vel arbitratorẽ ꝑ cõpromissum an vt in iudicẽ virtute ꝓrogationis. certe gl. no. ff. de iudi. in. l. j. dicit hoc deprehẽdi ex precedentibus ⁊ sequentibus. ar. l. si seruus plurĩu. §. fi. ff. de le. j. cũ si. ⁊ si eẽt apposita presumeret̃, vt arbiter assumptus, q̃ pena in talibus apponi ɔsueuit, vt. ff. de arbi. l. litigatores. §. j. in dubio aũt dicit videri assumptũ vt iudicẽ. ⁊ facit qõ hr̃ de offi. dele. in. c. significantibus. ⁊ ꝙ no. ꝑ Gul. de cũ. in. l. epale C. de epis. audi. Ego puto hoc vltimũ verũ vbi simpliciter iudex adit̃ a partibus coraʒ tribunali suo more iudiciorũ. ⁊ sic loquunt̃ prealle. auctoritates sed si adiret̃ iudex simpliciter extra tribunal a partibus dicentibus mõ. s. dicto crederẽ potius eẽ cõpromissum q̃ cõpetit hoc casu cõpromissi diffinitio, vt. s. pʒ. ẽt hoc in casibus in q̃bus lʒ ð iure in iudicẽ cõpromittere de q̃bus dixi. s. iiij. lib. c. xj.

SVMMARIVM

1 Scriptura notarij an necessaria in cõpromissis ɔuentionalib⁹.

¶ Cap. iiij. sexti libri.

1 Post verborũ solẽnitatẽ videamus de solẽnitate scripture, †an ergo in hmõi conuentionalibus cõpromissis scripturã necessario exigemus vel notarij rogitũ ẽt hoc specifice i cõpromissis positũ nõ inuenio credo tñ indubie hũc actũ hãc solẽnitatẽ nõ reqrere lʒ possint partes ea vti si volũt. hoc ꝓbat̃ primo ꝑ regulam. l. in exercẽdis. C. de fi. instru. ⁊ de fide instr. c. cũ Jo. heremita. que vult idẽ ĩportare testes ꝙ ⁊ instr̃m. scdõ ꝑ regulã. l. ɔtrahit. ff. ð pi gno. ⁊ not. in. c. j. de censi. lib. vj. vbi dr̃ illos actus tãtũ exigere scripturã qui sunt expressi in iure ſ iste nõ est de illis, vt ibi pʒ ergo ⁊c. Itẽ ꝓbatur hoc idẽ. q̃ cõpetit hoc casu diffinitio compromissi q̃ posui. s. lib. j. c. xj. ergo ⁊ diffinitũ, vt. l. j. §. dolũ. ff. de dolo. ⁊ ex his resultat hoc mirabile ꝙ lʒ acta corã arbitro reqꝛant scripturã de necessitate sicut ⁊ acta iudicij cũ more iudicis ꝓcedat. l. j. ff. de arbi. iuncta. l. ne in arbitris. §. finaũt in scriptura C. eo. ti. ⁊. C. de iudi. l. ꝓperandũ. §. cum aũt. in verbo, terribiles scripture. ⁊ de ꝓba. q̃m ꝯ falsam. cum ipsum fundamentum omniũ actorũ corã arbitro cõpromissum valebit sine scripturis fateor tñ hunc ɔtum cõpromissi posse ẽt in scriptis fieri si partibus placet. ⁊ tunc qualiter fiat ⁊ quid sit eius effectus. collige ex his que habentur in. l. ɔctus. C. de fi. instru. que hic non pono, quia ad reʒ nostram non pertinet.

SVMMARIVM

1 Compromissum conuentionale an sit necesse fieri pure vel sub conditione, aut in diem.

¶ Capitulum. v. sexti libri.

1 Dicamus nunc de compromissi conuentionalis puritate, †an ergo ꝓ sui solẽnitate requiritur pure vel poterit sub conditione vel in diem ꝓfecto ⁊ in diẽ sub ɔditione fieri potest sicut possunt ⁊ ɔctus ceteri, vt insti. de ver. ob. §. oẽs aũt, ⁊ insti. stip. §. ex cõditionali. ⁊ hoc verũ de ipso actu compromittendi qui est ɔctus ⁊ idẽ de laudo arbitratoris ꝙ in effectu est trãsactio quedã, vt dixi. s. i. lib. c. viij. sed sñia arbitri que est ɔctus legitimus sicut ⁊ iudicis sñia, vt. ff. de arbi. l. j. nõ posset fieri sub cõditione extrinseca que nõ tangit negociũ de quo agit̃, vt. ff. de reg. iur. l. actus legitimi. ⁊ hr̃ per glo. ⁊ doc. in. l. cũ iudex. C. de sen. ⁊ in. l. i. §. biduũ. ff. q̃n ap. sit. de De illo q̃nq̃ a me quesitum fuit si quis donat vnã rem pluribus hoc pacto apposito ꝙ si in eius rei diuisione eẽt inter illos dissensio Titius sit inter eos arbiter vel arbitrator an per hoc dici debeat cõpromissum eẽ factũ. dixi ꝙ sic secuta acceptatione ⁊ dissesione q̃ acceptãdo cũ suo honore vr̃ cõpromisisse ɔditionaliter. s. in cãm discordie, vt C. de cadu. tol. l. j. §. his itaq̃. Simile dixi in cõpromisso testamẽtario, vt. s. j. lib. ix. c. vbi vide. ⁊ ꝓbant̃ hec eadẽ ex diffinitione cõpromissi ɔuentionalis si bñ inspicis. facit ẽt hoc vltimuʒ optime pro his que dixi. s. eo. li. c. ij. qõ cõpromissum potest fieri ꝑ actus tacitos ad vnũ notabile. attẽde ꝙ hoc cõpromissum tacitũ nõ cõprehẽderet̃ sub dispõne statuti loquẽtis de cõpromisso, q̃ nõ cõprehendit actũ cõsumptũ ſ verũ, vt. l. iij §. h verba. ff. de neg. gest. arbiter tñ vel arbitrator ex eo resultãs est verus, vt ꝓprius, vt pʒ ex dictis in simili. §. lib. i. c. xij. in fine.

SVMMARIVM

1 Compromissum conuentionale an requirat iudicis ɔsensuʒ vel arbitri corã quo prius litigabat̃ vel arbitratoris primi.

¶ Cap. vj. sexti libri.

1 Item ⁊ de hac questione dubitatũ vidimus. †factũ fuit cõpromissum conuentionale in arbitratorẽ vel arbitrũ de re super qua prius litigiũ iter ptes pẽdebat corã iudice vl̃ arbitro vl̃ arbitratore prius ab eisdẽ partibus electo, an ergo valebit sine cõsensu iudicis primi vel arbitri vel arbitratoris a quo recedit̃, ꝑfecto dʒ est qõ sic, q̃ talis licentia pro solennitate nõ exquirit̃ a iudice, sed sufficit nudus partium cõsensus ⁊ concordia earũ, vt est expressuʒ. ff. de arbitris. in. l. nõ distinguemus. §. compromisso. ⁊ se. ⁊ in. l. sed si in seruum. §. fi. cuʒ. l. se. ⁊. l. litigatores. in prin. ff. e. ti. ⁊ in. l. si quis rem. ⁊ eo. tit. l. item si vnus. §. j. vbi de hoc bona gl. dicã plenius de hoc suo loco infra libr. xiij. ca. iij.

SVMMARIVM

1 Stipulatio an in compromisso conuentionali ð necessitate reqratur, vel sufficiat pactum nudum.

¶ Cap. vij. sexti libri.

1 Nunc de stipulatione dicamus que iuris ciuilis vinculum est ⁊ notabile, vt in sti. de obli. in prin. †an ergo erit in cõpromissis necessaria stipulatio vel sufficiet nudum pactuʒ. prius dicamus de cõpromisso in arbitrũ doc. cõiter vident̃ velle stipulationem esse necessariam. ⁊ alias compromissum non tenere. nec arbitrũ cogi sententiam ferre per tex. ff. de arbi. in. l. litigatores. §. i. ⁊ eo. tit. l. nõ distinguemus. §. i. nisi forte ɔpromittentes paciscãtur inuicẽ de debito nõ petendo, nisi arbitri sñie pareat̃ quo casu valebit ɔpromissum nudo pacto ẽm eos ꝑ text. in ea. l. litigatores. §. interdum. ⁊ hoc vr̃ sentire Azo in ti. de arbi. §. cõstituitur autem. ver. item si controuersiam. ⁊ Hosti. eod. titu. §. qualiter constituatur. ver. si stipulatio nõ intercesserit. ⁊ Spe. eo. tit. §. excipitur. ver. item quod factum fuit nudo pacto, ſ certe eorum opinio videtur aperte reprobari. nam iura prealleg. non exigunt stipulationem, sed penam in compromisso ad hoc quod arbiter cogatur pronunciare si bene inspiciatur. Propterea saltem de cano. iura nullam differentiam faciunt inter stip. ⁊ pactum nudum, vt plene no. in. c. i. ⁊. ij. ⁊. iij. de pac. ⁊ habet̃. ff. de pac. in. l. verus gener. §. pretor ait per quam rationem ẽt idem videtur non voluisse. idem Host. in prealle. §. qualiter cõstituatur. versi. si neq̃ pena. Item ⁊ de iure ciuili probatur valere compromissum etiaʒ pacto nudo q̃ sequuta taciturnitate. x. dierum post sententiam confirmat ⁊ requiritur declaratio ante dictum tempus ad hoc vt non sortiatur effectuʒ, vt. §. de arbi. l. cum a natura. §. finnatem. ⁊ in. §. altera. Quid dicemus profecto hec questio habet tria capita. vnum est an sit necessaria stipulatio quo ad validitatem actus id est ipsius compromissi. alterũ vtrum sit necessaria q̃tum ad hoc vt arbiter cogat̃ cognoscere ⁊ pronunciare. Tertium vtrum q̃tum ad hec vt sentẽtia arbitri lata sortiatur effectum. Circa primum dic breuiter stipulationem non esse necessariã, neq̃ de iure ciuili, neq̃ de iure cano. vt probant rationes nunc allegate. ⁊ hoc tenuit Specu. si bene inspiciatur in ti. de arbitro. §. sequitur. versic. ad huius aũt articuli euidentiã. ꝓbat̃ hoc clare q̃ cum cõpromissuʒ sit ɔctus, ⁊ de his que solo consensu ɔhuntur vt dictum est. s. i. lib. viij. c. certe nõ est necessaria stipulatio ad eiusdeʒ ɔctus validitatem. iuxta ea que habentur. ff. de actio. ⁊ oblig. in. l. consen. in princ. ⁊ insti. de oblig. que ex consen. in princip. Ad secundam qõnem est aduertendum. naʒ aut loquimur de iure ciuili aut de iure canoni. primo casu non cogit̃ arbiter etiam si pena sit promissa, q̃ posset ꝙ eẽ cõpromissuʒ redderet̃ ineficax si forte partes

tes snie non consentirent, vt pbat. ff. de arbi. in. l. diez proferre. §. fi. alias est lex, et incipit, et si quis pns, in fi. a sensu 2rio. et qd ibi not. per doc. nisi forte in casu quo cōpromittētes essent debitores hincinde quo casu sufficit pactū nudū ēt de iure ciuili, vt arbiter cogat̄, vt. d. l. litigatores. §. interdū, et. s. dictū est, et hoc mō intelligēdo de iure ciuili posset saluari qd dixit Spe. in. d. §. seq. versic. ad huius aūt arti. in fi. als male loquerer̄. Scdo casu de iure cano. lz doc. non tangāt, tñ videtur indistincte dicendū arbitrum cogi postq̄ acceptauit, siue pena interuenerit, siue non. nam cuz ēt pactū nudū pducat actionē, vt pdixi fm cōem sniam certe efficax erit cōpromissum, sicqz cessat rō iuriū volentiū arbitrū non cogi, pp̄ter cōpromissi inefficaciam, vt de se pz quicqd dixerit Spec. in preallegato. §. sequit̄, vsi. ad hmōi aūt articuli. in fi. et ad pdicta qd cōpromissuz reddatur inefficax de iure ciuili. d. casu. de iure aūt cano. sit efficax. lz sint dubitationes. Ad tertiam qōnez non est nr̄a hic materia. Dicendū est de conuentionali cōpromisso in arbitratores, an exigat stipulationē de quo nihil tactū a nr̄is doc. inuenio. Breuiter puto nullo casu necessariam stipulationē in tali cōpromisso cum. n. sit merus 2ctus, vt no. per gloss. in auct. vt dif. indi. §. j. certe non exigit stipulationē de necessitate, vt dixi, nunc in compromisso in arbitrum eisdē rōnibus. Itē cum ēt ex eo oriatur actio, et sic efficax sine stipulatione de iure canon. certe cogendus est arbitrator postq̄ acceptauit, iuxta ea que plene diximus. s. v. li. iij. c. in. ij. q. et hoc pcedit indistincte de iure canon. sz de iure ciuili procedit eo casu tñ quo speratur actionē competituram ex laudo quod est vbi arbitrator fuisset assumptus super declaratione pretij vel alia perfectione contractus, aliud si esset arbitrator assumptus super lite et nudo pacto, qz tunc cuz laudū sit futurū inefficax, vt est dcm̄ in loco predicto certe non cogeret̄ arbitrator, vt ex premissis apparet, et hec sunt de mente Joan. de imo. in. c. quintauallis.

SVMMARIVM

a Pena nunquid de necessitate requisita in cōpromisso cōuentionali, vel sufficiat simplex cōpromissio de parēdo snie, vl̄ laudo.

Cap. viij. sexti libri.

b Sicuti stipulatio de qua nunc diximus, sic et pena inseri consueuit in contractibus et videamus ergo an pena in contractibus cōpromissorū conuentionalium de necessitate requiratur, doc. multum super hoc variauerunt, sz quatuor in effectu diuerse snie colligunt̄. Prima opinio vult penam in cōpromissis oino necessariam, vel saltem pignora loco pene interuentum, qp deficiente, pena vel pignoribus non cogeret̄ arbiter, nec ēt arbitrator pronūciare, et hanc tenuit glo. C. de contrahen. emp. in. l. fin. et pro hoc ēt tex. ff. de arbi. in. l. litigatores. §. j. et eo. tit. in. l. non distinguemus. §. j. et. l. non cogit̄, et eo. ti. c. dilecti. Idem ēt voluit Spe. expresse dicens cōpromissum in arbitrum nō valere sine pena in tit. de arbit. §. excipit̄ paulo post pnci. in ver. itez quod pars, et eo. titu. §. j. in prin. vnde excipiunt̄ ab his dictis duo casus, vnus de iure canon. vbi iuramentum in cōpromisso interuenit per tex. eo. tit. c. ij. et. c. per tuas. et. xxij. q. j. oē qd lz, aliud de iure ciuili per auct. decernimus. C. de arbit. alter casus est vbi partes se subscripserunt, vel decē diebus tacuerunt, per tex. C. eo. tit. l. cū a natura. scda opi. est qd ēt si non pena, sz stipulatio tm̄ interueniat valebit cōpromissum, et cogetur arbiter pnunciare, et hanc tenuit Azo eo. tit. in. §. constituit̄ aūt paulo post princ. reprobata opi. Pla. qui dixit cōpromissuz valere, sz arbitrum nō cogi per tex. ff. de arbi. in. l. diez pferre. §. fi. als est. l. et incipit, et si quis pns in fi. et hoc idez sequit̄ ibi glo. si bene inspiciatur. idem ēt ibi Bar. et cōiter doc. et Cy. C. de 2hen. emp. in. l. fi. et do. Nic. de sicil. in c. quintauallis, in. xix. dz̄ia. et Hosti. idem tenet. eo. tit. in. §. qualiter 2stituat̄, ver. qd si nulla. et paulo. i̅. in versi. si neqz pena. vbi plus vult ēt stipulationem non esse necessariam, sz nudū pactum sufficere de iure cano. per no. de pac. c. j. Tertia opinio est diuersa a pdictis qd distinguat̄ inter cōpromissum in arbitrū, et cōpromissuz in arbitratorē, vt lz in pmo sit necessaria pena, vel pignora, vel aliud loco pignorū per iura pallegata, tñ nō sic in scdo sicqz arbiter nō cogat̄ sine predictis, arbitrator aūt sic eo ipso qd acceptauit, et hāc tenuit do. Ant. de but. in. c. qntauallis, dicēs modernos idē firmare in. d. l. fi. C. de 2trahen. emp. allegans ēt ad hoc qd no. Spe. de arbit. §. sequi. in ver. sz nunqd arbitrator. et Jo. an. ibi, in addi. hanc ēt in parte sequutus est ibi do. Jo. de imo. et in. l. j. ff. de leg. ij. lz postea subdat, qp cū hodie snia arbitri possit hr̄e effectum si emologet̄ expresse, vel tacite, vt. l. cū a natura. C. de arbi. ēt sine pena poterit cogi arbiter si acceptauit eius offm̄ sicqz correpta erit fm eū. d. l. litigatores, cū sit correcta eius rō, vt habetur in. l. j. in tex. et glo. ff. de leg. tuto. ff. de iur. patro. l. adigere. §. q̄uis, cū si. Ex qbus colligit̄. Quarta opinio qd nūq̄ sit hodie necessaria pena etiam de iure ciuili postq̄ acceptauit. Quid nos dicemus, pfecto parcat reuerentia dñi Ant. nec doc. in. d. l. fi. nec Spe. nec Joā. an. in dictis locis dicūt illud ad qd ipse allegat ad ppositū, tñ excitationē pro veritate breuiter distinguerē eo modo quo dixi in stipulatione. s. c. pximo. aut querimus an sit necessaria pena quo ad validitatem ipsius compromissi, tñ in se considerati, aut quo ad hoc, vt arbiter vel arbitrator, q acceptauit cognoscere, et pronunciare cogatur, aut quo ad finē executionis snie, vel laudi. Casu priore sine dubio nō est necessaria, qcqd supradicti dicant, qz cum cōpromissuz sit 2ctus, vt sepius dictū est, certe pena non est de substantiali forma 2ctus, sed est qd extrinsecum, et accidentale ad 2ctum, vt hz. ff. de verb. obli. l. stipulatio ista. §. alteri. et. l. j. C. de sen. que pro eo qd interest, et hoc est satis clarū. Scdo casu attende, qz aut loquimur de iure cano. et videt̄ expeditum, qd ēt sine pena cogatur, et arbiter et arbitrator, siue iuramentuz interuenerit, siue non, siue ēt stipulatio intercessit, siue non, quia ex simplici pacto nudo agitur fm equitatem huius iuris, et sic semp efficax est cōpromissum, vt. d. c. j. et. ij. et. iij. de pac. et per Hosti. in. d. §. qualiter constituatur. versi. neqz penam. Aut loquimur fm iura ciuilia, et tunc aut interuenit stipulatio, et satis est etiā sine pena, vt expressum est, fm cōem intellectum glo. et Bar. et oium in preallegata. l. diez proferre. §. fi. alias est lex, et incipit, et si quis pns in fi. nec obst. l. nō distinguemus. §. j. et. l. litigator. §. j. eo. titu. et simil̄r iura dicentia arbitrū, vel arbitratorem non cogi, nisi in cōpromissum pena interueniat, qz oia limitantur vera esse vbi cōpromissum factū est, pacto nudo, aliud si in stipulatione per. d. text. Aut stipulatio defuit, et tunc qcqd dixerit do. Anto. quicquid ēt dixerit Jo. de imo. in. d. l. j. de leg. ij. siue loquamur in arbitro, siue in arbitratore videt̄ eum non cogi cum sine pena vtroqz casu compromissum nudo pacto factum reddatur inefficax ex quo actio nō orit̄ de iu. ciuili, vt. ff. de pac. l. iurisgentiū, versi. igitur nuda. C. eo. ti. in. l. legē. nisi forte vno casu tm̄ in quo arbitrator videt̄ cogi. vbi s. ex laudo futuro speratur acertionē competere, quod est vbi arbitrator non est assumptus super discordia, seu lite. sed sup nuda purificatione, seu declaratiōe 2tractus tm̄ qd tenet Jo. de imo. expresse in. d. c. qntauallis, de iureiur. in. xix. dz̄ia. et hoc casu potest sustentari dcm̄ do. Ant. qd. s. retu. et nihil est dicere id qd dixit Imo. in. d. l. j. de lega. ij. nam de emologatione futura nō est presumendum tpe cōpromissi, et rō. d. l. litigatoris, est ne sit inefficax snia arbitri sine pena, vt ibi dz, in fine que inefficacia 2tingere posset hoc casu, et expresse ad hoc facit quod ibidem dz de eo qui pmisit pene sub 2ditione, licet. n. possit cōditio existere, tñ qz de hoc non est certū a principio anteq̄ 2ditio purificet̄ arbiter non cogitur, vt paulo post subdemus. Tertio casu an sit necessaria pena in cōpromissis quo ad officium executionis, dicam. i̅. Ad vnū circa premissa oia attendendum est, qz qd dicit̄ in pena, idem iuris est ēt in pignoribus, vnde vbi pena est necessaria sufficient pignora. vt est expressum. ff. de arbi. in. l. litigatores. §. qd ait pretor. et idem si esset factū pactū de non petēdo eo qd inuicem debetur, vt ea. l. §. interdum. Idez ēt si sunt dati obsides, vt extra de arbi. in. c. exposita quod maxime fieri 2sueuit inter nobiles quo citius res expediatur fm docto. agitatum est his casibus quibus diximus penam esse necessariam ad hoc, vt arbiter cogatur, an sufficiat eam esse promissam sub cōditione, et plane iurisconsu. decidit pendente cōditione arbitrum nō cogi ne conditione deficiente inutilis reddatur snia, vel laudū, vt exprimitur in. d. l. litigatores, in fi. licite. n. pretor hoc casu pendente conditione diez videbit proferri, vt ibi habet̄ in. l. se. que incipit, quo casu. Item nunqd sufficiat si pena ex altero tm̄ latere pnunciatur, tex. non dicit quod non ea. l. litigatores. §. idez inl̄. in pn. rō est qz non dz compromissum claudicare, sed seruāda est equalitas inter compromittentes, vt ibi. et facit eo. titu. l. quid tñ. §. fi. et extra de excep. in. c. cum inter. et de arbitris in. l. si cuz dies, in pn. eo. ti. in. l. si de meis. Quid tñ si ex oi latere pena pmittatur, sz ex vno maior q̄ altero. v. g. vnus pmittit mille noie pene. alter centū. an cogetur arbiter prima facie, hoc apparet esse negādum, nam hoc casu non seruatur equalitas q̄ iura exigunt, vt in premissis iuribus, contra. tñ est verū, qm̄ redigitur hoc casu pena ad equalitatem summe minoris, vt singul̄r no. Spe. in tit. de arb. §. sequitur, versi. sed circa hoc pone. Quid si is casibus quibus est necessaria pene eam nō stipulent̄ partes, sed arbiter vel

arbitrator, an ergo satis erit. Pla. dicit hoc compromissum nō tenere. Accursi. ɔtra ⁊ melius in. d. l. litigatores. §. j. in sua glos. quia cogitur arbiter actiones cedere ⁊ effectu erit, an si partes fuissent stipulate, arg. ff. de prescrip. verb. in. l. si rē. §. fi. ⁊ hic sufficeret, qm̄ id intelligitur tacite inter partes cōuentū, ar. ff. si cer. pe. in. l. cū qd. Idē Azo. eo. ti. de arb. §. cōstituit aūt, iuxta prin. ⁊ Host. eo. tit. in. §. qualr, in pn. Idem ēt cōiter oēs qd tene mēti. illud nō est omittendū. naz hoc qd dixi arbitrū cogi actiones cedere partibus, vnde est qn̄ arbiter stipulatus est penam non facta mentione partium. al's enim secus esset qm̄ nulla reqreret cessio, vt notanter scribit Bar. in. l. si quis vxori. §. si fugitiuum. ff. de fur. ⁊ vide ceteros casus in quibus actiones sine cessione queruntur. ff. de verb. obli. in. l. stipu. ista. in. §. alter. ⁊ in. §. si stipuler. vbi ēt plene per Bart. ⁊ alios doct. Quid tñ importabit si dictum fuerit qd toties pena committatur quoties conuentuz fuerit, dic notāter qd non pōt committi verbis rōne vitande infinitatis ꝭm Bar. nota. in. l. si duo. §. semel. de erbit. per. l. fi. de fideicō. §. si quis decem. de leg. iij. quod est singulare, ⁊ facit qd habetur. ff. de conditio. ⁊ demō. in. l. dominus seruo, ⁊ quod habetur in. l. j. C. de sen. que pro eo qd interest.

SVMMARIVM

1 Iuramentum in compromissis conuentionalibus apponi nunquid debeat, ⁊ quid de fidei datione.

Capitulum. ix. sexti libri.

1 ETiam iuramentū ad robur maximum in cōtractibus adiici cōsueuit † Videamus igitur, ⁊ de hoc an in compromissis cōuentionalibus hec necessaria apponantur, proculdubio iuramentuz in compromissis arbitroꝝ non est necessarium, an tñ liceat iuramentum cōpromissum arbitri, seu partis difficultas est propter prohibitionem quandam quam fecit imperator corrigendo. l. ne in arbitris. C. de arbi. in auct. decernimus. eo. ti. in corpore vnde sumitur. de iudi. §. quia vero multe. Quidam dixerunt prohibere iuramentum prestari ab arbitro tm̄ non a partibus, ⁊ in hoc tm̄ corrigatur. d. l. ne in arbitris, ⁊ hanc opi. tenuit Bulg. glosator antiquus alij econtra ꝓhiberi hoc a partibus tm̄ non arbitro, quam sniam tenuit Pla. alter ex antiqs gl. nonnulli sensere ⁊ arbitri, ⁊ partium sacr̄m ꝓhiberi, ⁊ hūc tenuit gl. in illa auct. ⁊ Cy. ibi. Bar. Bal. ⁊ Ang. ⁊ cōiter oēs legiste. ⁊ hoc est ꝟius. naz cū auctē. illa emanauerit ad correctionē. d. l. ne in arbitris, vt expresse colligitur in dic. §. quia vero multe. in auct. de indi. ⁊ indistincte loqtur prohibēdo arbitrum fieri cum sacri religione lex aūt ne in arbitris tam de iuramento arbitri q̄ partiū loquat̄ sine dubio oi casu intelligenda est iuncta. l. fi. ff. de pub. de pretio xix. dist. si romanoꝝ, cum concordā. Et hoc est verum inspecto iure tm̄ ciuili de quo iure loquitur auctenti. decernimus. de iure aūt canon. tale iuramentum non ꝓhibetur, imo permitti videtur scđm cano. vt extra de arbi. c. ij. ⁊ ibi no. per glo. ⁊. c. cum tpe, ⁊ c. per tuas, ⁊ facit quod habetur. xxij. q. j. oē quod. ⁊ in Spec. de arbi. §. j. iuxta princi. ⁊ Hosti. in eo. tit. §. qualiter constituat̄, in ver. sed mens decretalis, vbi sentit hodie resuscitatā esse. di. l. ne in arbitris que correcta fuerat per imperatorem, in. d. auctē. decernimus, ex quibus tollitur ratio Bart. quaz fecit in. d. aucten. decernimus, vbi dicit qd nisi aliud sit expressum in iure canonico. certe tale iuramentū non ligaret tanq̄ iurans ɔ preceptum. l. mortaliter peccet, qꝛ imo est aliud expressum in iure canonico, vt apparet in dictis iuribus. Dicamus an hmōi compromissum in arbitrum cum iuramento sit nullum profecto de iure cano. cōpromissum vz, vt probant prealleg. iura. De iure aūt ciuili quidam dixerunt ēt cōpromissum valere, qꝛ q̄q̄ auct. decernimus, ꝓhibeat iurari, tñ non infringit cōpromissum, non obstāte ꝓhibitione iuramentuz interueniat, ⁊ pro hoc argm̄ extra de iureiur. c. quemadmodū, ⁊ hoꝝ opi. refert Hosti. in. d. §. qualr constituat̄, ver. sed mens decretalis, vr̄ etiaz cā transitorie sequi do. Nico. de sicil. in. d. c. iij. de arb. si bene inspiciat̄. alij cōtra. ⁊ melius, qꝛ compromissum factum ɔ prohibitionem. l. est nullū. iuxta. l. nō dubiū. C. de leg. ⁊ hoc sentit glo. in ea. auc. ⁊ Spe. in ti. de arbitris. §. j. iuxta pncip. ⁊ Ioā. de imo. in. c. qntaualis, in qnta dr̄ia, hoc aūt est verum, nisi forte vna cum iuro pena in compromisso fuisset inserta, tunc enim compromissum ēt de iure ciuili valeret, qm̄ nō dz vtile per inutile vitiari in separabilibus ꝭm glos. nota. in dicta auct. decernimus, ⁊ ibi per Bar. ⁊ Bal. ⁊ habetur per Azo. eo. tit. §. constituitur aūt, versi. illud ēt antiquitus, ⁊ per Hostieñ. in dicto versi. sed mens decretalis, ⁊ in Spe. eo. tit. §. j. post prin. Idem puto si esset stipulatio sine pena ea. rōne, ⁊ per tex. ff. de arbit. in. l. diem ꝓferre. §. fi. alias est lex ⁊ incipit, ⁊ si quis pn̄s, in fi. Ex his, sequitur declaratio alterius vtilissime qōnis an. s. arbiter qui acceptauit cogatur prosequi si compromissum fuit cum iuro celebratum, aut. n. loquimur de iure canon. ⁊ sine dubio compellitur, per dicta iura. iuncta. l. iij. §. j. ff. de arbit. ⁊ hoc seruaretur in terris ecclesie, argu. eorum que hn̄r de arbi. c. ij. lib. vj. aut loqmur ꝭm iura ciuilia que seruarentur in terris imperatoris, ⁊ tunc quidam hn̄t eum non cōpellendum ex quo compromissum est nullū, vt dictum est, ⁊ hoc sentit dn̄s Joan. de imol. in. d. c. quintauallis, in quinta dr̄ia, ⁊ bene. ⁊ facit pro hoc qd habet̄. ff. de arbi. in. l. litigatores. §. j. ⁊ ea. l. §. fi. ⁊ eo. ti. l. non distinguemus. §. j. intellige tñ semper nisi vltra iuramentum in compromisso interuenerit pena, aut ēt stipulatio. vt dictum est, nunc in pcedentibus capit. Et rursum attende pro intellectu predictoꝝ, qꝛ q̄uis ēt in casu vbi iuramentū tm̄ interuenit si arbiter ꝓnūciaret debeat eius snia seruari quāuis super compromisso nullo ēt in foro ciuili, vt habetur in. c. lz mulieres, de iureiuran. lib. vj. non tñ cogeretur arbiter sup tali compromisso nullo pronunciare si nollet, cum coactio talis non habeat cām. i. compromissum validum super quo firmet pedes, vt de ap. c. cum cessante, cum simi. probatur cessante fundamento compromissi fuit edificium. i. coactio arbitri que hz super eo fieri, vt. j. q. j. cum paulus. C. qui dare tu. pos. l. in vniuersis, ⁊ tetigi. s̄. j. lib. in prin. Trāseamus ad compromissum in arbitratorem. an ergo in eo poterit interuenire sacr̄m pro facto tam de iure ciuili q̄ de iure canon. hoc fieri pōt. nam auct. decernimus ꝭm oēs loquitur in arbitro tm̄, ⁊ est expressum hoc, qꝛ arbitrator possit assumi cum iuramento. ff. de ope. lib. in. l. si libertus, ⁊ extra de iurein. in. c. quintauallis. ꝭm Bar. ⁊ Bal. in ea. auct. decernimus. in fi. ⁊ habetur per do. Anto. de bnt. in. d. c. qntauallis, ⁊ Joan. de imo. ibi in quinta differentia, ⁊ do. Nico. de sicil. ibidem quarta dr̄ia. Sed nunquid tenebitur arbitrator iurare qd bona fide se geret. dicam. j̄. x. lib. v. c. Tractemus circa predicta de fidei da. cano. an ergo idem operabitur quod iuramentū in cōpromisso adeo qd cōtraueniens sit periurus. pma facie videt̄ hoc debere negari cum iur̄m videatur ab hac fide diuersum quod requirit factum scripturaꝝ, vel saltem alterius rei corporee, vt in. c. j. §. porro. q̄ fuerit. j. cā benef. amit. in li. feud. ⁊ eo. lib. in tit. de pa. tenen. §. itē sacri pubeꝝ, ⁊ ibi per gl. cōtra. tñ est veꝝ. Idem. n. est fidem ꝓstare ⁊ iur̄m facere, vt probatur extra qd me. cā. in. c. ad aures, ⁊ de arb. in. c. peruenit. ⁊. c. cuz tpe, ⁊. c. ex parte, ⁊ facit. xxij. q. j. iur̄i. ꝭm Hosti. in ti. de arbi. §. qualiter, versic. sz mens decretalis, ⁊ hz in Spe. de arbi. §. seq. versic. sed pone qd compromissuz. Quid si ego maior cōpromisi in Titium cū adulto. ⁊ ipse iurauit, ego non, ꝓculdubio validuz erit cōpromissum, qm̄ hoc iur̄m non facit inequalitatem, sz equalitatem, cū faciat ɔbentem de minore maiorem, vt. C. si aduersus vendi. sacra pubeꝝ ꝭm Spe. in. d. §. sequitur, versi. quid si cum adulto. Quid si iurans se non venturꝝ contra arbitriuz cedat actiones suas alteri, q vexat, nunqd sit periurus. certe sic. arg. C. si man. ita fu. alie. l. j. ⁊. ff. de dam. infec. in. l. fluminum. §. adijcitur, vt no. idem Spe. j̄. eo. §. sequitur. in ver. qd si iurauit, plus dicit in ver. se. qd occasione iuramenti de parendo arbitrio pōt peti ab aduersario id quod est exactum a se occasione sue cōtumacie, culpa tñ aduersarij qd tene menti, ⁊ est exemplum si non obstante iuramento feci te citari, tuqz fuisti contumax putās te non posse inquietari per iuramentum.

SVMMARIVM

1 Compromittentes an debeant esse presentes tpe conuētionalis compromissi, vel sufficiat per nuncium, aut epistolam.

Capitulum. x. sexti libri.

1 PArtium quoqz presentia in conuentionalibus compromissis forme, videtur esse substantialis. † Videamus igitur an semper hi de necessitate presentes esse debeant compromissi tempore, nostri doct. hoc non declarant neqz ponunt, dic breuiter tale compromissum esse contractum verum, vt. l. iij. §. si filius. ff. de pec. q potest fieri interueniente stipulatione, ⁊ pacto nudo, vt dixi. s̄. eo. li. c. viij. aut ergo fit per stipulationem, ⁊ necessaria est compromittentium ꝓsentia, ⁊ eorum verba, vt insti. de inuti. stipu. §. item verborum. ff. de pac. l. j. in fi. insti. de act. §. de constituta, aut fit pacto nudo, ⁊ tunc partium presentia vera, ⁊ temporalis

non requiritur, vt. l. labeo. ff. de pact. insti. de obli. que ex cōsen. circa med. ff. de act. ⁊ obli. l. consensu. cum si. sed sufficit interpretatiua per nuncium, scz aut epistolam, vt ibi. ⁊ facit qd not. ff. depositi. in. l. publia. in fi. ff. mand. l. j. in prin. ⁊ per glo. no. in. l. sed licet. ff. de consti. pecu. Item nec requiruntur verba expressa, sed sufficiunt actus taciti ex quibus cōsensus eliciatur, vt. d. l. labeo. ⁊ dixi. s. eo. lib. c. j. ⁊. ij. ⁊. c. v.

SVMMARIVM

1 Arbitri vel arbitratores an debeant esse presentes compromissi conuentionalis tempore.

Capitulum. xj. sexti libri.

Quid de personis arbitrorum, aut arbitratorum, aut earum presentiam ad compromissi substantiam exigemus. nři doct. ēt non ponunt † dicendum tñ non hāc requiri, qm̄ ⁊ hi se obligant hoc casu solo acceptionis consensu, vt. ff. de arbi. l. iij. §. j. sufficit ergo, vt per nuntium tantum vel epistolam hoc fiat, vt. d. l. labeo. cum si. quas dixi nunc in precedēti capitulo, simile habes in mandato quod contrahitur cōsensu, vt insti. de obli. ex cō. circa medium ⁊ confertur in absentem, qui obligatur sequuta acceptatione ⁊ consensu, vt. ff. de procu. l. j. in fi. cum. l. se. facit quod habet per Bar. in. l. absenti. j. de donat. ⁊ qd habetur in. l. pe. de test. mili. ⁊ qd dicam. j. eo. li. c. vltimo.

SVMMARIVM

1 Arbitri vel arbitratores conuentionales an debeant esse certi tempore compromissi, habito respectu ad certas psonas.

Capitulum. xij. sexti libri.

De illo quesitum est an compromissi † tempore arbitri vel arbitratores debeāt esse certi per certitudinem personarum. doc. nostri etiā hoc non declarant neqz ponunt, mihi sic dicendum videtur, aut compromissum fit vno momento inter partes ⁊ compromissarium, ⁊ tunc necesse est omnino personam compromissarij esse certam cum habeat contrahere cum partibus acceptando ⁊ se per acceptationem obligando ad cognoscendum, ⁊ pronunciandum, vt. ff. de arbi. l. iij. §. j. aut fit diuersis temporibus, verbi gratia hodie partes compromittunt absente arbitro, vel arbitratore, hinc autem ad mensem compromissarius acceptat, ⁊ tunc aut querimus de tempore acceptationis, ⁊ est idem quod nunc dixi, quando fit vno momento, quia eadem est ratio, aut de tempore primi contractus, ⁊ tunc requiritur certitudo per genus quoddam non autem per speciem personalem, potest esse species hec sine persona ex postfacto declarari tempore statuto per partium conuentionem. verbigratia compromittimus in illum, qui erit potestas in sequenti semestri, vel in illum qui erit successor presentis vicarij, vt in similibus probatur, vt in. c. quoniā abbas. de officio delega. arguendo de delegato iudice ad hos cōpromissarios, quod valet, vt in. ca. vno delegatorum. eo. titu. vbi de hoc plene per canonistas, ⁊ per glo. ⁊ Bart. in. l. ⁊ qr. ff. de iuris. omnium iudi. vel sic compromittimus in Titiū, aut Sēpronium quem ex eis postea declarabimus, vt. ff. de ar. l. item si vnus. §. pomponius. idem si dicerem compromittimus in Titium, ⁊ si non acceptabit compromittimus in Seium, per illum eundem tex. sm Bal. ibi. vel dicendo compromittimus in illum quem declarabit Titius, vt de arbit. in. c. cum a nobis. vbi de hoc optime probatur, non sic fortasse si diceretur in illum quem eligent Titius ⁊ Sempronius, quia cum tales possint discordare, videtur compromissum nullum, ar. eorum que dicūtur de tertio incerto. ff. de arbi. in. l. item si vnus. §. si in duos, ⁊ dicam. j. proximo. lib. j. c. ⁊ hoc credo verum, licet nemo tetigerit. Idem esset si diceremus nos compromittere in illum quem postea elegimus, nihil enim vz, possumus postea in eligenda persona dissentire, vt est casus expressus. ff. loca. in. l. si merces. in pn. aliud esset hoc casu si essent duo eligendi, sed incerti. cum non possunt partes in hoc dissentire, ⁊ sic cessat predicta ratio, ⁊ hoc vltimum posuit Bart. ⁊ omnes tenent in preallegata. l. si merces, hoc vltimum fallit in dote. vt. l. iij. C. de do. promis. Item in creditore apponente pactum. l. commissorie, vt est casus. ff. de leg. commis. in. l. si fundus. in fi.

SVMMARIVM

1 Arbitrorum vel arbitratorum conuentionalium numerus an debeat esse par vel impar de necessitate.

Cap. xiij. sexti libri.

Vidimus compromissariorum certitudinē. dicamus de numero † an ergo cōuentionalium arbitrorum, vel arbitratorū numerus debebit esse par, vel impar, de necessitate, profecto compromissum validum est siue in vnum tantum compromittatur, siue in duos, vel tres, vel quatuor, aut plures, siue etiam numerus sit impar sicut equalis, probatur de arbit. c. ij. ⁊. iij. ⁊. iiij. ⁊. c. peruenit, ⁊. ff. eo. ti. l. item si vnus. §. principaliter, consilium tamen legis est, vt in numerum imparem cōpromittatur, vt. d. c. j. ⁊ hoc propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem, ⁊ ne res sine exitu sit futura, vt scribit iuriscons. in. d. §. principaliter, ⁊ habetur de rescrip. in. c. super literis, ⁊ de cōcess. preben. in. c. quia diuersitatem. ff. ad trebel. in. l. quia poterat. si enim discordabunt inuenietur numerus maior cuius sententie stabitur. vt. d. §. principaliter. eo. titu. l. sicuti, ⁊. l. si in res. quatenus hoc casu omnes arbitri, vel arbitratores debeant esse presentes tpe sententie, vel laudi dicemus. j. ix. lib. xv. c. ⁊. x. lib. ⁊. iiij. c.

SVMMARIVM

1 Tertij electio nunquid tractanda in compromisso conuentionali a principio in casu future discordie.

Cap. xiiij. sexti libri.

Quid tamen erit si conuentionaliter cōpromittatur in duos, vel in alium numerum parem † an sit necessarium compromissi tempore de tertio prouidere, vel dissentient in cognoscendo, vel compromittēdo numerus quoqz discordantium fuerit equalis ex vtroqz latere compromissum nō sit nullum non quidam, lex enim in casu talis discordie remediū adhibet, vt pretor adeatur, qui coget eos eligere tertium cuius auctoritati stabitur, vt habetur in. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbi. ⁊ facit de offic. deleg. ca. suspicionis, ⁊ si omnino discordarent in electiōe tertij iudex eliget pro eis, vt satis dixi. s. v. lib. ca. iiij. an autem super hac tertij electione possit partiū conuentione compromissi tempore agi. vt fiat, vel non fiat, dicam. j. lib. proximo. c. primo.

SVMMARIVM

1 Res vel causa super qua conuentionaliter compromittitur an debeat certo modo exprimi in compromisso.

Cap. xv. sexti libri.

Dicamus de alia compromissorum conuentionalium substantiali solennitate † nunquid ergo res vel causa super qua cōpromittitur debebit certo modo tali compromisso exprimi. doc. non ponunt, videtur qd sic. nam sententia vel laudum debet esse conforme petitioni, vt de simo. ca. licet hely. ff. communi diui. l. vt fundus. C. de fideicō. liber. l. fi. petitor autem nō potest egredi ad qd est deductum in compromisso, vt. ff. de arb. l. nō distinguemus. §. de officio, sicqz debet esse certa, ⁊ hoc verum credo, in certitudine saltem comprehensa sub aliquo genere. Debet enim compromissum de oibus questionibus inter tales vertentibus proui quotidie in facto vtimur, ⁊ probatur de iure per tex. ff. de arb. in. l. si de meis, in prin. eo. ti. l. si cum dies. §. plenū, quamuis in huiusmodi generali compromisso non veniat vsuraria causa etiam in casibus in quibus alias esset cōpromittibilis, nec etiam veniat alia causa speciale mandatum requirens, vt habetur per Lapū. alleg. lv. ⁊ facit. ff. de procu. l. procurator totorum, ⁊ eo. titu. c. qui ad agendum. lib. vj. Ex predictis datur cautela ad faciendum compromissum latissimum adeo qd contra sententiam, vel laudum obijci non possit qd limites compromissi excedat qp dicatur in eo omne in ipso compromisso venire qd per ipsos arbitros, vel arbitratores extitit iudicatum, vel laudatum, quam cautelam posuit Ange. in. l. j. ff. de trans. ⁊ do. Nic. idem dicit in. c. exposita ppe fi. de arbi. lz Ange. non alleget, semper tñ intellige qd per hec gñalia non trahat ad requirentia spālem mentionem, vt dixi. s. ⁊ facit optime ad hoc idem qd habetur, in. l. fi. de app. in cle. appellāti. ⁊ per doc. in. l. sed si qs. §. quesitum. ff. si quis cau. ad predicta etiam facit quod no. in. iij. li. xvj. c.

SVMMARIVM

1 Tempus infra qd̄ pronuncietur an in conuentionali cōpromisso debeat de necessitate statui.

¶ Cap. xvj. sexti libri.

Hunc de tempore subijciamus infra qd̄ arbitri, vel arbitratores sint rem expe-
a ditiri † an hoc in conuentionalibus cōpromissis apponi necessario requiratur. profecto hoc non est necessarium. nam si non exprimatur tamen a iure communi limitatur & determinatur, vt dicam.j.ix. lib. c.xvj. vbi dicam quanto tempore de iure communi duret instantia corā arbitro. & .j.x.lib.c.xvj. vbi dicetur quāto tempore duret facultas laudandi arbitratori an autem talia tempora possint in compromisso partium, conuentione alterari dicam.j.li. proximo.c.ij.

SVMMARIVM

1 Locus certus pronunciationis nunquid in conuentionali compromisso prefigendus.

¶ Cap. xvij. sexti libri.

1 Item de loco dicimus certe † nec locus requiritur de necessitate cōpromissi
a tpe nam & si nihil exprimatur, tñ de loco cōpromissi tantum intelligi̇t vt est expressum. ff. de arbi. in. l. diez proferre. §. si arbiter. versi. quid ergo. Quid tantum qualiter intelligatur declarabo.j.ix. lib. iij.c. an autem & hic locus qui a iure subintelligitur possit partium pacto commutari dicam.j.lib. proximo. iij. ca.

SVMMARIVM

1 Compromissum in arbitrum vel arbitratorem testamentarium quas requirat solennitates.

¶ Cap. xviij. sexti libri.

1 Expeditis conuentionalium compromissorum solēnitatibus † dicendū est
a de his que ad testamētaria pertinent de quibus nr̄i doct. nihil tangunt. Anteq̄ r̄ndeā attende ad duo qd̄ in his testamentarijs nō cadit illa qd̄ de qua dix. .s.eo. lib. c. j. Si enī de tali cōpromisso non apparet expresse in testō alia vlti. volūtate ex actibus seq̄ntibus factis p legatarios, vel hr̄des corā arbitris, vel arbitratoribus nō diceremus cōpromissum esse testamentariū, s3 potius cōuentionale presumptū eo modo quo ibi diximus. hoc p̄misso do regulā ḡnalē q̄ oīs solēnitas que req̄rit, vel non req̄ritur in cōuētionalibus cōpromissis requiritur etiam, vel non requiritur in testamentarijs excepta tñ testamenti solēnitate. p̄batur regula, q̄a eadem est ratio vtroq3 casu. ergo &c. vt. ff. de te mili. l. milites agrum. ff. de verb. obl. l. a titio. ff. de po. l. j. §. sexū. cū si. ¶ Item quia neq3 arg. de ɔ̄tribus ad vltimas volūtates, vt. ff. de lega. ij. l. seruū filij. §. cum qui chyrographū. C. de legi. l. vlti. cū si. Item p̄batur exceptio inspecta electione testatoris q̄m in ea req̄rūt̄ septē testes, si sit in testō, vt. C. de test. l. iubemus, & l. hac ɔ̄sultissima, vel si fieret in codicillis, vel donatione cā mor. vt. l. fi. C. de codi. in. §. oium. Ex predicta regula sequitur declaratio multarum questionum quas tu ipse colligere potes ex precedentibus capit. huius libri &c.

SVMMARIVM

1 Compromissa in arbitros, vel arbitratores iudiciales quas habeant solennitates.

¶ Cap. xix. sexti libri.

Item dicendum est de solennitatibus compromissorum iudicialium quas etiam doct.
1 a nostri non declarant. † Attende q2 he cōpromittē di solennitatates his casibus, quandoq3 exprimunt̄ a statuto ciuitatis, & tūc illa seruanda est sine dubio. Aliquando hec statuta non exprimunt & tunc qualiter talia cōpromissa fiant satis declaratū est. s. libro. v. maxime ibi. xj. c. vbi vide, vnum addendum est nunqd vna pars possit de iure duos, vel tres arbitros ad cognoscēdum de causa suspitionis eligere, prima enim facie videtur hoc nō posse, quia decretalis cū spāli. de app. dicit quamlibet partem debere eligere vnum. & post modum communiter tertium vel etiam qd̄ iudex vnū eligat & pars alium vbi p̄ceditur ex officio, & q̄ quanto plures erunt tāto facilius dissentient, vt. ff. de arbit. in. l. item si vnus. §. fin. de conse. dist. iiij. sicut in sacramentis. de conces. prebē. quia diuersitatē. contrariū tñ est verius q̄m possunt & vnū & plures eligere, & qd̄ ponit̄ in. d. c. exēpli gr̄a penit̄ non qd̄ ius faciat, vt no. Spe. de recu. §. effectus. v̄si. sed nunquid vna pars, qd̄ bene notabis.

SVMMARIVM

1 Compromittendi in tertium qui ob discordiam eligitur, solennitas.

¶ Cap. xx. & vltimum. sexti libri.

1 De tertio superest qui eligitur ob discordiā † videamus ergo quibus solenni-
a tatibus & hic eligatur qd̄ etiam doc. nostri nō declarant, sed qualiter talia fiant dixi plene. s. v. lib. vij. c. & . xviij. c. qd̄ non repeto. ¶ Illud adde qd̄ his casibus quibus tales tertij non eliguntur a partibus in principio, s3 ab ipsis arbitris, vel arbitratoribus & postfacto sequuta discordia vel per iudicem in subsidium, hoc casu p̄prie non dr̄ esse cōpromissū, sed noīa quedā, seu electio, vel deputatio legis. ¶ Itē si vnus. §. principaliter in fi. ff. de arbi. ibi certam eligere p̄sonam &c. non enim dixit arbitruz & hoc intellige in conuentionalibus, vel testamentarijs sed in iudicialibus esset secus. quia est verus arbiter sicut prim⁹. patet ex dictis. s. j. lib. v. c. Item aliud adde qd̄ electio talis tertij potest omni casu fieri eo absente & ignorāte, aut loquimur in conuentionalibus, vel testamentarijs. & est idem qd̄ in alijs primis, qui possunt eligi in absentia, vt. s. eo. lib. xj. c. qd̄ sit idem patet, quia eadem est ratio si bene inspiciatur, aut in iudicialibus, & idem quia iurisdictio potest cōcedi absenti & ignoranti, vt p̄batur. ff. de iud. in. l. cum furiosus. in prin. quā. l. expresse ad hoc Ange. inducit. facit s̄m eum qd̄ no. eo. tit. in. l. iudex datus, & . ff. de mune. & hono. l. munerum. §. iudicandi, & qd̄ no. in. c. audita. de resti. spo. & qd̄ not. in. l. priuatorum. C. de iurisdi. om. iudi. & qd̄ no. per Bart. in. l. absenti. ff. de dona. & in. l. peñ. ff. de testa. mili. hic autem tertius in iudicialibus habet iurisdictionem, vt patet ex predictis. s. lib. j. ca. xiij. iunctis dictis .s. eo. lib. ca. v. Deo gratias.

Liber septimus.

¶ De pactis & renunciationibus, que in compromissis adijci possunt, vel prohibentur.

¶ Prefatio cum diuisione.

Cum de cōpromissorum solennitatibus satis in precedenti libro dixerimus, trāseamus ad pacta quedam & renūciationes que adijci etiam in compromissis consueuerunt an sc3 liceant, vel p̄hibeātur apponi. Quorū tractatus haud dubie erit valde vtilis. ¶ Sciendum autem est qd̄ licet partem huius tractatus, p̄ut simpl'r ad pacta p̄tinent tetigerit Azo. in summa de arbitris. §. constituitur. & Hosti. eo. titu. §. qualiter constituatur. tamē in finibus infinitis defecerūt. hanc etiam partem neglexerunt nostri Moderniores, vt. j. videbitis. Item licet aliam partem huius tractatus, prout spectat ad renunciationes antiqui non tetigerūt excepto Spe. qui parum posuit in tit. de arbitro. §. sequitur. versi. item quid si cōpromissum. & ibi Jo. and. in addi. & Dy. posuit in regula sciēte. lib. vj. Cyn. in. l. si quis ex consensu. C. de epis. referens Gul. de suza. in. l. penul. C. de arbit. & ibi per Bald. & Jac. de but. in. l. si vnus. §. illud nullo. ff. de pac. & per Bar. aliquanto latius in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro so. & Fride. de senis. cōsi. cxxvj. & . cxlj. & do. Ange. in sua disputatione duo inuicem litigantes in vltimo articulo, & do. Anton. plenius omnibus sequutis sequutus fuerit in. c. quintauallis de iureiuran. & ibi post eum do. Jo. de imo. & domi. Nico. de sici. tamen profecto hi omnes scriptores presertim vltimi quanto magis conati fuerunt declarare, tanto magis inuoluerunt & rem hanc obscurā reddiderūt, adeo vt difficilima sit ad explicandum. Nos ergo dare ordinate hāc materiā tractare cupiētes premissum sequentes stilū hanc omnem

nem materiam in quatuor partes diuidemus.

¶ Primo de pactis et renunciationibus compromissorum conuentionalium.

¶ Secundo de his que apponi possunt in testamentarijs.

¶ Tertio de iudicialibus.

¶ Quarto de electionibus tertiorum qui eligũtur ad discordiã. Circa cõuentionalia igi͏̃ primo sic, regula que videt͏̃ esse de intẽtione oim, lz nõ exprimãt his pactis etiã renunciationibus posse cõpromitti que cõpromissi tẽpore partibus placuerũt. pbat͏̃ hec regula p multa iura. ff. de arbi. in. l. diẽ proferre in prin. et §. si qs litigatorum. eo. ti. l. pedius. in fi. cũ. l. seq. et. l. si cũ dies. in pn. et. l. arbiter intra certũ. et. l. si cõpromissum, ita et. l. sed interpellat͏̃ §. fi. et qr vt dictũ est. s. lib. j. c. viij. tale cõpromissũ qd fit a principio per partes nedum in arbitratorẽ, sed ẽt in arbitrũ est ↄtractus. Contractus aũt sine dubio, legem accipiunt ex ↄuentione partiũ, vt. C. de cõdi. ob cau. in. l. si ea. l. ff. de verb. obl. in. l. si ita qs. §. ea. l. ff. deposi. l. j. §. si ↄuenerit. cũ si. qr tñ circa hãc regulã, dubitatiões ↄmulte oriri pñt, illas oẽs p h capit. explanabim⁹. adiũgẽtes postea qd iuris de alijs tribus partibus. s. positis.

SUMMARIUM

1 Compromissis in conuentionalibus an possit agi a principio de electione tertij in casu future discordie.

¶ Cap. j. septimi libri.

fieri debere qd per pactū renuntietur reductiōi ad arbitriū boni viri, ꝛ iuri, ꝛ actioni per ea petenda compelli posse. ¶ Pōt.n. hoc fieri per pactū, vt.l.i.C.de pac.de libe.cā.l.non solum.§.fi. ꝛ.l.si qs rōnes.ff.de pac.l.si vnus.§.illud nulla.ꝛ ita asserit Cy. se iā plura dictasse ꝯpromissa.ꝛ hāc referunt cū simpliciter trāseuntes. Bal.i.d.l.cū a natura.ꝛ Ange.in pręallegata disputatio. Sed certe nec ista pcedit oi casu si bene cōsideretur. Nā lz trahatur ad reductionē que posset peti pp lesionē immoderatā seu enormez, tñ non ad illā que cōpeteret rōne lesionis enormioris aut enormissime, de qua nunq̄ psumunt̄ cogitasse partes per verba gñalia. sed requiruntur specialia ꝛ specifica cū doli presumptionē inducat tanta lesio, nisi de ea agat̄ expresse, vt.l.oēs §.lucius.ff.que in frau.credi.no.ff.de proba.in.l.q test m̄. ꝛ per bar.in.d.§.arbitrorū.ꝛ cōiter oēs i hac materia, vt scripsi.s.eo. lib.xv.c.in.§.his premissis.ꝛ est veritas qcqd predicti dicant. ¶ Quartā reperitur posuisse.d. Lud.in certis eius notabilibus ꝙ ptes eligāt arbitratorē eius personā approbādo.v.g. dicendo hoc mō eligimus talē arbitratorē, vt bonū virum precipuum habito respectu ad eū ꝛ nō ad aliuz.cū.n.hoc casu eius psona sit approbata sicut intelligit̄ approbari a partibus psona arbitri a quo reductio non petit̄, vt no.glo.ff.de arbi.in.l.iij.§.tāetsi.certe nec ab eo reductio petet̄. Et hoc dicebat do. Lud. fuisse singulare ꝛ mirabile verbuz positū p Bar.in.d.§.tāetsi ꝙ ipse sequebat̄. Sed pfecto errauit ēt parum do. Lud. nā non est verū qd ita dixerit Bar. hoc casu non posse peti reductionē, sed voluit tm̄ hec verba operari q̄ntū si esset expresse renunciatū reductioni ad arbitriū boni viri quod est diuersissimū cū talis renunciatio simplex alio nō adiuncto ꝭm oēs intelligit̄ si equū fuerit arbitratus, vt.d.l.quero.§.inter locatorē.ff.loca.ꝛ.d.l.si libertus.cū si.ꝙ hoc sit verū ꝙ Bar. ita intellexit patet ex his que Bart. no.expsse.in.d.§.arbitrorū pauloante finē.de quo non meminit Ludi. Preterea etiam si ita voluisset Barto.vt Lud.dicit, tñ non esset bona pdicta cautela ꝛc.lesionē enormiorē vel enormissimam pp dolū q psumit̄, nisi d ea expsse agat̄, sed operaret̄ circa enormē tm̄, vt.s.pxime dictū est, in alia. ¶ Quintam cautelam practicant cōiter aduocati in hac ciuitate ꝙ cōpromittentium qlibꝫ suū pcuratorē cōstituat ad ratificandū laudū sequuturū.ꝛ modus esset talis ꝭm istos ꝙ procurator vtriusqꝫ patris sit amicus aduersarij in quo ille posset cōfidentiam habere ne deciperetur in non volēdo postmodū lato laudo ratificare.v.g. ego cōpromittens tecū constituo amicū tuū de quo cōfidis ꝙ te non decipiet pcuratorem meū ad ratificandū, ꝛ tu eꝫ procuratorem ad idē cōstituis amicū meū. Itē ēt hoc requirit̄ hoc casu vlterius ꝙ cōpromittat̄ in arbitratorē hoc casu cū potestate laudandi ptibus non vocatis ad laudū. que tñ citatio an requiratur in tali laudo dicā.j.xj.li.xiij.c. Et plus requirit ꝙ pcurator absentis partibus laudū ferat vocatis tñ pcuratoribus ꝛ statim ratificādū.ne alias data partiū presentia, vel alias habita laudi cognitione ille q laudū ꝯ se habuit procuratorē a se cōstitutū reuocet anteq̄ ratū habeat. Sed certe qs fuerit huius inuētor nescio.ꝛ potius he videntur esse ambages quedā ꝛ fraudes quas aufugere debemus.vt.ff.de leg.l.fraus.ꝛ.ff.de condi.ꝛ demō.l.hꝰs meus.§.ꝙ in fraudē.C.de leg.l.non dubium. Sunt ēt ꝯrie intentioni cōpromittentium ꝛ paci sequuture. Preterea minime pcedit de iure. nā q̄ntunq̄ ante latū laudū sit cōstitutus pcurator simpliciter ad ratificandū, tñ hoc semper intelligitur salua bona fide, vt.d.l.creditor.§.lucius.ff.mandati. Et si dubitat̄ vtrum laudꝫ sit equū notari vr̄.vt cōsulatur dn̄s cuius interest, vt.ff. mandati.l.quintus.ff.de distra.pignorum.l.creditor.nec p hoc vr̄ pmissuz pcuratori.vt iacet ꝛ dilapidet bona dn̄i vt.ff.q i frau. credi.l.si pater.ff.de vsu.p emp.l.si fundus.§.si tutor.ff.de transac.l.cū hi.§.si creditor.ff.de condi.indebi.l.si pcurator. ꝭm bal. q his vltimis verbis vtit̄ in.l.fi.C.de ꝯhen.emp.in.xij.q.q̄ menti tene. Adde ꝙ si esset cōstitutus pcurator dicto mō ad ratificandꝫ ēt si euidentē iniquitatē cōtineret ꝛ grauissimā lesionem hoc casu cessante dolo valeret, vt dixi.s.eo.lib.xv.c.in.§.qd tñ dicemus. ¶ Sexta cautela ēt vtuntur qdā ꝙ pignora tradant̄ arbitratori p q̄libet partem retinēda p eū donec labat̄ tēpus petendi hāc reductionē, vt habet̄ in simili.ff.de arb.in.l.litigatores.§.ꝙ ait ptor.ꝛ p Cy.in.l.i.§.si rector valeat, put habet̄ in simili.ff.de arb.in.l.litigatores puincie. Sed nec ista obolū vꝫ, q: semper sub eadē conditione vident̄ tradi si equū fuerit arbitratus, vt volūt pręallegata iura.ff.d ope.lib.l.si libertus.ꝛ.d.l.quo §.inter locatorē.cū cōcor. Preterea longissimū esset q̄nq̄ tanti temporis morā expectare q̄ntū ꝯcedit̄ huic reductioni. ¶ Septima cautela colligit̄ ex dictis casuū doc.quos retuli.s.eo li.xv. c.in.§.quid tñ dicemus.qui tenent posse agi in cōpromisso dari arbitratori potestatē ledendi in q̄ntitate ēt enormissima que cautela optima est ꝛ modus praticandi est talis ꝭm Ange.in preallegata dispu.duo inuicem.iiij.articulo q clarius loquit̄ q̄ aliqs alius. Quod partes cōcedant arbitratori liberā ꝛ absolutam ptātem ius vnius partis in totū vel in parte alteri cōcedendi ꝛ donationes ti.cōferendi, q̄m sicut pōt ꝯstitui pcurator ad donādūꝫ ꝛ dilapidandū bona ipsius cōstituentis in totū vel in parte cū rei sue quilibet sit moderator ꝛ arbiter, vt.C.mandati.l.in re mandata, sicut ēt eadem potestas pōt concedi hmōi arbitratori nec ē q repugnet cū omnis eius potentia ex cōpromisso sumatur, vt.ff.de arbi.l.non distinguemus.§.de officio. Et ita cōcipiēdo pactū ex lesione ēt enormissima circunscripto dolo arbitratoris nullo modo poterit peti reductio, nec enim hoc casu leduntur preter eorum voluntatem, vt.d.c.scienti.de reg.iur.lib.vj. facit.l.j.ff.de dona.ꝭm Ange. Quod no.perpetuo, q: est de intentione communi nostrorū docto.vt patet in.d.§.qd tamē dicemus. Plus dico quod si breuiter in compromisso diceretur qd arbitrator potestatem habeat ledendi partes etiam in quantitate enormissima hoc solum sufficeret vt nulla reductio petatur nisi ex dolosa lesione, vt patet ex dictis ibi, ꝙ semp tene menti.

SVMMARIVM

1 Pacta ꝛ clausule compromittendi in arbitrum vel arbitratorem testamentarium que sint.

¶ Cap.xviij.septimi libri.

d De compromittēdis pactis ꝛ clausulis in arbitrū, vel arbitratorē testamentarium post ea que di-
1 ximus tractandū est. † Doc.nō ponunt ego do hanc gñalē regulā ꝙ eisdē pactis ꝛ clausulis pōt in arbitros vel arbitratores testamentarios cōpromitti, quibus pactis cōpromittere posse diximus in arbitros vel arbitratores cōuentionales, ꝛ eandem potestatem habebunt pacta ꝛ ꝯuentio.ff.de verbo.obliga.l.a titio.ff.de re mili.l.milites.agr.ff.de postulan. lando.l.j.§.sexum.ꝛ p hoc qd dixi.s.primo lib.x.c.vbi hoc satis declarat̄. Ex hac regula sequunt̄ plura notabilia plura enim pacta poterunt in talibus ꝯpromissis apponi, ꝛ sup tpe ꝛ loco ꝛ cognoscendi ꝛ pronuntiandi modo, ꝛ reclamatione, ꝛ reductione ad arbitriū boni viri, que ꝛ in conuentionalibus cōponi pn̄t eadem ratione, ꝛ hoc quod habetur.ff.de heredi.instituen.in.l.illa institutio.ꝛ.l.ille autem.ꝛ.l.si quis sempronium ꝛ eodem tit. l.captatorias.ꝛ quod ibi plene per doc.in simili materia.

SVMMARIVM

1 Cōpromissuz in arbitrū vel arbitratorē iuris cōis, ꝛ his qui ex statuti necessitate eliguntur que pacta ꝛ clausulas requirat.

¶ Cap.xix.septimi libri.

q Quid dicemus de arbitris vel arbitratoribus iuris cōis, ꝛ his qui eligunt̄ ex statuti necessitate. † Nostri doc.etiā hoc non declarant. Tu attē-
1 de, q: aut partes nolūt pacisci aliqd per qd tolletur formalis solēnitas hoc modo ꝯpromittēdi inducta de iure cōi, vel ex forma statuti.v.g. qd eligant primo duo vnus p qualibet parte qui postmodū cogantur per iudicem tertium eligere, put dicit statutum in hac ciuitate, ꝛ hec forma non pōt tolli per pactum nec alterari, vt.ff.de leg.j.l.nemo pōt.ff.de pac.l.contra iuris.in prin.C.de testa.l.testandi.nec firmaretur hoc casu pactū iuramento.vt per Bartol.ff.de fideiuss.in.l.si quis pro eo.in prin. Aut paciscunt̄ circa illud ꝙ est iuris positiui, ꝛ tūc aut est ius prohibitiuū ꝯbi gratia dicit qd non possit fieri ꝯpromissum iudiciale, nisi primo sup hoc deputent̄ amici vel ꝯsanguinei inter partes, ꝛ tunc idem quod in precedenti, q: huic iuri prohibitiuo non potest renunciari, vt per gl.in rub.C.ne fideius.dot.dentur ēt si iuramētum interueniret, vt per Barto.in.l.is cui bonis.ff. de verbo.obligatio. Aut est ius simpliciter permissiuum, ꝛ tunc aut per pactum inferretur preiudicium iuri publico, verbi gratia, quia tolleretur aliquod de iudicis iurisdictione vel potestate in quo consistit ius publicum, vt.i.distinctio ius publicum.ꝛ non valet nec etiam iuramento firmaretur, vt.ff.de pac.l.ius publicum.

bliens.idē si per eum inferetur tertio preiudicium etiam priuato vt.C.res inter alios acta per totum. aut infertur preiudicium sibimet paciscenti vel est actus inferens per quē nemini preiudicaret,⁊ valet et sine vllo iuramento,⁊ illud oz index sequi,vt.ff. de re iudi.l.si gnenerit.vt ibi notat.intellige in eo q hz facultatē essendi in iudicio.⁊ sibi vel eius dño preiudicandi. Item nisi ex tali pacto sequat occasio malignandi vel odium rationabile ƀm ea que supra diximus in simili materia eo. libro.c.ix.⁊.c.x.que dicta possunt magna ex parte ad hunc locum trahi. Ex dictis sequitur declaratio multarum questionum quas tu ipse formare potes. De illo tū nos hoc loco queramus,nunquid hoc casu valeat renuntiatio appellationis ab hoc arbitro vel arbitratore iudiciali.ex predictis sequitur qđ sic,ꝙ planū est quemadmodum potest pacto remitti appellatio cuiuslibet alterius iudicis,vt est expressum ƀm oēs docto.in.l.fi.C.de tempo.appel.⁊ tetigit hoc in proprijs terminis de arbitro vel arbitratore iudiciali.in.c.cū dilectus.de arbi.iuxta finē. Item ⁊ de illo quesitum est an statutarijs arbitris vel arbitratoribꝰ posset hec meta iniūgi vt alterius voluntatē vel arbitrium vel cōsilium pronuncient ⁊ dici pōt indistincte qđ sic,siue a statuto hic ꝯsiliarius prefigatur siue partes cōi consensu eū eligant eā hi arbitri proprie loquendo iudices sunt delegati, vt probat.C.de iudi.l.apertissimi.de appella.c.cum specialis.⁊ dixi.s.j.li.x.c.iudicibus autem ⁊ ordinarijs ⁊ delegatis hoc potest iniungi,vt predicto modo pronuncient, vt probatur.ff.de re iudica.in.l.si conuenerit.⁊ ibi per docto.⁊ hoc expresse tenuit Bar. in repetitione.l.j.§.si plures.ff.de exerci. in vltima questione qui dicit hoc valere propter iudicis interuētum qui vel partibus discordātibus ipse eliget vel partes ad cōcordiam reducet.allegat.ff.de arbi.in.l.itē si vnus.§.si in duos. ⁊.ff.de iureiur.l.iusiurandum.§.si de qualitate.ff.de bonis auto. iudi.possi.l.in venditione.⁊ vide ꝙ dixi supra eo.lib.vj.c.

SVMMARIVM

1 Compromissum in tertium qui ob discordiam eligitur quas exposcat clausulas ⁊ pacta.

Capitulum.xx.⁊ vltimū septimi libri.

D
1 E tertio superest qui eligitur ob discordiaz.† Videamus ergo quibus pactis ēt hic eligi valeat. Docto.non declarant neqz ponunt.breuiter cōsidera ꝙ aut iste tertius deputatur a cōpromittentibus,a principio in conuentionalibus vel testamentarijs,⁊ tunc eadem pacta poterūt circa eū apponi que circa alios arbitros vel arbitratores cōuentionales vel testamētarios,qꝛ verus arbiter ē, vt dixi.s.lib.j.c.v. Aut eligitur ex postfacto arbitris vel arbitratoribus vel est ob discordiaz a iudice deputatus.⁊ tunc cū vt dixi.s.iiij.lib.c.penultimo.hec nominatio seu electio non habeat fieri a partibus que cōpromiserunt,sed a primis arbitris vel a iudice.certe hi tertium eligentes non poterunt noua pacta in hmōi electione facere sed habent simpliciter eligere.auctoritatem aūt dat ius illi electio,vt.ff.de arbitris.l.itē si vnus.§.principiuz.in fi.⁊ hoc est verū nisi forte noua pacta fiant in hac electione de partium voluntate,quo casu valebunt val non valebūt ƀm ea que supra diximus eodē libro,per totum vsqz ad decimū nonum capitulum exclusiue.eadem .n. est ratio in his casibus ergo etiam idem ius,vt.ff.de iure patronatus.l.adigere.§.q̄uis ff.de fonte.l.prima.§.hoc interdictum.cum concordantijs. Si queris que pacta possint inseri in electione tertij qui deputat in iudicialibus ob discordiam primorum,dic quod pacta non possunt inseri a primis arbitris eligentibus tertium, quia non habent hanc potentiam, vt nunc dixi in alijs. Partes autem litigantes possent vel non possent in eius electione pacta vel conuētiones apponere secundū ea que nunc diximus precedenti cap. Est enim hic tertius in iudicialibus verus iudex quasi delegatus,⁊ cum iurisdictione sicut primi,vt clare patet ex his que dixi supra libro primo in pre allegato.c.v.vbi vide.

Deo sit semper laus ⁊ eius dulcissime matri.

Liber Octauus.

Que potestas intelligatur compromissarijs tribui ex compromisso.

Prefatio cum diuisione.

Irca ea que ante processum arbitri aut arbitratoris coniunctionē in dubitatione euenerunt. Pars vna necessario tractandi superest que potestas tribui intelligat compromissarijs ex cōpromisso an scz sit potestas arbitri qui iudicis more procedit, vt.ff.de arbit.l.j. a quo etiam non appellat. vt eo.tit. l.diem proferre.§.stari. An vero arbitratoris q extraiudicialiter se informat,vt.ff.d arbi.l.si d meis §.recepisse.a quo etiam reductio petitur ad arbitrium boni viri,vt.ff.pro socio.l.si societatem.§.arbitratorez.cū.l.seq.⁊ plene de hoc patebit in libris proximis.hāc aūt partez etiam forrasse non inconsiderate hoc octauo loco insernimus. Cū enim hactenus de personis ⁊ rebus ⁊ personarum coactionem primū diximus,proximeqz de solennitatibus compromissorū ⁊ pactis cōsequens est differere de potentia ipsorum electorū. Nā hec maxime ex modis compromittendi percipiuntur ex pactis quoqz ⁊ causulis compromissorum,vt inferius apparebit. Ex his patet qualis sit processus coram eis futurus demonstratur, vt nunc dictum est. Est aūt ante oia notandum quod licet antiqui docto.omnes nihil, aut parum de hoc in materijs arbitrorum tractauerūt tanq̄ in incidētibus locis quedā tetigerint de quibus oībus.i.mentionem faciemus.moderni tū breuia quedā tetigerunt ⁊ pace dixerimus eorum in multis defectiue, vt.i.in relationibus opinionum clare liquebit. Itaqz nos nihil in hac materia vtile ac necessarium ad declarationem perfecta mominttere cupientes more solito.

Prius de conuentionalibus tractabimus.

Post de testamentarijs.

Tertio de iudicialibus.

Quarto de tertijs personis que ob discordiam assumuntur.

Circa conuentionales primo generalem regulā pono que vt esse de omnium intentionē licet non exprimant eam potestatem tribui videri conuentionalibus compromissarijs ex compromisso quā importat natura verboꝝ partibus platorū ꝯpromissi tpe.pbat hec regula qꝛ oīs arbitrorū aut arbitratorū ptās pendet ex ꝯpromisso,vt.ff.de arbitris.l.nō distinguemus.§.de officio eodem tit.l.si cū dies.§.plenum.⁊.l.si cum dies proferre.§. fi. Cōpromissuz āt ꝯctus est, vt.l.iiij.§.sed si filius.ff.de pec. Cōtractus autē oēs legem accipiunt ex conuentione,vt.C.de pac. l.legem depositi.l.j.§.si conuenerit Itē pbat eadem regula p multa iura.ff.de arbi.in.l.si de meis.§.recepisse.eod.titu.l.item si vnus.§.pomponius.ver.sed ita.ff.pro soc.l.si societatē.§.arbitrorum.eo.tit.l.si coitra.ff.de verbo.oblig.l.si quis arbitratu.C. de ꝯhen.emptio.l.fi.de arbi.c.cum a nobis.de iureiur.c.quintanallis.de prebē.nisi essent cum similibus. Quia enim circa pmissaz rlaz ꝯuentionalium multe dubitationes oriunt has omnes dubitationes nostrum prosequentes stilum infrascripto ordine perstringere conabimur adijcientes postmodum de alijs tribus capitibus antedictis.

SVMMARIVM

1 Compromissum conuentionale in aliquem vt in arbitrum,vel tanquam arbitratorem factum quam tribuat potestatem.

Cap.j.octaui libri.

T
1 Ractaturi de potestate ꝯpromissariorum conuentionalium,vt se pius hoc mō ꝯpromittitur qđ vt arbiter cognoscat ⁊ pronūtiet vel vt arbitrator, io ab hoc incipiamus
1 † Innocen.notanter dicebat in.c.quintanallis.de iureiurand. eiusqz predicta in hoc communiter sequuntur docto.compromissariorum conuentionalium potestatem discerni ex nominuz diuersitate Unde secundum eum si compromittitur in aliquez tanq̄ in arbitrū erit arbiter eiusqz potestatem habebit si tanq̄ in arbitratorem erit arbitrator,⁊ arbitratoris fungetur potestate,nisi fortasse ex alijs verbis adiunctis appareat de contraria intentione an sit arbitrator an arbiter,quod tene menti perpetuo hoc enim sequit Spe.licet non ita declaret in titu.de arbi. §.sequit.ver.sed quid si simpliciter eligitur. Idem etiam bene

intuendo sequit᷑ do. Nico. de sicil. in. d. c. quintanallis. paulo post principiū. lȝ postea videat᷑ variare. idē ēt sensisse vr̄ Bart. in. l. si societatē. §. arbitrorum. ff. pro socio. in. ij. qō. si bñ inspiciā tur eius verba. Idem ēt videtur de intentione cōi oim doc. ꝛ est ipsa veritas q̄q̄ do. Ant. ꝛ Jo. de imo. nō aduertentes ad hec dicta in quadā qōne diuersa de arbitratore cui meta imposita est in cōpromisso. vt pronuntiet de iure tm̄, videnī a p̄dictis discrepasse ꝛ male, vt dicā. ī. eo. li. x. c. Pro his autē adduco tex. in. d. §. arbitrorū. in prin. vbi iuris cōsultus loquit᷑ tā ð arbitratore q̄ de arbitro, ꝛ tm̄ indistincte appellat eū arbitrum, vt demōstret q lȝ in dubio stare debemus verbis ꝯbentiū tm̄ vbi ex alijs qualitatibus adiunctis in compromisso apparet ꝯriū fuisse de intentione partium attendere debeamus hanc intentionē. pro hoc etiam tex. optimus. de arbi. in. c. cuȝ ꝯ nobis. q text. loquit᷑ de arbitro, vel arbitratore ḃm diuersas opiniones, de qbus dixi. ſ. li. primo. j. c. ꝛ tm̄ appellat eū mediatoreȝ. Itē ad ideȝ alter tex. in preallegato. c. quintanallis. q ēt loquit᷑ de arbitratore ḃm oēs, ꝛ tm̄ appellat eū mandatorem. Ad idē ēt tex. de prebē. in c. nisi essent. vbi papa loquit᷑ de arbitratoribus, ꝛ appellat eos ordinatores. facit etiaȝ ad hec q dixi. ſ. j. li. vij. c. Itē faciūt oia iura dicētia i ꝯtibus magis attēdendā intētionē q̄ verba. vt. ff. loca. l. si vno. in prin. ꝛ eo. tit. in. l. in lege. Et ēt alia iura dicentia ꝟba deseruire debere intentiōi. nō aūt intentionē verbis. vt. xxij. qō. v. humane aures. i. q. i. marchion. de consecra. dist. iiij. retulerunt. de verb. sig. c. intelligētia. ꝛ. c. preterea. cū concor. Attendendū circa oia predicta: nā do. Nicol. de sicil. in. d. c. qntanallis. limitat predicta oia vera esse vbi arbiter vel arbitrator assumitur super discordia. Aliud dicit si super aliquo actu ad purificationē ipsius, quo casu indistincte p quēcunq̄ oia intelligeret᷑ assumptus, vt arbitrator, vt vr̄ velle ḃm eum text. in. l. arbitrorū. cuȝ duabus leg. seq. ꝛ facit q no. Spec. in ti. de arbitro. §. j. ver. arbitrator vero. Sed vt mihi vr̄ hoc dictū nō est veruȝ. non. n. video qd repugnet, quo minus ēt actus purificatio possit in aliquē, vt in arbitrū reponi. nā ꝯdicit tex in. §. arbitrorū cū. l. seq. q̄q̄. n. ibi dicat᷑ purificationē ꝯtus repositaȝ in aliquē sine nominis expressione facere aliquē arbitratorē, vt statim subijciam. c. iij. tm̄ nihil ibi dicitur qñ nomen arbitri est expressuȝ in cōpromisso, put est in nostro casu quod satis vr̄ esse planum. nec dicas intentionem do. Nico. probari ibi, in. l. veluti. ibi arbitrio locatori ꝛc. qꝛ etiam arbitrator ꝯuenit, ꝛ in arbitratore sepissime eo nomine vtuntur iura, vt ibi, in. l. proposita. ꝛ. l. vnde ꝛ si nerue. ꝛ dixi plene in. d. vij. c. ꝛ sic non esset bona hec argumētatio Preterea. d. l. veluti. loquitur in compromissario qui erat vnus ex ꝯtentibus, vnde est impossibile eā intelligere in arbitro qui non pōt assumi in re propria, vnde alia rōne apparet eā intelligere in arbitratore ꝛ sic nihil facit ad hoc qō dixi. ſ. iiij. lib. xvij. c.

SVMMARIVM

1 Clausula compromissi vt conuentionaliter compromittatur in aliquem tanq̄ arbitrum ꝛ arbitratorem quid operetur.

Capitu. ij. octaui libri.

q Quid tm̄ circa premissa dicemus si in aliqueȝ cōpromittat᷑ copulatiue vt in arbitrum ꝛ arbitratorē.

2 † Certe ḃm premissam doctrinam erit arbiter ꝛ arbitrator, eodē tpe, ꝛ super eodeȝ nec hoc reputatur inconueniens a principio sicuti vnus, ꝛ idē eodē tempore ꝛ super eodē esse potest ꝛ ordinarius ꝛ delegatus, ꝛ arbiter vr̄ arbitrator, vt de preben. c. nisi essent. de arbi. c. cum tpe. de ele. c. cum causam. de presum. in. c. literas. cum si. ꝛ dixi supra. iiij. li. c. xij. Uiam tm̄ quaȝ elegerit hic qui hȝ duplicē potestatē ḃm eam ex postfacto dijudicabo. vt plene dicā. ī. xj. lib. c. x. Propterea in copromissis quotidie frequentatur, vt in arbitrum dicant se cōpromittere, arbitratorē, ꝛ amicuȝ cōem, ꝛ amicabilem cōpositorē q solū inductū est, vt latiores habenas cōpromissarius habeat ꝛ viam eligat que sibi magis placet, vt ex predictis apparet. Et vide ad illa verba amicuȝ cōem ꝛ amicabilē cōpositorē, quid. s. importet q dictū est. ſ. i. li. iiij. c. Ad vnū diligenter aduerte, qꝛ sicuti. ſ. dixi ex verbis adiunctis apparere de ꝯria intentione vbi separate factū est cōpromissuȝ, vt in arbitrū vel vt in arbitratorē ꝛ ḃm illā intētionē iudicari. eo. mō pari rōne idē dōm est, hoc casu vbi compromissum factum est in aliquem copulatiue. vt in arbitrū ꝛ arbitratorē. ex adiunctione. n. eorundē verborū. ſ. dictorum poterit iudicari merus arbiter, ꝛ qñq̄ merus arbitrator. eadeȝ. n. rō est vtro q̄ casu, ꝛ credo verissimum lȝ doc. non dicant. ꝛ. ī. melius apparebit. Que aūt sint illa verba ex quorū adiunctione predicta discernant᷑, dicemus. ī. eo. lib. iiij. c. cū seq. capitulis. vsq̄ ad finē huius octaui libri, qd rursus circa p̄missa dicemus si in aliquē alternatiue cōpromittat᷑ mō predicto. v. g. vt in arbitrū vel arbitratorē. Spe. in tit. de arbi. §. sequit᷑. versi. sed pone q sint. ponit sex rationes inuicē repugnātes. hanc qōnem tandem determinat hoc casu arbitrū iudicari non arbitratorē, qꝛ ḃm hoc eius potestas est validior, arg. ff. mādati. l. qui mutū. ff. de testa. l. queritur. Itē qꝛ p hoc magis abbreuiant᷑ lites, vt. ff. de arbi. l. q̄uis. Sed tm̄ dicas hoc casu nec arbitruȝ nec arbitratorem iudicari a principio, sed a compromissario datā intelligi optionem quaȝ partem velit assumere ꝛ electa parte ḃm illaȝ iudicari, ꝛ hoc sentit dominus Anto. in. c. quintanallis. bene intuendo eius verba. Iteȝ ēt expressius sentit ibi do. Jo. de imo. in. iiij. differentia. Addu. Imo. ad hoc. ff. ð vsuf. leg. l. si titio, sed parū facit, qꝛ non loquitur in disiunctiua. sȝ i copulatiua. Tu alle. ad hoc optime. ff. de leg. j. l. qui duos. cuȝ sua materia ꝛ quod ibi habet᷑ per doct. dū dicitur, quod qñ legatur res incerta de certis electio est legatarij. facit q habetur in simili. per Bar. in extrauaganti ad reprimendā in verbo, prout. in principio, ꝛ in verbo, videbit. in princi. qō habetur in clemē. sepe. ꝛ de verbo. signifi. De illo ēt dicendum est quid si sine vlla copula aut disiunctiua predicta noīa in cōpromissis inserantur. v. g. vt in arbitrum arbitratorem amicabilem compositoreȝ certe omni casu est idem vt in simili, probatur optime arguendo ab eo, qō dicitur de regula summarie de plano sine strepitu ꝛc. in clemen. sepe. de verb. signifi. in glo. super verbo. signi. in fin. quā tene mēti nedū ad hoc, sed etiā ad duas p̄cedentes qōnes.

SVMMARIVM

1 Potestas que resultat si simpliciter cōpromittitur, vt in bonū virum vel litis disceptatorem.

Capitulum. iij. octaui libri.

v Uideamus autez que potestas

1 † resultet si simpliciter compromittat᷑, vt in bonum virum sine alia nominum expressione, profecto hoc casu arbitri potestas resultabit, non arbitratoris, quia etiā arbiter vt bonus vir eligitur in quem precipue partes vrr̄ cōfidentiam habere, vt est expressum iuncta gl. ff. de arbi. in. l. iij. §. j. Et idem si simpliciter dictum sit eligimus talem nostre litis disceptatorē, vt probatur ibidē, ꝛ tetigi. ſ. vj. li. c. iij. hec autē semper vera sunt, nisi ex adiunctione aliorum verborum aliud denotetur, vt liquet ex dictis, nunc proximo cap.

SVMMARIVM

1 Compromissum simpliciter in aliquem factum sine nominis expressione vel qualitate quam tribuat potestatem.

Cap. iiij. octaui libri.

d Dubitatū sepius est. Quid

1 † si compromissum simpliciter fiat in aliquem, nec adijciatur nomen, vt in arbitrum vel vt in arbitratorem nec aliquid extrinsecuȝ adijciatur ex quo huiusmodi potestas deprehendatur. verbi gratia, Titius cognoscat ꝛ iudicet, vel remittimus in Titium, vel Titius decidat hanc questionē vel compromittimus in Titium, ꝛ huiusmodi verba. An ergo erit arbiter, an arbitrator. Specula. in titu. de arbi. §. sequitur. versi. quid si simpliciter. tenuit indistincte eum esse arbitrū non autem arbitratoreȝ, domi. Anto. de but. ꝛ Joan. de imo. idem in. d. c. quintanallis per id quod habetur. ff. de arbi. in. l. iij. §. j. latius dicētes hoc esse verū, nisi ex alijs verbis appareat, aliud fuisse de partiū voluntate, vt si dictū fuisset qō posset procedere ordine iuris seruato, vel non seruato, quo casu nō simpliciter, vt arbitrū elegerunt ḃm eos. Ego allego ad hoc q in dubio sit arbiter tres optimos tex. q adhuc nō solēt allegari extra de arb. in. c. dilect⁹ filius, ꝛ. c. ꝯuenit, ꝛ. c. ex pte tua. quos tex. ad h̄ bñ no.

no. Attende tñ bñ, qꝛ credo predicta vera esse, nisi fortasse aliqs simpliciter sup vnda purificatione ꝯtus assumat, tūc.n. potius videbit arbitrator ꝙ arbiter, nisi de mente partiū p alia verba appareat, hoc ꝓbatur vt nunc dixi expresse.ff.p socio. in.l.si societatē.in principio iuncto fi.l.cū principio.ꝛ ꝯiuncta.l.in proposita.ꝙ tene menti.qꝛ doc.non dicunt. Conuenire.s.dictum facit expresse qđ dicam.j.xij.lib.c.xiiij.sed solue, vt ibi dicam.

SVMMARIVM

1 Clausula cōpromissi quod de iure procedant ꝛ pronuntient cuius sit potestatis.

¶ Capitu.v.octaui libri.

e Ad adiunctione verboꝝ in cōpromisso diximus ptātem cōpromissarij cōprehendi an sit arbitri, an arbitratoris. Discutiamus ergo verba que in
1 hmōi cōpromissis apponi cōsueuerunt.† primumꝗ ab hac clausula incipiamus qđ de iure ꝓcedant ꝛ pronuntient cōpromissarij. Nā hec sepius in cōpromissis solet apponi. Si de iure dictū est vel ƀm ius qđ ꝓcedat ꝛ pronuntietur, sicꝗ ꝛ đ processu ꝛ laudo habita ē mētio in cōpromisso arbitri potestas ꝓculdubio huic cōpromissario data intelligeť. Nā hic, est qui integrū ꝓcessuꝫ iuris ordine necesse hꝫ cōficere, vt.ff.de arbi.l.j.ꝛ patebit.j.li.proximo.p totū. Nec differt an simpliciter factū sit cōpromissuꝫ, an sit expressum nomē, vt in arbitrū vel arbitratorē, vel vtrūꝗ nomen, qꝛ non attendimus verba, sed mentē, vt .s.eo.li.c.j. Idē est si dictum sit ꝙ procedat, ꝛ pronuntiet ƀm.ll.vel canones, vt no. Azo.in tit.de arbi.§.cōstituitur.ver.itē cōstituitur arbitriū.ꝛ Hosti.eo.ti.§.qualiter cōstituiť.ver.item ita demuꝫ. Et lꝫ ius dicatur esse clarū, ꝛ certū.vt.l.ornamentoꝝ ff.de aureo, ꝛ argento legato.ꝛ C.de furtis.l.ancille.ff.ad carbo.l.labeo.tñ oīno valet compromissum. vt satis liquet ex dictis.s.iij.lib.xv.c. Nec ēt per hoc preiudicatur quominus valeat tāꝗ sit factū compromissum, vt certam sñiam ferat, qꝛ lꝫ sit certa de iure, tñ non est certa ƀm factum, vt satis ēt dictū est in dicto loco. Idem etiam arbitrator si dictuꝫ sit ꝙ pronuntiet, ꝛ procedat ƀm statuta loci. nam hoc ius municipale, ius ciuile dicitur esse proprij loci, in quo vigent statuta. Et iđ potestas arbitri resultabit.pro hoc.ff.de iusti.ꝛ iu.l.oēs populi.ꝛ ꝙ ibi plene p bar. insti.de iure natu.gen.ꝛ ciui.§.ius aūt ciuile.ij.disti.ius ciuile. Idē credo si dictū sit ꝙ ƀm consuetudinē loci, aut cōsuetudineꝫ ꝯnalem. Nam hec pro lege accipitur, vbi deficit lex nec differt a scriptura, an rōne consistat vbi est ratiōe fundata, vt dicit tex. ysidori.j.distin.cōsuetudo.in princi. Idē qꝛ ius dr̄ consistere ēt in minoribus non scriptis, vt dicit ēt text.j.dist.c.mos.ꝛ facit ꝙ habeť.ff.de lega.l.de quibus.C.que sit longa consue.l.ij.insti.de iure natura.gen.ꝛ ciui.§.ex non scripto. Idē ēt puto si dictū sit ꝙ procedat ꝛ pronuntiet ƀm iustitiā. nā ƀm iustitiā fieri dr̄.i.qđ sit ƀm legem fundatam, non autem ex proprijs capitis equitate arg.l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.presi.ƀm Bal.expresse, in.l.nemo.C.de sentē.ꝛ interlocuto.om.iud.ꝛ in.l.iustitia.ff.de iu.ꝛ iure.ꝛ hoc ē verū ꝙuis dñs Ant.đ but.senserit. in.c.qntaualLis.illud dici fieri ƀm iustitiaꝫ ꝙ fit ƀm equitatē.ꝛ non recte p predicta.ꝛ etiam qꝛ ƀm iustitiam iudicare est ƀm ius iudicare, vt de verb.sig.in.c.ius dictum.ꝙ ēt tenet do. Jo.de imo.in.c. quintauallis. Sed quid dicemus si de iure vel ƀꝫ leges, vel alio đ predictis modis dictū est in compromisso procedi debere per cōpromissarium sic ꝙ de ꝓcessu facta sit mentio in compromisso, non autem de pronuntiatione, certe idem. nam arbitri potestas huic cōpromissario data intelligiť siue de arbitri vel arbitratoris, vel vtriusꝗ nomen in compromisso adijciatur cū ꝓcessus appellatione sñia cōprehendatur. vt in simili habeť.de act. ff.de re iudi.l.actoꝝ verba.ff.de iure fisci.l.in fraudē.§.valet.p Bal.ꝛ habeť in.c.qm̄ ꝯ.de ꝓba.ꝛ ibi expresse.de ꝓcessu.per Jo.an.ꝛ cano.ꝛ p Cy.in.l.ij.C.vt lite pē.hoc quoꝗ Idē inn. sentit in.d.c.quintauallis.si bene eius verba inspiciātur. quid rursuꝫ si de iure vel altero de preallegatis modis in cōpromisso adiectuꝫ sit ꝓnuntiari debere, nec de ꝓcessu futuro habita sit mētio.ꝑfecto vbi nomē arbitri vel arbitratoris in cōpromisso non est expressum arbitri potestas resultabit, qꝛ cū hoc fit et vbi nulla facta sit mentio ꝙ ꝓnuntieť de iure ƀm cōeꝫ doc. sñiaꝫ vt dixi.s.ꝓximo.c.fortius hoc casu vbi dictū est ꝙ de iure ꝓnūtieť arg.C.de sac.san.eccle.auc. multomagis.ff.de iureiuran.§.ꝯtomagis. Et hoc verū credo in ꝓposito mō ēt si cōpromissarius assumptus sit sup vnda ꝯtus purificatione ꝙuis doc.non dicant qꝛ lꝫ vbi hec qualitas non est adiecta in cōpromisso sit potius arbitrator quam arbiter in dubio propter naturā rei in qua assumiť.vt ꝓbaui.s.ꝓmo.c.in fin.tñ vbi adiectū est ꝙ de iure ꝓcedat, ꝛ arbitri in effectu ptās resultat ad hoc ꝙ dixi.s.eod.li.j.c.in fi.ꝛ ꝓbať, qꝛ cū sñia hoc casu ferenda sit de iure non bū vr̄ hoc fieri posse, nisi ēt acta precedētia iuris ordine emanauerint sup ꝗbus actis cōstat sñiaꝫ fundari debere, vt.ff.de offic.ꝑsi.l.illicitas.§.veritas.C.đ fideicō.liber.l.fi.ꝛ đ simo.c.lꝫ hely. nec dicas hoc esse ꝯ.volens cōpromissum cū hoc, vt ꝓcedatur de iure, ꝛ de facto, ꝛ ꝓnuntieť de iure tm̄, qꝛ illud ꝓcedit vbi expresse iuris ordo in ꝓcedendo remissus est a partibus in cōpromisso. Aliud est hoc casu si bñ cōsidereť. Preterea seꝗns clausula in dubio facit idē presumi actū esse tacite in precedentib⁹, de quibus non fuit specificatū, vt.ff.de lega.j.l.talis scriptura. in prin.de ap.c.ij.requiris.ꝛ p gl.ꝛ doc.in.l.j.C.de liberis preteritis. vbi aūt nomē arbitri vel arbitratoris in cōpromisso appositū est. ꝛ dictum est ꝙ cōpromittiť vt in arbitrū cū hoc ꝙ ꝓnuntiet de iure nulli dubiū eū esse arbitrum. vt patet.s.eo.lib.j. c.si vero dictū est ꝙ cōpromittiť, vt in arbitratorē cum hoc vt ꝓnuntiet de iure, tūc difficultas vr̄ prima facie pp quandam repugnantiā ꝙ reperiť inter do. Anto.de but.ꝛ do. Joā.de imo. nā dñs Ant.in.c.quintauallis.vr̄ dicere eū esse arbitratorē qui habebit de iure tm̄ pronuntiare pp legem sibi datā in compromisso a qua nō pōt discedere, vt.ff.mādati.l.diligēter.đ rescrip.c.cū dilecta cū si.nec.n.pōt dici ƀm eū, hoc casu in cōpromisso appositū esse illud ꝙ tacite inerat, ꝛ sic nihil opari, iuxta.l.iij.ff. de lega.j.qꝛ primo regulariter arbitrator pōt ēt ꝯ ius ꝓnuntiare moderate ledendo partes, vt no. glo.ff.de arbi.in.l.sed si in seruū.§.si qs iudex. Jmo.aūt in eodē loco hoc impugnans sentire vr̄ compromissuꝫ, hoc casu oīno esse nulluꝫ cū ibi appositūꝫ sit pactū ꝯ substantiam actus, potest.n.ƀm eius substantiam cōtra ius pronuntiare, vt dictu est. ꝛ ad hoc ꝙ compromissum sit nullum, hoc casu ex dicta ratione.alleg.ff.de preca.l.cum precario. Sed certe bene intuendo cessat hec dificultas hoc casu.loquuntur enim hi doc.vbi factum est cōpromissum in arbitratorē vt ꝓcedat de iure ꝛ de facto, ꝛ sententiet đ iure, i quo cōpromisso est diuersa rō, ad hoc de quo querimus vbi factū est cōpromissum in arbitratorē, vt ꝓnuntiet de iure, nec adiectū est quod ꝓcedat de facto, vt dicā.j.eo.lib.xvij.c.vbi etiaꝫ liquebit cuius sñia verior sit ex ꝓdictis. Quid tñ dicemus in proposita qōne ꝑfecto ex mente do. Anto.ꝛ do. Jo.de imo colligitur in loco pallega.dicto casu datā intelligi p oīa ptāteꝫ arbitratoris, qm̄ verbum illud qđ de iure pronuntient, nō intelligiť de iure ciuili romanoꝝ, sed de quodam iure naturali.i.ƀm naturalem equitatē arg.extra de iureiur.in.c.ad nostram.el.iij.in opi.pulchra vr̄, sed salua pace falsissimaꝫ puto multis rōnibus. ¶ Primo, qꝛ inspecta mente ꝯhentiū in ꝯpromisso ad quā in dubio attēdere debemus nō inspectis nominibus specificatis, vt satis ꝓbauimus.s.eo.lib.j.c.nō vr̄ partes cogitasse de iu.natu.sed de iure ciuili romanoꝝ qđ est cōe omniū gentium, vt institu.de iure natu.gen.ꝛ ciui.§.ius autem ciuile.ꝛ.ff.de insti.ꝛ iure.l.omnes ppl'i.iūcto alio tex.eo.ti.de iure natu.gen.ꝛ ciui.§.sed quoties sed hoc apparet ꝯsiderata cōi ꝯsuetudine loquendi, ƀm quā nemo cogitat cū loquiť, vt aliquid fiat de iure ad ius naturale, sed potius ad ius ciuile, vt.d.§.ſꝫ quoties, nec ob.tex.in.c.ad nr̄aꝫ qꝛ ibi iurm̄ qđ emanauit sub quadā vniuersalitate verboꝝ, iđ interpretatur benigne vt nō ꝯprehendat id quod est contra canonicas sanctiones, vt ibi exprimiť. Aliud est in casu nr̄o vbi ꝓprie intelligendo illud verbū, de iure nō ꝯprehenditur aliqđ qđ sit ꝯtra iura ciuilia vel canonica, sed ꝯprehendiť id quod permittitur a iure, vt statim apparebit. Et hec rn̄sio satis est, licet posset aliud rn̄sum dari. Quod id maxime ꝓbať arguendo a superfluitate, vt.l.si qn̄.ff.de leg.j.ꝛ de priui.c.si papa.libro.vi.si eniꝫ predicto modo intelligeremus nihil operareť illa clausula adiecta in compromisso qđ de iure ꝓnuntieť, nā etiaꝫ si simpliciter in arbitratorē compromitteretur sine dicta clausula deberet arbitrator inspecto iure naturali ƀm quandam equitatē naturalem pronuntiare, vt no.per glo.ff.de arbi.in.l.sed si in seruum.§.si quis iudex, ꝛ eo.titu.l.si de meis.§.recepisse.de ꝓben.c.nisi essent, ꝛ dicaꝫ.j.x.lib.xiiij.c. ¶ Tertio etiā id ꝓbatur, qꝛ clausula sequens dat intellectuꝫ precedentibus verbis, vt.ff.de legatis.j.l.talis scriptura.in prin.vnde cū dixerunt compromittentes qđ pronuntient de iure tacite, etiam ex hoc deprehenditur sensisse, qđ etiā de iure procedat, nisi aliud specificauerint. cū sñia non possit bene de iure proferri, nisi etiam acta iuris or-

dine confecta ꝓcedant. vt. ff. de offi. prefi. l. illicitas. §. veritas. ⁊ dixi idē. s. prime in alio capite huius qōnis. Nec curo ꝙ partes non dixerunt, vt in arbitrū, ſ; vt in arbitratorē, q: attēdim⁹ mentē non verba in his, l; ēt verbis stemus, vbi ꝯ̃ria mēte nō apparet extrinsecis adiectis in cōpromisso, vt satis. s. diximus eod. li. j. Et maxime hec procedunt in dotis personis cōpromittentibus que ignorant vocabulorū virtutes. arg. no. per gl. no. de testa. tute. l. ꝙ si nepotes. Ex his cōcludo potestatē arbitri datam intelligi dicto casu. non aūt arbitratoris, vt ex predictis apparet. Item puto si compromissum factum esset in aliquē, vt in arbitrum ⁊ arbitratorem copulatiue cum hoc vt pronuntient de iure, semper enim erit arbiter, vt ex precedentibus liquet.

SVMMARIVM

x Compromissum conuentionale vbi dicitur qꝺ procedatur ⁊ ꝓnuntietur de iuris rigore quid importet.

Capitu. vj. octaui libri.

d Dicamus de alia qōne circa precedentium materiā† qd. s. importabit cōpromissum conuentionale si dictum fuerit qꝺ procedat᷑ vel pronuntietur de iuris rigore. nostri docto. nō declarant, tñ profecto eum esse arbitrum satis ex precedentibus liquet. satis etiam ex premissis demonstratur an cogat᷑ ius seruare, ⁊ an aliter agens acta eius sint nulla.

SVMMARIVM

x Compromissum cū clausula vt cognoscatur ⁊ pronuntietur sine iuris ordine vel solennitate cuius potentie sit.

Capitu. vij. octaui libri.

d Primus de virtutibus cōpromissorū vt ꝓcedat᷑ vel ꝓnuntietur de iure. dicamus nūc ꝯ̃rio. †Quid si agat᷑ ꝙ sine iuris ordine vel solēnitate. Profecto materia hec a nostris docto. declarata est multū diminute. Igit᷑ eā plene explicemus, ⁊ nihil vtilitatis ommittam⁹. Primūq; inchoemus de virtute cōpromissi ꝙ possit cōpromissarius mō predicto sine iuris ordine vel solennitate cognoscere ⁊ pronuntiare sicq;, ⁊ de processu ⁊ laudo in ipso copromisso habita est mentio. docto. cōmuniter dicunt hoc casu ptātē arbitratoris intelligi esse datā. Nā hoc ē q̄ iuris ordinē non seruat, vt. ff. de arbi. l. si ꝯ meis. §. recipisse. ⁊ dicā. j. ix. li. p totū. sic no. Innocē. in. c. quintanallis. ⁊ cōiter oēs cano. Bar. ēt idē sentit in. §. arbitrorū. ⁊ Spe. in ti. de arbi. §. seq᷑tur. ver. qd si simpliciter elig᷑. Nos possumus plenius pro veritate cōsiderare qꝺ qñq; partes in cōpromisso non exprimūt nomē arbitri vel arbitratoris. sed simpliciter cōpromittunt mō predicto, ⁊ tunc vera est predictorū opinio. p dictā rōnē. qñq; partes exprimunt nomina. s. dicta. ⁊ tunc aut exprimunt nomen arbitratoris, ⁊ ēt idē sine dubitatione, ⁊ vide qꝺ dicam. j. proximo. c. Aut exprimunt nomē arbitri, ⁊ tunc aut dixerunt qꝺ possit tollere de iure vnius ⁊ dare alteri, ⁊ erit ēt arbitrator. nā hoc est ꝓpriū nature arbitratoris, vt. d. §. recipisse. ⁊ est ꝯ̃rium nature arbitri, vt eo. ti. l. j. Aut voluerūt ꝙ possit procedere ⁊ pronūtiare sine iuris ordine vel solennitate, nihil dicendo ablatione iuris alterius in ꝓnuntiando, ⁊ tūc credo secus. videtur. n. esse arbitrū, cui tñ erit remissa obseruantia ordinis iudicij oī casu licet doc. hunc casum non tangunt. hoc ꝓbatur q: in dubio stare debem⁹ noībus specificatis in cōpromisso nisi alia qualitas extrinseca nos vrgeat in oppositū, vt satis ꝓbauimus. s. eo. li. i. c. Hic aūt nulla qualitas reperitur in ꝯ̃rium. Nec ob. illud de remissione ordinis vel sollennitatis. Q: lex que dat ptātem iudicib⁹ ordinarijs qñq; remittit iudici ordinario solennitates iudicij ordinarij, vt. ff. de officio ꝓconsu. l. nequaq;. §. de plano. ⁊ C. de nau fr. l. de submersis. li. xj. ⁊ habetur de iud. clemen. dispendiosā de verb. sig. cle. sepe. Ergo eodē mō cōpromittentes q̄ dāt potestatē arbitro, vt. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de officio. eo. ti. l. qd tñ. §. fi. pōt hunc ordinē remittere ipsi arbitro. Et si dicis partes non possunt p pactū remittere ordinē iudiciariū, vt no. per glo. ⁊ docto. de offi. delega. in. c. de causis. rñdeo illud esse verū qñ volunt ꝓcedere corā iudice, sed qñ coram arbitro, aliud est, qm̄ vt dixi omnis potestas arbitri pēdet ex cōpromisso, ⁊ hoc voluit Bar. expresse, l; in alia qōne. ff. p so. in. l. si societatem in. §. arbitrorū. ⁊ domi. Franci. de albergo. idē sequens. ff. ꝺ ver. obli. in. l. si qs arbitratu. ⁊ domi. Anto. de but. ⁊ Imo. ⁊ cōiter oēs in. d. c. quintanallis. ⁊ ꝓbat᷑ optime. ff. de accus. in. l. diem ꝓferre. §. si qs litigatorū. in tex. iuncta gl. dū dr̄ quod ēt citatio que est substantia iudiciorū. vt de re iudica. cle. pastoralis. pōt remitti corā arbitro a partibus. Et ad hoc qꝺ dixi. s. li. proxi. vi. c. ⁊ hoc mō intelligit glo. in. c. fi. de re iudi. li. vi. q̄ voluit iudicē posse per partes remitti ordinē iudiciariū. nam hoc est verū faciendo iudicē arbitrū non aūt posset hoc fieri per partes vbi procederet, vt iudex ex predictis patet, l; do. Anto. in c. quintanallis. ēt iudici remitti posse voluerit iudiciorum substātialia partiū cōcordia, ⁊ non recte. p ea que habent᷑ in preallēg. c. de causis. hoc ēt tenet Jo. de imo. ꝯ̃ do. Anto. in eo. c. quintanallis. Aut exprimunt partes in dicto cōpromisso nomē arbitri, ⁊ nomen arbitratoris per copulatiuā vel disiunctiuā. vel simpliciter in quo non est differentia, ⁊ tunc l; doc. ēt non tāgāt, tñ ex cōpromisso erit a principio tā arbiter quam arbitrator. ex postfacto aūt ẜm processū quā elegit dijudicabitur qs fuerit, vt ex premissis apparet iunctis his que diximus. s. eo. lib. c. j. in fi. Difficultas aūt hoc casu stat in discernendo. quā viā elegerit ex ꝓcessu cum sine iur. ordine cedat᷑ vtroq; casu, ſ; ꝺ hoc dicemus magis congruo loco. j. xij. lib. xiij. c. Nunc dicamus de alio capite, Quid ergo cōpromissū inportabit si dictū est ꝙ ꝓcedat᷑ sine iuris ordine vel sollennitate. sicq; de solo ꝓcessu non de ꝓnuntiatione habita fit mentio in cōpromisso. Docto. in. d. c. quintanallis. eo. mō loquuntur, hoc casu quo retuli, nunc in precedēti. Ego puto distinguendū p oīa hoc casu eodē mō, quo distinxi in eodē. nam appellatione processus ēt snīa continetur vel laudum, vt dixi. s. eo. lib. iiij. c. Quid dicemus si dictum sit qꝺ sine iuris ordine aut solennitate pronuntietur, sicq; de sola ꝓnuntiatione, non de priori ꝓcessu agat᷑ in cōpromisso. doc. de hoc non tangunt, distinguendū tñ est eodē mō. s. qñq;. n. partes nō exprimunt nomina, vt in arbitrū vel arbitratorem. Aliquādo nomina hec expresse inserunt. pmo casu arbitratoris potestas videt᷑ resultare, nā illi cui remissa est sollennitas iuris in pronūtiando fortius remissa intelligitur in ꝓcedendo. arg. ff. de ꝓcu. l. ad rem mobilem. ⁊. l. ad legatum. ff. de iurif. om. iudi. l. ij. cum si. Itē si dr̄ ꝙ ꝓnuntiet sine iuris ordine hoc vr̄ intelligi, tā de ordine seu solēnitate ipsius actus pronuntiandi, quā etiam actorū precedentium, que tendunt ad finē faciendi validā ⁊ solennem pronuntiationē, per dicta iura. Preterea de quo minus vr̄ inesse, ⁊ inest, ergo ⁊ de quo magis, vt. C. de sac. san. eccle. auct. multomagis. ff. de solu. l. ⁊ magis nec dicas hoc esse ꝯ̃ id quod Bar. no. ff. loca. in. l. si in lege. in p̄n. vbi dicit ꝙ habēs arbitriū in ꝯdemnando vel puniendo, nō intelligit᷑ habere arbitriū in ꝓcedendo, nec poterit terminū arctare vel prorogare nisi dictū sit qꝺ habeat ptātē ēt in ꝓcedendo. Nā non loquitur ibi vbi solēnitas pronuntiandi est remissa totaliter, sed vbi effectus eius ꝙ oꝫ solenniter pronunciari remissus est in iudicis arbitrio.

Preterea possumus dicere ꝙ ēt vbi solēnitas iudicandi eēt reposita in arbitrio iudicantis. Illud locū haberet ad finē prorogationis tpis vel arbitrationis q̄ nunq; ꝯprehendūtur sub arbitrio nisi specialiter exprimant᷑, vt ibi exprimitur, ⁊ dictū ē lib. primo. ij. c. quo ad alias solennitates est secus, vt ex pdictis apparet. Scđo casu aut expssum est nomē arbitratoris, ⁊ est idem sine dubio, qꝺ dictum est in pcedenti casu, vt pꝫ ex dictis. s. eo. lib. i. c. Aut expressum est nomē arbitri, ⁊ tunc nisi sit dictū ꝙ possit tollere de iure vnius, ⁊ dare alteri, puto eum esse arbitrū cui erit remissa solēnitas iuris in pronuntiando, pōt. n. pars in ꝯpromissis hanc solennitatē remouere, l; nō in iudicijs ẜm verā sniam, vt satis nunc diximus i. j. q. huius capituli. Plus arbitror hoc casu, vt nedum in snīa, sed etiā in ꝓcessu ipsi arbitro partes intelligant᷑ solennitates relaxasse, l; de ꝓcessu nō expsse dixerunt hoc ꝓbat᷑ eisdē rōnibus, quibus nunc idē dixi in alio membro qñ nullū nomen arbitri vel arbitratoris exprimitur in compromisso si bene inspiciat᷑, ⁊ tene menti hoc. Aut in dicto compromisso expssum est vtrunq; nomen tā arbitri q̄ arbitratoris, ⁊ tunc habebit vtranq; ptātem a principio, expost āt iudicabit᷑ ẜm partē quā eliget. ẜm ea q̄ diximus. s. eo. lib. c. i.

SVMMARIVM

x Compromissum sic conceptū qꝺ possint cognoscere ⁊ ꝓnuntiare summarie, ⁊ de plano sine strepitu, ⁊ figura iudicij vel altero de his modis quā habeat virtutem.

Cap.

¶ Cap. viij. octaui libri.

a **Primus quid** iuris sit dcm̄ si q sine iuris ordine vel solenni
1 ta e. † Videamus cõsequenter quid importabit si in cõpromisso actū sit q summarie pcedat, ꝛ de plano, ꝛ sine strepitu ꝛ iudicij figura, vel altero de his modis, de qua mãa in pximis arbitroꝝ, nihil nři doc. tractauerūt. Sed añ oĩa considera nullã esse differentiã hoc casu, ꝛ ēt in sequentibus, vbi sunt apposite alie clausule, de qbus. ĩ. dicturi sumus, an in cõpromisso sit fcã mẽtio de processu tm̄. An de pnuntiatione tãtū seu laudo. An vo de vtroq; vt satis colligit ex nunc dictis. c. pxi. hoc igit premisso puto sic dicẽdū. Aut in cõpromisso nõ fuit expressum nomẽ, vt in arbitrū, vel vt in arbitratorẽ. Aut eius specificatio facta fuit. Casu pmo resultabit ptãs arbitratoris, vt ẽt patet ex dictis eodẽ loco, qr eadẽ est rõ. ¶ Scdõ casu subdistingue. Aut. n. expressum est nomen arbitratoris, ꝛ tunc erit arbitrator, ex quo ita partes specificauerūt, vt p Inno. ꝛ alios, in. d. c. qntaualis. ꝛ si dicis qd operabunt hoc casu dicta verba summarie ꝛc. cū nullus sit iudiciarius ordo corã arbitratore, vt no. ff. de arbi. in. l. si de meis. §. recepisse. ꝛ sic vr posse abbreuiari, id q non est, vt. ff. de verb. obli. l. decem. respõdeo qd verba hoc summarie ꝛc. idem importabunt, ac si partes dixissent hortamus te arbitratorem, vt breuiter ꝛ sine multa fatigatione nostra ꝛ sine aduocatis, ꝛ similibus te informes, ꝛ etiã expedias, p hoc argu. ff. de regu. iu. l. j. ff. de condi. inde. l. in summa. ff. de eo qd cer. lo. l. qd si ephesi. §. in summa. cum simi. satis enim potest a partibus hortari etiã arbitrator, vt breuissime se iformet ꝛ expediat vt ad sensum patet. Preterea vbi tale compromissum factum esset p verba necessitatem importantia, vt si dictū esset q debeat summarie ꝛc. procedere viderentur partes contradixisse a principio arbitratori volenti ordinarie pcedere, qd no. bene ad id qd. ĩ. dicemus. lib. x. sup hac q̃stione an arbitrator possit ordinarie procedi vbi facta est cõmissio cū his clausulis, ꝛ sequẽtibus. Aut i cõpromisso expressum fuit nomẽ arbitri, ꝛ erit arbiter, qui summatim vel sine figura iudicij pcedit, nisi forte in cõpromisso sint alia verba ex qbus appareat partes voluisse qd possit tollere, de iure vni⁹ ꝛ alteri dare, vt. s. p3. Aut fuit appositū vtrūq; nomen sc3 vt in arbitrū vel in arbitratorem, ꝛ tunc habebit vtranq; potestatem a principio ex postfacto autem dijudicabitur ßm viam quã eliget, ꝛ etiam probatur ex dictis. s. eodem lib. j. c. Adde in predictis vnū notabile, nam non est diuersitas, vtrum supradicte clausule coniungantur in compromisso per copulatiuam, an vero per disiunctiuam vel simpliciter apponantur omni enim casu idem important, vt expresse no. Jo. an. in cle. sepe. in glo. in verbo, figura iuxta finem. ꝛ Bar. in extrauaganti ad reprimendã, in verbo, videbitur, quod tene menti.

SVMMARIVM

1 Clausula compromissi qd procedatur ꝛ pronuntietur iuris ordine vel solennitate seruatis vel non seruatis cuius efficacie.

¶ Cap. ix. octaui libri.

1 s **Epissime** contingit vt non † simpliciter cõpromittat qd de iure procedatur vel q sine iuris ordine procedatur, sed vtrūq; pmissorum in compromisso adijciatur, verbigratia, compromittimus in Titiū qui cognoscat, ꝛ pronuntiet iuris ordine vel solennitatibus seruatis vel non seruatis, vel cū figura iudicij, vel sine, dicendum est ergo post premissa quid huiusmodi compromissum importabit. Spe. in ti. de arbitro. §. sequit. versicu. quid si sit cõpromissum, vt possit, dicebat talia verba debere interpretari, ac si dictum fuisset, vt in arbitrū vel arbitratorem, ꝛ si pcesserit, vt arbiter, sc3 seruato ordine iuris nõ reducitur eius dcm̄ ad arbitrium boni viri, vt si arbitrator secus, vt in. §. arbitroꝝ. Item etiam sequebant simpliciter transeuntes, cū hoc dicto. d. Ant. de but. ꝛ Jo. de imo. in. c. quintaualis. in. iiij. differentia. S3 certe hoc videt falsum. Nam etiam arbiter verus qñdoq; iuris ordinem non seruat, vt patet. s. c. proximo. vnde nõ sequit semper procedit iuris ordine, ergo est arbiter. Quid dicemus, distingue plenius ad veritatẽ inquirendam. Aut factū est compromissum modo predicto sine appositione nominum, vt in arbitrum vel vt in arbitratorem, ꝛ tunc verã puto predictorum sententiã, per ea que diximus. s. eo. li. pximis capitulis. Aut cū appositione dictorum nominum, ꝛ tunc aut dictum est quod vt in arbitratorẽ, ꝛ idẽ per ibi dicta. Aut dcm̄ est quod vt in arbitrū, ꝛ tũc aut fuit dcm̄ quod possit tollere de iure vnius ꝛ dare alteri ꝛ est arbitrator vt. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi. Aut de hoc nihil actū fuit, tunc secus, erit. n. semper arbiter q̃uis habet optionẽ ꝛ potestatẽ eligendi, an in procedendo, velit ordinẽ iuris seruare vel non seruare, vt in simili optime probatur de iudice in quem facta est cõpromissio, vt possit procedere summarie ꝛc. vt notat de in di. in cle. dispendiosaz. in glo. in verbo, valeat. ꝛ de verbo. signi. in cle. sepe. in glo. in verbo, non contradicentibus, in prin. Aut dcm̄ est quod vt in arbitrū vel in arbitratorẽ, ꝛ sic vtrūq; nomen est appositum, nec curo, an per copulatiuaz, an per disiunctiuã, an simpliciter, ꝛ tunc vera est ẽt opi. Spec. ꝛ sequaciū p dicta. s. Et tñ attendendū, qr hoc casu licet sit arbiter ꝛ arbitrator a principio, ꝛ possit eligere quã velit viã, vt dixi. s. eo. lib. c. j. iuxta fi. tñ si eligeret viã arbitri, nõ propterea cogeret iuris ordinẽ seruare, sed posset ẽt hoc casu iuris ordinẽ omittere p dictã clausulam q̃ ponit hec in eius potestate, hoc vr probari optime, qm̄ si aliud diceremus frustratorie esset apposita dicta clausula, nec aliquid operaret, cū alias sufficeret solū dicere, vt in arbitrū vel arbitratorẽ, vt ex predictis patet, ꝛ ad hoc qd habet in. l. si quãdo. ff. de leg. j. ꝛ de priuile. c. si papa. li. vj. Quo aũt in processu cognoscatur an elegerit viã arbiter, an viam arbitratoris, hoc casu videt iuris ordine procedi, dicam. ĩ. xij. lib. xj. c.

SVMMARIVM

1 Clausula compromissi vt procedant ꝛ pronuntient de veritate ꝛ equitate, ꝛ de facto quid importet.

¶ Capitu. x. octaui libri.

1 q **Uid dicemus** si in compromisso dcm̄ sit † q procedat ꝛ pronuntiet de veritate tantum vel inspecta sola facti veritate, certe idem est qd dixi in precedentibus capitulis vbi dictum est q sine solennitatibus iuris vel sine figura iudicij, idem etiam esset si diceretur qd procedat ꝛ pronuntiet de equitate vel de facto vel alio simili modo. Cum enim semper sit remissa figura iudicij, vt plene dicam. ĩ. lib. x. per multa capitula ad cognoscendum, an sit arbiter, an arbitrator teferas te ad distinctionem suprapositam in precedentibus casibus, qr semper eadem ratio est si bene inspicitur.

SVMMARIVM

1 Compromissum cum clausula vt procedant ꝛ pronuntient ad eorum arbitrium vel per alia verba arbitrium boni viri denotãtia quam potestatem tribuat.

¶ Capitu. xi. octaui libri.

1 Item nunquid arbitrator poterit † preceptum in concessum facere ẽm formam. l. si debitori. ff. de iudi. et planum est non posse probatur a fortiori per dicta in arbitro. s. lib. precedenti. iiij. ca. in. §. nunc transeamus ad precepta an possit mandare partibus quod pro se salarium deponant, credo q̃ sic lz nullus dicat, probatur per tex. ff. si mensi. fal. mo. dixe. in. l. j. et. ff. fi. regun. in. l. iiij. §. j. et facit optime quod habetur de proxeneta. ff. de proxene. in l. j. et. l. vlti. in prin. et quod dixi in. d. c. iiij. in fine.

SVMMARIVM

1 Arbitrator an possit contumaces punire et qualiter.

Cap. viij. vndecimi libri.

1 Sed nunquid licebit arbitratori contumaces † punire, certe non pena extraordinaria, vt. ff. de iud. l. ij. §. his dat, nec etiam iuramentũ in litem poterit deferre in casibus in quibus arbiter posset, quia hic non est lis, sed compositio quedam transactionis future, vt dixi plene. s. lib. j. iij. ca. In expensis tñ condemnare põt in eius laudo diffinitiuo, vt dicam. j. eo. lib. xvj. c. Item nunquid ex sola contumacia coram arbitratore incidit contumax in penaz compromissi. Bar. de hoc tangit in. l. si quis arbitratu. ff. de verbo. obli. et tenet quod sic, q2 ex contumacia impeditus est arbitrator laudare, vt. ff. de arbi. l. diem proferre. §. si quis litigatorum, idem ibi dicit Jo. de imola. et puto quod bene dicant, quia licet ille. §. loquatur in contumace coram arbitro, tamen eadem ratio est vtrocꝫ casu. s. impedimentum laudandi, hoc etiam sentit Bald. in. l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio procon. in questione de laudo sigillato, et in. l. fi. C. de contrahen. empt. in questione an laudũ requirat partium presentiam de qua. j. subdemus, predicta maxime sunt vera, nisi forte compromittentes promisissent compromissi tempore se obtẽperare preceptis arbitratoris, vel promisissent coram arbitratore comparere, q̃ declara, vt dixi. s. proxi. lib. v. cap. licet etiam si predicta non essent apposita esset idem, vt dixi quia eadem est ratio.

SVMMARIVM

1 Exceptiones an possint proponi aduersus arbitratorem, vel eius processum.

Cap. ix. vndecimi libri.

1 Videamus de exceptionibus † an possint alique contra arbitratorez opponi, aut contra eius processum, doct. non ponunt, tñ dicas omnes exceptiones opponi posse hoc casu quas dixi opponi posse contra arbitros. Idẽ in replicationibus et duplicationibus, et ceteris quia eadez est ratio non tñ proponi debebunt eodem ordine cum hic non sit ordo, nec figura iudicij, sed actus quidam penitus extraiudicialis, vt dictuz est predicta vera excepta declinatoria fori que debet in initio opponi ne alĩs videatur in talem arbitratorem consentire, arg. l. sed si susceperit, in prin. ff. de iudi. licet. n. hic non sit forum vllum tñ est instructio quedam ipsius arbitratoris, et ptãs laudandi ad quam instructionem si quis compareat, nec declinat intelligere in eum consentire, et sufficit, vt vlterius declinare non possit, vt. etiã dixi in arbitro. s. lib. precedenti cap. vj. in versi. videndũ est de pulchra questione eadem enim ratio est vtrocꝫ casu. Hesitatum tñ est an arbitrator possit, vt suspectus recusari, et quidam dixerunt non posse cum non recedatur ab eius persona anteqꝫ arbitretur, vt. l. fi. C. de contrahenda empt. ff. de verbo. obli. l. si quis arbitratu, licet secus sit in arbitro. vt. l. non distinguemus. §. cũ q̃dam. ff. de arbi. et hanc differentiã posuit Guil. de cu. in. l. episcopale. C. de epi. audi. tenuit etiam domi. Anto. de bu. in. d. c. quintaualis, dicens idem tenuisse Franc. de are. in. d. l. si quis arbitratu, allegans etiam pro hoc. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi. et. l. j. §. et post operis. ff. de no. ope. nun. facit ẽt pro hoc, q2 cum dicto arbitri stetur metu pene, sine equum sit siue iniquum, vt. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. merito prouidetur qđ possit ante sñiam recusari ex causa superueniente, vt. d. §. cum quidam. In dicto vero arbitratoris proditum est remedium, q̃ peti potest reductio ad arbitrium boni viri, vt. l. si societatez. §. arbitrorum. ff. pro socio. Sed Moderniores hanc differentiã p̃bant, et recte probatur, quia qua ratione potest recusari arbiter scilicet propter causam superuenientis suspitionis eadem videtur idem in arbitratore, vt. l. illud. ff. ad. l. aquiliam cum sim. et q2 in dubijs debemus sequi illud quod est verisimile, vt. ff. de regu. iur. l. semper in stipulationibus, cod. titu. ca. inspicimus, lib. vj. et q2 text. in. d. §. cũ quidam loquitur indistincte in arbitro, largo aũt modo appellatione arbitri venit etiam arbitrator, vt. d. §. arbitrorum. Nos aũt sumus in materia fauorabili, que debet large intelligi. est enim recusatio fauorabilis, quia admittitur ex quadam equitate, vt in. c. cum inter. de exceptione. Nec obstat quod a persona arbitratoris non recedatur, nisi postq̃ pronunciauit, quia illud verum, nisi superueniat noua causa suspitionis, vt patet ex predictis, facit quod habetur de offic. delega. in ca. ex insinuatione, et. ff. de interrogatio. actio. l. de etate. §. ex causa. Preterea in multis casibus recedi potest a persona arbitratoris, et alius assumi iuxta notata per Barto. in. l. si quis arbitratu. Preterea etiam a persona arbitri non receditur, vt alius assumatur immo vno deficiente totum compromissum expirat. vt de offic. delegat. cap. vno delegatorum, et nihilominus potest recusari propter suspitionem, vt. d. c. cum quidam, vnde illa ratio quod dictum arbitratoris possit reduci ad arbitrium boni viri, nam melius est ante tempus occurrere quam post vulneratam causam remedium querere, vt. l. fin. C. in quib. caus. in integ. resti. non est necess. Item videmus in iudice a quo appellari potest, vt. l. j. in princpi. ff. de appel. et tamen potest recusari ante sententiam, vt. C. de iud. l. apertissimi, et. l. cum specialis, de officio deleg. cap. suspitionis. iij. q. v. ca. quia suspecti. cum sim. Idem in procuratore contra quem licet possit propter gestum negotium domini agi mandati, si male versatur est in eius officio. vt. ff. manda. per totum tamen põt ante, vt suspectus remoueri, vt. ff. de procur. l. item si suspectus, de hoc per Joã. de imo. in. d. c. quintaualis. vij. differentia. et per do. Nico. ibidem. v. differentia. Illud not. quod licet arbitrator sic recusetur nihilominus tenet laudum per eum post recusationem mero iure

inspecto

inspecto, licet competat exceptio doli contra illum, qui se fundat ex eod. per text. in dicto §. cum quidam, quem tene menti, quia eadem est ratio in arbitro, & arbitratore, & vide quod dixi .s. ix. lib. cap. vj. in fi.

SVMMARIVM

1 Ferie an habeant locum coram arbitratore.

Cap. x. vndecimi libri.

a De ferijs dicamus an lo-
1 cum † habeant coram his arbitratoribus, & omnes dixerunt hoc casu locum ferijs non esse etiam si inducte sint in honorem dei, & fortius idem dicendum est de ferijs repentinis, quia huiusmodi arbitramenta dicuntur esse transactiones quedam que his temporibus fieri possunt, vt. l. fin. C. de fer. ibi transactiones loquantur &c. & quia omni tempore licitum est paci, & concordie intendere, que pax & concordia per hec sequitur, vt de feri. c. j. facit. xxiij. questione. j. omne quod, de hoc in Spec. de arbitro. §. sequitur, versic. sed nunquid amicabilis compositor. & per Bart. in. l. si feriatis. ff. de arbit. & eo. tit. in. l. si de meis. §. fina. & per dom. Anton. & Imo. in. d. c. quintanallis, & dom. Nico. in. c. cum dilectus de arbit. & facit quod not. gloss. in clemen. vnica. de offic. delega. Contra hoc videtur expresse facere id quod dixi de arbitro cui est remissa figura iudicij, qui non potest procedere diebus feriatis in honorem dei. s. lib. viij. cap. viij. in versi. vij. nunquid poterit procedere, sed hoc non est contra si bene inspicimus, quia arbiter non intendit principaliter compositioni, & concordie litigantium, sed sententie per eum ferende, prout iudex faceret eodem casu, vt. ff. de arbitr. l. j. hoc autem casu in arbitratore secus est, cuius principalis intentus esse debet, vt partes ad concordiam reducat, vt. d. l. si de meis §. recepisse, & dicam. j. eod. lib. xij. ca. Et ideo predicta vera puto, vbi vere pax, & concordia sequitur inter partes vbi prius erat discordia ex qua probabiliter poterat de scandalo dubitari. Sed si sequeretur ex laudo arbitratoris solum implementum alicuius contractus non crederem arbitratorem, vel partes sine mortali peccato his diebus feriatis in honorem dei posse se talibus ingerere, per. d. cap. j. de ferijs, facit de pen. distinc. v. qualitas. Et quia his diebus homines intendere debent diuinis non autem huiusmodi contractibus, seu mercatis, vt theologi dicunt, facit quod habetur in ca. decet, de immuni. eccle. arguendo de loco ad tempus, & inuenio hoc tenuisse dom. Nico. in. d. c. quintanallis. xiij. differentia. & recte iudicio meo. Et hoc iterum intellige quo ad pactum, sed ipsum laudum his diebus latum omni casu valet, licet arbiter, & partes peccent sicut dicimus in alijs contractibus, vt dicit gloss. notabilis in. d. c. decet, & quod notant Bar. Bald. & omnes in. l. ij. C. de sac. sanc. eccle.

SVMMARIVM

1 Arbitrator vtrum cognoscat de reconuentione, compensatione, & incidentibus, aut emergentibus questionibus.

Cap. xj. vndecimi libri.

a Sed an cognoscere poterit arbitrator de reconuentione, & compensatione, & in-
1 cidentibus questionibus, aut emergentibus. † nostri doct. in proprijs terminis de arbitratore non posuerunt, dico tamen idem hoc casu per omnia quod dixi in arbitro conuentionali. s. lib. precedenti. ix. ca. quia eadem est ratio vtroque casu si recte inspiciatur, per hoc quod habetur. ff. de fonte. l. j. §. hoc interdictum, de iure patro. l. adigere. l. quamuis. ff. ad. l. aquil. l. illud de fur. l. a Titio, cum simil. Excipe ab hoc quod dixi in dicto ca. ix. in fi. de eo, qui non vult litem conte. Nam illud non habet locum coram arbitratore coram quo lis non contestatur, vt dicit Innocent. & omnes in. d. c. quintanallis, & posui. s. eod. lib. ij. cap.

SVMMARIVM

1 Probationes nunquid sint coram arbitratore necessarie.

Cap. xij. vndecimi libri.

a Item nunquid coram ar-
bitratore sint probationes necessarie, doct. non bene
1 declarant. † Considera tamen quod iura nostra non aliud querunt, nisi an laudum per arbitratorem latum sit in effectu equum. An sit in effectu iniquum, vt. ff. pro so. l. vnde & si nerue. De modo autem per quem se instruit arbitrator non se impediunt iura, sed simpliciter omnem ordinem, & solennitatem circa hoc relaxant, vt. s. dictum est in. ij. c. huius libri, facit quod habetur. ff. de vsufru. l. item si fundi. §. fina. & l. si pendentes. §. j. vbi dicitur quod si aliquid committitur extraiudicialiter alicui, vt bono viro fiendum habetur respectus ad qualitatem non autem ad modum, vnde hoc casu si arbitramentum erit iniquum reducetur. Si autem erit equum stabitur in sua virtute, nec attenduntur hoc casu probationes ex quibus se instruxit arbitrator, quia cum scriptis procedat de eis non potest nobis constare, & in dubio presumendum est ac verisimile eum non sine causa motum fuisse, sed seipsum extraiudicialiter informasse, vt. ff. de lega. ij. l. cum pater. §. rogo. de serui. c. j. ff. pro soc. l. merito. cum sim. Et si forte erit reductio petita a laudo poterunt, & veteres, & noue probationes adduci ad laudi iustificationem, & hoc satis expresse sentiunt do. Anto. & Imo. in. d. c. quintanallis, dicentes idem voluisse do. Franci. de are. in. l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. & idem alij sentiunt, vt dicam. j. xiiij. ca. in questione an ad laudum arbitratoris sit necessaria citatio, & ex dictis liquido apparet quod ex hoc solo quod arbitrator noluit testes alicuius audire, vel instrumenta videre, vel partem interrogare ad instantiam alterius partis non dicetur laudum eius esse nullum, vel iniquum si alias non doceatur de effectuali lesione quod menti tene. Et vide quod nunc dicam sequenti ca. Item ex predictis apparet aliud notabile. Nam licet arbiter non possit esse testis coram seipso, vt. l. quisquis. C. de postul. & dixi. s. lib. proxi. ca. xj. tamen arbitrator sic a quo, vt dixi non exquiruntur extrinsece probationes quamuis sibi non credatur in reductione ad arbitrium boni viri, vbi ex eius dicto sequitur laudi iustificatio. vt suo loco dicemus. Hec omnia vera sunt inspecto mero iure. Consulo tamen arbitratoribus, vt semper probationes recipiant, & plenas prout & arbitri recipere tenentur vbi est probationibus locus, & hoc vt honestati eorum, & fame consulant, ne. s. ex affectione, aut alia ratione motos esse possint calumniari. Pone arbitratorem interrogasse aliquam ex partibus, que coram se recusat respondere nunquid poterit eam pro confessa habere. Certe non, quia non inuenitur cautum iure, incidit tamen hoc casu recusans in penam compromissi si se obligat parere preceptis arbitratoris, vt dixi .s. ca. vij. Item nunquid poterit testes requirere, vt coram se deponant. Certe sic si testes de plano volent testificari, vt ex predictis patet. Sed si recusarent non ipse citabit, qui non habet hanc potestatem, sed vtatur auxilio iudicis ordinarij, vt etiam in arbitro dictum est. Quia eadem est ratio vtroque casu.

SVMMARIVM

1 Arbitrator vtrum habeat necesse rem sibi commissam antequam laudet discutere, & in discussione partium presentiam habere.

Cap. xiij. vndecimi libri.

1 a Dubitatum est circa predicta † an saltem arbitrator necesse habeat rem sibi commissam modo aliquo discutere antequam laudum ferat. Et in ipsa discussione partium presentiam. Ex dictis nunc precedenti ca. videtur concludendum hec non requiri, cum vt dixi modum per quem seipsum instruit arbitrator iura non querat, & ita sentiunt omnes doc. sed do. Ludo. in. l. quis arbitratu. ff. de verb. obli. dixit oppositum his rationibus, primo per tex. ff. de arbi. in. l. si de meis. §. recepisse. ij. responso iuncto. c. cum Joannes heremita. de fide instruc. & xxx. questio. vlti. iudicante. vbi dicitur ante sententiam debere cuncta diligenter ruminari, licet text. in. c. ij. de re iudic. dicat celeri sententia hoc fieri debere. Secundo quia tale debet esse arbitratoris iudicium quale bono viro conuenit, vt. ff. loc. l. si in lege. Bono autem viro non conuenit ad sententiam procedere negotio non plene discusso. Tertio quia talis debet arbitrator arbitrari in re aliena qualiter vellet alium in sua propria, vt dicit tex. not. ff. de solu. in. l. j. Ad rem autem propriam nemo inhumaniter procederet, nec per alium procedi vellet. Quarto per casum expressum secundum eum in. l. j. §. cum

dicitur.ff.si cui plusquam.per.l.falcid.vbi dicitur bonum virum assumptum ad estimandum testatoris patrimonium debere vocare in cognoscendo partes quarũ interest, vbi per tex.in.l.iij. .C.fini regun.quem not.Barto.in.l.qui bona.§.fi.ff.de damno infec.vbi idem dicitur in agrimessore, qui vt bonus vir eligitur ad mensurandum. Quid dicemus breuiter veritas est ista. Quandoq̃ sumus ante latum laudum per arbitratorem,q2 forte arbitrator querit quod sit eius officium,⁊ hoc casu nullũ dubiũ predictam discussionem requiri,⁊ debet conari partes concordare si potest alias non diceretur amicabilis compositor,nec eius nomen correspenderet officio sibi iniuncto,vt.d.§.recepisse, sic loquuntur rationes,⁊ iura do.Ludo. Errat tamen do. Ludoui. dum requirit indistincte fieri debere dictam discussionẽ presentibus partibus,q2 hunc tractatum habere põt quandoq̃ etiam cum vicinis,vel etiam inter seipsum in camera sua ƒm qualitatẽ ⁊ naturam negotij,vt not.Bald.expresse.ff.de offic.procons.in l.nequicq̃.§.vbi decretum,facit ƒm eum qđ habetur.ff.de neg. gest.in.l.pomponius scribit,⁊ in.l.nesennius,primo responso, lz ipsa compositio requirat partium presentiam sine dubio,quoniã alias si non adsunt,qui discordant eorum concordatio non cadit vt.ff.de verb.oblig.l.decem. Et nota circa predicta vnam regulam valde vtilem,⁊ generalem quod in tali discussione huius arbitratoris omnia requiruntur,que sunt de iure naturali,vel diuino,seu de iure gentium. Unde solum intendit veritati,⁊ equitati,probatur in simplici per id quod not.Barto.in extrauaganti ad reprimendam in verbo,figura iudicij,⁊ in.l.j.ff.de testa.mili. ⁊.ff.de dona.in.l.si filiusfami.de iudice cui est remissa figura iudicij. Nam eadem est ratio vtroq̃ casu. Et hoc sensit expresse Bal.in.l.fi.C.de contraben.empt.dum dixit veritatem,⁊ equitatem esse duas radices per quas consituitur ad arbitramentum arbitratoris. Et vide que sunt illa,que requiruntur hoc casu vbi proceditur sine figura iudicij plene vltra omnes.s.viij.lib.viij. ca.§.sed que erunt he solennitates. Omnia.n.requirũtur in tali discussione arbitratoris,q2 eadẽ est ratio. Fallit tñ hoc circa petitionem,⁊ ferias per rationes quas dixi.s.eo.lib.iiij.c.⁊.ix.ca. vbi vide. Quandoq̃ laudum iam est latum,⁊ querimus de eius validitate,⁊ tunc si laudũ non peccat in alio quam in hoc solo, quia non apparet discussionem aliquam,vel compositionẽ precessisse,secus est dicendum,quia cum iura penitus omittant voluntati arbitratoris modum per quem seipsum instruat,⁊ partes componat,nec requirat scripturam vllam,vel testes in hoc adhiberi,vt habetur per Inno. ⁊ omnes,in.d.c.quintaualis, presumitur interuenisse hanc discussionem,vt.s.dictum est. Hec vera nisi forte ex alijs coniecturis hec presumptio tolleretur.v.g. ex temporis breuitate,vt quia immediate facto compromisso in eum tulit laudum,⁊ in tam breui tempore quod se non potuit informare,nec concordie antedicte intendere,vt habetur in simili in iudice de in integ.restitu.in.c.ex literis,circa mediũ,⁊ per Bar.Bald.⁊ Ange.C.de senten.in.l.prolatam,⁊ facit qđ habetur de in integrum resti.in.c.constitutus,de re iudic.in.c.cuũ Bertoldus,⁊ glos.notabilis in.l.sed si per pretorem.§.quoties ff.ex quibus cau.maio Et quod not.Cy.in prima consti.digestorũ. Et quod habetur in.l.fi.C.si per vim,vel alio modo,⁊ qđ habetur per Bald.in.ca.j.de inuesti.in ma.fac.⁊ dom.Nico. de Sicilia,in dicto c.quintaualis,in penult.colum. Idem puto si testibus probaretur arbitratorem nullam informationẽ,vel discussionem habuisse,quia forte ab hora facti compromissi semper cum eo steterunt,⁊ nunq̃ ab eo ante tempus laudi discesserunt. Quia eadem est ratio. Nec distinguo an tale laudum fuerit latum eadem die,qua factum fuerit compromissum,vel nõ,vt multi dixerunt,quia non probatur iure. Preterea multa sunt ex quibus de facili haberi potest informatio,⁊ tractatus concordie etiam in vna hora,vt si agitatur de sola estimatione vnius rei q̃ habet in manibus data copia peritorum,⁊ partium, cuũ quibus possit alloqui. Itẽ multa sunt in quibus etiã in pluribus diebus hoc non posset fieri, vt quando ageretur de estimatione maxime hereditatis, que habet bona in diuersis locis, ⁊ prouincijs posita,vt vnicuiq̃ ad sensum potest patere. Rursũ predicta de temporis breuitate vera sunt, nisi arbitrator ante tempus compromissi habuisset sufficientem informationem,vt quia sine compromisso antea conatus fuisset partes concordare,si eniũ de hoc constaret non est ratio quare etiam immediate facto cõpromisso non possit laudare. Cessat enim ratio predicta, ideo ⁊ dispositio,vt.l.adigere.§.quamuis de iure patronatus, de appellationibus,cap.cum cessante,cum similibus,⁊ ita quotidie videmus practicari,q2 amici communes intendunt concordie discordantium,⁊ fiunt quandoq̃ compromissa in eos post habitam informationem a partibus,⁊ tractatum concordie,⁊ immediate pronuntiant,sicq̃ sepius egoipse feci. Item etiaũ predicta vera, nisi arbitramentum consistat circa electionem personarum tantum, vel circa declarationem voluntatis alterius quo casu non requiritur vlla discussio vllatenus sicq̃ semper his casibus potest incontinenti facto compromisso laudari. Hoc dico argumẽto eorũ que notat Bart.in.l.j.circa finem.ff.de legatis secundo, ⁊ in.l. theopompus.ff.de dote prelegata cuius dicta referaũ infra eodem lib.xiiij.cap. Et sic intellige hanc materiam quam alij non declarauerunt,licet multa scribere nisi sint.

SVMMARIVM

1 Arbitrator nunquid possit alterum in locum sui deputare.

¶ Cap.xiiij.vndecimi libri.

1 Videamus an arbitrator possit aliũ in eius locũ deputare in totum,vel in partem. Et clarum est non posse, q2 in talibus non recedimus a persona eius antequam laudum ferat,vt.ff.de verbo.oblig.l.si quis arbitratu.C.de contraben.emp.l.vltima,facit.ff.de arbi.l.nõ distinguemus.§.quesitum,eo.titul.l.in compromissis. Et eadem ratione non potest iubere alium sibi associari,vt.d.§.quesitum,in fi.⁊ de hoc tangitur in Specu.eod.titu.§.j.in fi. Et intellige hec vera nisi aliud in compromisso actum fuerit,vt ibi. Et vide quod dixi latius.s. libro precedenti.xiij.cap.

SVMMARIVM

1 Arbitrator an habeat necesse partes ad laudum citare,⁊ requirere,⁊ eorum presentiam laudi tpe habere. 5.8.9.12.

2 Presentia alterius coram arbitratore quando requisita.

3 Contractus conditionalis potest purificari etiam altera parte absente,vel ignorante. Et cur. 10.

4 Arbitrator assumitur quasi vtriusq̃ partis negotiorum gestor, ⁊ procuratori,⁊ nuntio comparatur.

6 Citatio an requisita in executione mandati apostolici.

7 Intellectus.l.j.§.cum dicitur.ff.si cui plusquam per leg.falci.

11 Citatio an possit fieri die feriata.

¶ Cap.xv.vndecimi libri.

1 Post predicta dicendum est de laudis arbitratorũ.†prius tñ videamus an in huiusmodi laudis necessaria sit partium citatio,⁊ presentia,quemadmodum in arbitrorum sententijs,vt.ff.de arbi.l.diem proferre.§.si quis litigatorũ, an vero possint etiam irrequisitis,⁊ absentibus partibus ferri. Que questio licet nostris doct.visa sit valde difficilis, tamen q2 vtilissima est eam plenius omnibus, ⁊ magis lucide explicabimus,ponentes primo sententias omnium doc. qui in hac materia scripserunt,qui vt videbis multum variauerunt, nedũ alijs repugnantes,sed etiam quidam ex eis sibiipsis postea veritatẽ elicientes. Petr.de bella pertica.Jac.rauen.in.l.si quis arbitratu.ff.de vbo.oblig.dixerunt requiri citationem in tali laudo ⁊ partis presentiam,⁊ alias esset nullum per illum tex.vbi dicit quod moram fecit stipulator,nam si potuisset ibi arbitrari absente eo non contraxisset moram,vt.d.§.si quis litigatorũ. Idẽ tenuit Cy.in.l.fi.C.de contraben.emp. Idem consuluit Bart. in suo cõsi.qđ incipit. Talionus de spoleto p multas rões. Primo p.d.l.si qs arbitratu,vbi dicit esse casum. Scđo p casũ expressum ƒm eum.ff.de edili.edic.in.l.qđ si nolit.§.si quid ita,circa fi.vbi dicit quod ille,qui emit,vt nisi placuerit inempta fiat suo placitum,⁊ voluntatem exprimere non põt parte absente. Naũ illud vbum placuerit idem importat, ꝙ si arbitratus fuerit, vt l.thais.§.sororem, de fideicom.li. Tertio p casum.C.de secundis nup.in.l.hac edictali.§.his illud,vbi dicit quod tales arbitratores debent iurare, ⁊ sic apparet qđ pars debet esse presens tpe iuramenti,vt.l.si quãdo.C.de testi. Quarto per tex.ff. vbi pupil. educ.debe.in.l.iij.§.sed si non constat,vbi dz in iudice qđ lz non cognoscat in forma iudicij quando decernit modũ alimentis pupilli,tamen dz partes interrogare. Quinto per aliũ tex.ff.de arbi.in.l.si de meis.§.recepisse,in fi.vbi dz ꝙ arbitrator debet partes interrogare quid velint fieri quantum ad eum laudũ, ⁊ ista est amicabilis cõpositio quam facere dz. Sexto per tex.in.l.legatum.ff.de vsuf.leg.vbi quando fit arbitramentum de trãsmutanda

tanda vna re in aliam debent oẽs quoꝝ vnus interest adhibe-
ri. Septimo per ratioñe nãlem que gñaliter vult requiri debe-
re eos qui possint ledi. vt. l. nã ita diuus. de adop. nã possz vni⁹
presentia alios trahere in suam sñiam. vt. l. si in tres. ff. de arbit.
nec obstat ƀm eum qđ arbitrator nõ debeat iudicialiter cogno
scere. sz extraiudicialiter se informare. ⁊ ea que nõ requirũt cau
se cognitionẽ non requirunt partis presentiam. vt. l. diẽ profer-
re. in princ. ff. de arbit. ⁊. l. sed interpellatur. §. j. ⁊. ff. đ bono. pos.
l. iij. § pe. q᷑ loquunť in his in qbus absenti nullũ preiudiciũ pa
riatur. ¶ Itẽ dicit nõ obstare qđ merus exequutor facti nõ ha
beat necesse citare. vt. l. si vt ꝓponis. C. de execu. rei. iud. q᷑ illđ
qñ precessit plena cognitio, alias secus. vt. l. ⁊ si nõ cognitio. C.
si ꝯ ius vel vti. pub. Et has rationes formaliter referens tenuit
idem Bar. in. d. l. si quis arbitratu. ⁊ in. l. j. ff. de leg. ij. vbi singu
lariter dixit predicta vera nisi arbitramentũ ꝯsistat circa elec-
tionẽ ꝑsonarũ tm̃. quo casu nõ est necessaria citatio, q᷑ nõ seqť
lesio per. l. nulli. §. cum autẽ. C. de epis. ⁊ cle. ⁊ per. l. vnum ex fa-
milia. de leg. ij. ꝑ totum. vbi pz ꝙ talis electio fieri põt in testđ.
¶ † Idem ẽt sensit Bart. in. l. theopõpus. de do. prele. posuit
2 aliud valde singulare. s. predicta eẽ vera vbi arbitrator iudicat
ex proprio sensu, secus dicit vbi assumptus esset ad declarandã
voluntatẽ alterius vel aliquid qđ est factũ quo casu nõ est ne-
cessaria presentia alterius in tali declaratiõe per illã. l. ꝙ est ad
multa vtile. vt ibi per eum. Idez ẽt sequentes Bar. tenuerunt
Bal. ⁊ Ang. in. d. l. si quis arbitratu. cum prima limitatione. s̃.
posita q̃z sibi appropriant. Idẽ ẽt consuluit Bal. vt ipsemet re
fert in auc. ei qui. de tẽpo. ap. dicens arbitratorẽ qui pronũtiat
sine citatione videri clã facere ⁊ mala fide. ⁊ idem ponit ipse in
c. j. de inuesti. in mari. fac. iuxta fi. vbi dicit qđ quidam arbitra
tor laudauit ex arrupto parte nõ requisita nec audita. ⁊ in con-
tradictorio iudicio fuit ꝓnuntiatũ laudũ esse nullũ per id ꝙ ha
betur in. d. l. ꝙ si nolit. §. si quid ita. ⁊ no. per Bar. in. d. l. si qs
arbitratu. ⁊ q᷑ non solũ in iudicio, sed ẽt extra iudiciũ dz citari
is cuius interest, vt ꝑ Inno. ⁊ Jo. and. innouel. in. c. ex ratione.
de appel. ⁊ huius Bal. dictũ refert ⁊ cõmendat. d. Nic. in. d.
c. quintaualls. in pen. colũ. hanc ẽt partem qđ in hmõi laudis
arbitroꝝ requirať citatio ⁊ partiũ presentia sequutus est. d. Jo.
de imo. in. d. l. si quis arbitratu. post Bar. ⁊ supradictos exꝑs-
se subdens hoc casu laudũ ferri non posse ẽt in contumacẽ. Sz
Guil. de cu. in. l. epãle. C. de epis. audi. tenent ꝯrium dicens hu
iusmodi arbitratorẽ posse etiam absentibus partibus laudare ꝑ
l. cũ pr̃. §. hẽditatẽ. ff. de le. ij. ⁊. ff. ad tre. l. ex fcõ. §. ex fctõ. vbi di
citur ꝙ deportatus qui est in longinqua ꝓuincia remotus a ꝑ-
tibus arbitrať ad idẽ alle. ff. de acqui. here. in. l. si quis mihi bo-
na §. ij. ⁊. ff. de fideicõ. lib. l. si pater. §. si sticho. nec obstat ƀm eũ
qđ vt bonus assumiť ꝗ bonus vir nõ ꝓnuntiat partibus absenti
bus, q᷑ illud consideratur in effectu non circa modũ ⁊ ritũ iudi
cioꝝ. Itẽ q᷑ potest partibus notificari per nuntium vel episto
lã. arg. ff. depositi. l. publia. ƀm eũ. Et idem tenuit Cy. vt quidã
referunt in quadã additio. q̃z fecit ad dicta per eũ in. d. l. fi. C. đ
ꝯhen. emp. ꝑ dictas rationes Guil. ⁊ per. l. ij. C. de iure emphy.
⁊. ff. si men. fal. mo. dixe. l. j. in fi. Et idez Sal. sibimet repugnãs
⁊ suorũ dictoꝝ imemor. in. l. si qui ex consensu. C. de episc. audi.
vbi sequens Guil adducit ꝓ hoc q᷑ volũtas potest declarari co
ram amicis, lz pars sit absens. vt no. ff. de nego. gest. l. põponi⁹
scribit. ⁊ q᷑ laudũ arbitratoris redactum est ad instar ꝯctus. vt
3 no. ꝑ glo. in auc. de diffe. iudi. §. j. † Conditionalis autem ꝯtra-
ctus põt purificari ẽt altera parte absente vel ignorante. vt. ff. đ
condi. ⁊ demon. l. ij. Nec ob. ƀm eum. d. l. qđ si nolit. §. fi. iud. so
lu. q᷑ est in arbitrio arbitratoris requirere vel non requirere ꝓ-
sentiam partis, vnde dicit qđ ille tex. potius excusat nõ arbitrã
tem q̃z dicat eum nõ posse arbitrari. Idem etiam ipse Bald. tz
in. l. nequaq̃z. §. vbi decretũ. ff. de of. ꝓcõ. vbi inter cetera dicit h
verum. vbi qñ post examinationem cause ferť tale laudũ. sed si
pretermissa cognitione ex arrupto ferret laudũ clandestinum
esset in dolo sicqz laudũ esset nullũ vel annullandum ƀm eũ. ar.
ff. de procu. l. si ꝓcuratorẽ habentẽ. Itẽ dicit quod si requisitus
non comparet. tñ non soluitur cõpromissum arbitratoris, q᷑ est
quedã transactio. ⁊ non fit nouatio lz pena cõmittať. vt. ff. de trã
sac. l. qui vz. ergo nihilominus ƀm eum. Idẽ etiam voluit Bal.
ꝙ non requiratur partiũ requisitio vel presentia in. l. j. ff. de leg.
ij. in. v. q. simpliciter ꝑ not. in. l. iij. §. j. ff. de bono. poss. ⁊ de pre-
sump. c. fi. ꝑ Inno. ⁊ in cle. j. de off. deleg. ⁊ latius idem proseq
tur in. l. fi. C. de ꝯhen. emptio. vltra predicta adducit. c. si com-
promissarius. de elec. lib. vj. vbi pz qđ si canonici eligunt ꝑ viã
cõpromissi non est necessaria requisitio tempore laudi.

4 ¶ † Item q᷑ arbitrator assumiť quasi negocioꝝ gestor vtriusqz
ꝑtis ⁊ põt gerere negotium absentis sicut ꝓcurator ⁊ nuntius.
vt. ff. de ꝟb. ob. l. qui rome. §. calimachus. ff. man. l. creditor. §.
lucius. Itẽ laudũ arbitratoris põt ferri die feriata in honorẽ
dei. ⁊ tamen ad talem diem non possunt ptes moueri, vt. C. đ fe
rijs. l. vlti. ¶ Predicta tñ dicit esse vera vbi cõpromissum fa-
ctum est de re non litigiosa, alias si de re litigiosa arbitrator qui
omissa examinatione ꝓcedit versať in dolo nec videť sibi data
potestas. vt. d. §. lucius. ⁊ q᷑ omnis examinatio incipit a parti
bus. vt. d. l. fi. C. si ꝑ vim vel alio modo. sufficit ƀm eũ hanc exa
minationem precedere laudũ, lz tpe laudi ptes non sint presen-
tes. alleg. ꝙ no. Inno. in. c. Ray. de testa. in gl. que erat in ꝟs.
ẽt dicimus. nec obst. ƀm eum iura Bar. q᷑ in. l. si quis arbitra
tu. non dr̃ ꝙ arbitramentũ impediať de iure ꝑꝑ absentiam par
tis. sz dr̃ ꝙ si ꝑs monita non obtẽperat arbitratori incidit in pe-
nam rõne cõtemptus. ¶ Item q᷑ in. l. quod si nolit. §. qđ ita di
splicentia desiderat factum retraditionis que retraditio nõ po
test fieri absenti. non autem diciť ibi quod sola displicentia sine
retraditione declarari non possit absente ꝑte nam contrarium
est vex. vt. ff. de neg. gest. l. nesenuius. vt eccle. bene. c. i.
¶ Item q᷑. l. legatum. de vsuf. leg. non loquiť in arbitratore cõ
promissario, sed in iudice sicqz nihil facit. Idem dicit ad. l. hac
edictali. nam loquitur in arbitratoribus assumptis ad declara
tionem iudicis qui rediguntur ad instar testium, vt. ff. de do. pre
lega. l. theopompus. hanc etiam ꝑtem quod talis requisitio ꝑ-
tium nõ sit necessaria de iure tenuit do. Franc. de are. in. d. l. si
quis arbitratu. ⁊ do. Anto. de but. eum sequens in. d. c. quinta
uallis. vna differentia facit vltra predicta ƀm eos, q᷑ citatio nõ
reperiť esse necessaria de iure, nisi in his que fiunt in iudicio, vt
de presump. c. fi. cũ ibi no. ꝑ Inno. ¶ Itẽ q᷑ hoc nõ reperiť iu
re cautũ. ergo ⁊c. vt. l. illã. C. de colla. ¶ Ad iura Bar. rñdẽt
vt dixi scđm bal. in. d. l. fi. ⁊ ponũt nonã rñsionem ad. l. si qs ar
bitratu. nam ibi iđ fecit moram stipulator, q᷑ voluit comparere
coram arbitratore ad instruendum euz. ⁊ sic excusatur arbitra
tor si non laudat, vt. l. si de meis. §. fi. ff. de arbit. posset tñ si vel
let, vt. s̃. Que responsio est eadem quã bal. in. l. si qui ex consen-
su. facit ad. §. si qđ ita. si bene inspiciatur, vt. s̃. patet.
¶ Hoc ẽt sequutus est do. Jo. de imo. in prealle. c. quintaual-
lis. dicẽs se credere hãc ꝑtẽ veriorẽ de iure, lz ꝯor sit sñia bar
to. vñ ꝯcludit ꝑꝑ euitãdãs opiniones añ factũ tutius est serua-
ri opi. bar. post factũ vero saluari opi. ꝯriam. plus dicit Imol.
5 ꝙ illud ꝙ vult bal. in. d. l. fi. C. đ ꝯhen. emp. † ꝙ vbi arbitrator
assumptus est sup lite, tũc habeat ante laudũ ꝑtes necesse audi
re ne alias dicať versari non est vex de iure, q᷑ non inueniť cau
tũ de iure, sz sufficit eque arbitrari de honestate fateť eẽ quod
ita fiat. ⁊ ita dicit sensisse ꝑdictos doc. s. do. Franc. ⁊. d. Anto.
Idẽ ẽt ꝙ citatio hoc casu non requirať. tenuit do. Nico. in. d.
c. quintauallis. sequens ꝑfatas rõnes do. Franc. ⁊ do. Anto.
⁊ dicit idẽ voluisse do. Car. in. c. exposita. de arbi. ⁊ sensisse idẽ
do. Host. in eo. c. quintauallis. dum dixit arbitratores posse te
stes recipe ⁊ publicare, ⁊ sniam ferre partibus absentibus. Ad
idem facit ƀm euz vltra predicta. c. ij. de arbi. vbi exul ⁊ absens
cõpromisit. hoc etiam idẽ tenuit nouissime do. Ludo. in. d. l. si
qs arbitratu. ⁊ principale fundamentum facit ꝑ. d. l. i. in fi. l. se
quen. ff. si mens. fal. mo. dixe. ⁊ q᷑ hoc casu attẽdimus qualitatẽ
eius ꝙ est actũ per arbitratorẽ, nõ aũt mãm ƀm q̃z agit, vt. ff. đ
vsufr. l. si pendentes. §. j. ⁊. l. itẽ si fundi. §. fi. ⁊ latius q̃z aliquis
hunc articulũ ꝓsequutus est maxime rñdendo ad rõnes bar. ꝓ
ut. s̃. retuli alios rñdere quorũ dicta magna ex parte sibi appro
priat. Illud noui dicit quod rñsio. bal. ad. d. §. si quid ita. quaz
ponit in. d. l. fi C. de contrahen. empt. nihil vz, quia si ita intel-
ligerenť verba tex. dum loquunť de mora venditoris, vt bald.
dicit alia verba sequẽtia que dicunt, aut non fuerit presens ⁊c.
Nihil operarenť ꝯ. l. si qñ. de le. j. de priui. c. si papa. libr. vj.
Vñ ponit aliã rñsionem que fuit bal. in. d. l. si qui ex consensu.
vt. s̃. retuli. Itez rñdet ad. l. iij. §. sz si. ff. vbi pupil. edu. debe. ⁊
ad. l. legatũ. de vsufr. leg. ꝙ ibi iđ q᷑ ipsa. l. cõmittit iudici extẽ
dendo eius iurisdictionem. vnde intelligiť extendere cum eius
nã citandi, ꝑut alias ſꝑ facit, vt. l. de vnoquoqz. ff. de re iudi. ⁊
ad hoc alleg. l. inter socerũ. §. cum inter. de pac. dot. C. de iure
dot. l. etiam. ff. đ pigno. act. l. si conuenerit. §. si nuda. cum si. ⁊
quod habetur de iurisdictione ampliata, ƀm intellectum Bar.
in. l. epãle C. de episco. audi. Secus est in proposito nostro vbi
partes dant hanc potestatẽ. ¶ Itẽ aliaz responsionez ponit ad
l. hac edictali. §. is illud. q̃z dicit meliorẽ, q᷑ illa ratio concludit
esse necessariã ꝑsentiã partis dũ iurať. dũ aũt laudũ proferť nõ

facit ad rem. ¶ Item ad rōnē de actu preiudiciali ad quē q̄sq̄
6 vocari dꝫ. ēt extra iudiciū dicit fallere hoc casu. † sicut in simili
dr̄ in executione mandati apostolici vel executione snie in qua
non requirit̄ citatio posito ꝙ aliquis possit ledi, vt nota. primuꝫ
Inn. de presum. c. fi. de transla. prela. c. fi. ⁊ de concel. preben.
c. ꝑposuit. Et ẜm no. idē Inno. in. c. ex ratione. de ap. ⁊ Bar.
plene in. l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi.
¶ Quid igitur nunc nos dicemus in tanta controuersia nostro
rū patrū. Ego lꝫ sim Bar. pronepos, nō tamen assumpsi onus
defensandi sententias suas, sed veritatem, vt dicit Aristo. fie-
ri debere in. j. lib. Ethi. Et considera quod nostri doc. in predi-
ctis procedunt multū inuolute. Nam ex quatuor diuersis que-
stionibus vnam tantum faciunt ex quo confunditur sepe intelle
ctus ⁊ eius qui scribit ⁊ legentis. Nos ergo pro claro intellec-
tu eas separemus. Prima est de partium requisitione ad istru
ctionem arbitratoris. Secunda de partium presentia ad eandē
instructionē. Tertia de partiū requisitiōe ad laudū. Quarta d̄
partiū presentia etiam ad laudū. ¶ Ad duas primas rationes
tendit ratio Bar. in. d. consil. ⁊ in. d. l. si quis arbitratu. per. l.
hac edictali. ⁊ ēt vna ratio per. §. recepisse cū dictis alioꝝ doc.
circa intellectū istorū iurium que oia declara, vt dictuꝫ est. s̄. c.
precedenti. ¶ Ad tertiā questionē de requisitione partium ad
laudū pro veritate adhereo prime parti doc. nostrorum tāquaꝫ
magis ꝯsonanti iuri nostro, ⁊ ēt equitati. Et primo do casuꝫ ex-
pressum ꝑ hoc si non cauillet̄ in. l. j. §. cum dicitur. ff. si cui plusq̄
per. l. fal. vbi aperte dicitur ꝙ arbitrator electus ad facultates
testatoris estimandas, vt videat̄ an locus sit legi falcidie dꝫ no
tare partes quarū interest, ⁊ subiungit formalē qd̄ ceteris q ad
7 arbitrium missi nō sunt nō preiudicabit. † Notandū. n. qd̄ ille
tex. lꝫ vtat̄ solo verbo, arbiter tñ vbi profertur a lege, ꝓut ibi
fit, qꝛ sunt verba iuramenti cōprehendit non solum arbitriū ve
rum, sed ēt arbitrationeꝫ vbi materia est apta super qua ꝓfert̄,
vt. l. si societatē. §. arbitrorū. ff. pro so. lꝫ secus esset, si ꝓferret̄ ab
ipsis cōpromittentibus, vt dixi. s̄. viij. lib. i. c. ¶ Itē loquitur il-
le tex. de arbitro dato nec exprimit a quo, dꝫ ergo intelligi gñā
liter a quocunq̄ sit datus siue a iudice, siue a partibus compro
mittentibus extra iudicium, vt. ff. de public. iudi. l. de preto. xix.
dist. si romanorū. cum si. Item est ponderandum ibi verbuꝫ ce
teris. nam appellatione ceterorū veniunt oēs, vt. l. ceteroruꝫ. ff.
verb. sig. ⁊ l. ij. C. de here. insti. vnde cū dicitur ibi qd̄ ceteris nō
preiudicat, intelligit̄ nedū de alijs, sed etiam de his qui cōpro-
miserunt. Scd̄o pro hoc est casus recte intelligendo in. d. l. si qs
arbitratu. vt Bar. dicit. ⁊ omissis alijs responsionibus ad illā.
l. que sunt diuinationes, attende subtiliter, qꝛ dico tibi illud qd̄
alij non considerauerunt. ibi tex. loquit̄ de eo qui fecit moraꝫ, q̄
mora non cōmittit̄ sine requisitione, vt. l. amplius nō peti. ff. reꝫ
ra. habe. ⁊ loquitur de eo qui morā fecit quominus arbitret̄ vt
ibi tex. exprimit. non ergo fuit ibi requisitus ad instructionē ar
bitratoris, vt do. Fran. de are. do. Nico. ⁊ reliqui post eos vo-
luerunt, sed ad arbitramentū vnde credi dꝫ qd̄ ibi instructio ꝓ-
cesserat, qꝛ verba ibi posita debent intelligi proprie, si pro quia
proprie pñt intelligi, vt. l. non aliter. de leg. iij. esset autem ipro
prium dicere qd̄ faciens moram circa instructionem dicat̄ mo-
ram facere circa laudū futurū, qꝛ illud est per quandam ꝯñam
non directe sicut nec qui facit per alium dr̄ proprie per seipsuꝫ
facere, vt est tex. ff. qd̄ vi aut clā. l. aut q alr̄. i fi. ⁊ no. bar. in. l. h
verba. ff. de adul. ⁊ in. l. sed si vnius. §. seruus. ff. de iniurijs. nec
qui dat causam damni, dr̄ proprie dedisse dānum. sed causaꝫ ip
sius dāni, vt. ff. ad. l. aquil. l. j. qui occidit. §. in hac. in verbo, vi-
deatur. ⁊ de iniur. c. si culpa. cū si. ⁊ si dicis vt predicti doc. vñr
velle, qd̄ in. d. c. si quis arbitratu emanauit citatio que non fuit
necessaria ⁊ excusatur arbitrator si non laudat, ex eo qd̄ ps non
venit, vt. ff. de arbi. l. si de meis. §. fi. facilis est responsio. nā non
diceret̄ mora si non esset eius presentia necessaria, vt. ff. si quis in
ius vo. non erit. l. ij. in fi. ff. de arb. l. arbiter kalendis. C. de iudi.
l. properandū. §. ⁊ si quidem. ⁊ per Bar. de dam. infec. in. l. si fi
nita. §. iul. nec posset arbitrator ex hoc solo excusari cum instru-
ctio sua precesserit ⁊ vel precedere debuerit. sicq̄. d. l. si de meis
que dicit excusari eum cui non liquet de causa nihil ad hoc fa-
cit. Tertio ad idem vere est casus in. d. l. qd̄ si nolit. §. si qs ita.
vt Bar. ēt dicit intelligendo tex. ibi dum dicit si aut mora fuit
per venditorē qd̄ diuersificet a sequentibus verbis, prout est ne
cesse itelligere ꝓꝑ dictionē aut, q̄ ibi ponit̄ ad cuiꝰ veritatē suffi
cit alterū tm̄ concurrere, vt. l. si is qui circa. §. vtruꝫ. ff. de rebus
dub. Et vt aliquid illa verba operentur, vt. l. si qñ, de leg. j. ⁊ in-
ducas sū formaliter, prout dixi nunc, ad. l. si quis arbitratu. ⁊ h
est verus intellectus dictorū iurium quem supra dicti non intel
lexerunt. Ad idem quidam, allegant. l. opus qd̄ in aduersione. ff.
loca. sed non ꝓbat. Quarto vere ēt hoc idem probatur ꝑ tex.
in. l. iij. §. sed si non ꝯstat. ff. vbi pu. edu. debe. per. d. l. legatuꝫ. de
8 vsufru. legato. vt etiam Bar. inducit. † Nam si hoc est in iudi
ce qui procedit sine figura iudicij, ⁊ sic extraiudicialiter vt dic-
ta iura volunt, ergo idem in arbitratore qui extraiudicialiter ēt
rem suam expedit. vterq̄ enim eorū ab eodem fonte iuris, scili
cet naturalis vel gentium, ꝙ solā equitatē, ⁊ veritatem conside
rat se dirigit, vt dixi plenissime de primo supra in. viij. lib. viij.
c. in. §. est alia. De scd̄o pꝫ supra precedenti. c. ꝙ nō repeto gra
tia breuitatis. Et miror multū ꝙ saltem hanc rationem aper-
tam predicti doc. non considerauerunt. lꝫ Bal. in. d. l. fin. tetī
git hoc de veritate ⁊ equitate, quas duas dixit esse radices ar
bitratorū, nec reduxit recte ad ꝓpositum. ⁊ idem Jo. de imo. in
d. c. quintauallis. iiij. differentia. in prin. Et vide ꝓ huius intel
lectu in dictis locis. ⁊ optime ad hoc no. Bar. in alio loco, scꝫ
in extrauagan. ad reprimendam. in verbo, videbit̄, vbi fortius
dicit, etiā arbitratorē qui est electus expresso modo, vt iudicet
scd̄m eius voluntatem non esse liberū a regulis iurisgentium.
Cuius dictū retuli. s̄. predicto. viij. lib. xv. ca. optime ēt ad hoc
facit quod notant canoniste in. c. ex ratione. de appel. maxime
Inno. Host. ⁊ Jo. an. in nouel. vbi expresse dicūt quod etiā in
actibus extraiudicialibus necessaria est citatio illorum quoruꝫ
interest ꝑ. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. ⁊ similia iura
lꝫ illud non credā indistincte verū. sed eo casu tm̄ quo vertit̄ ex
tra iudicium ministeriuꝫ iudicandi, prout est in casu nostro per
dicta iura. Nec obstat illud quod dicit do. Ludo. de extensiōe
iurisdictionis q̄ dꝫ intelligi cum sua natura, vt. d. l. epale. quia
fateor, sꝫ hic non est vlla extensio. hꝫ enim iudicem eque prin-
cipaliter hanc iurisdictionem, vt hec faciat fieri extraiudiciali
ter, vt dicta iura volunt. Preterea extensio tunc intelligit̄ cū
sua natura quando fit ad simila, alias secus. pꝫ expresse ex his
que hñr in. c. j. ⁊ ij. de mutu. peti. ⁊ clarius ꝑ Bart. ⁊ Bal. in
au. c. ⁊ ꝯñr. C. de sen. vbi dicit reconuentionem que est quedam
extensio, vt eo. tit. l. cum papi. lꝫ sui natura dꝫ fieri cum priuile
gio simultanei ꝓcessus, vt habeat eandem naturam cum prima
vt ibi. tñ si fiat de ordinaria ad summariā, secus est qꝛ nō habet
hoc priuilegiū. Nec etiam obstat qd̄ dicit de executione man-
dati apostolici ⁊ executore sententie, qꝛ illud exprimūt iura ex
presse ne tales executiones retardent̄, ⁊ pōt ex cā iuri naturali
vel gēti, per ius ciuile i parte derogari, vt. ff. de iust. ⁊ iure. l. ma
numissiones. ⁊ l. ius ciuile. ⁊ hr̄ in. c. Ray. de testa. ⁊ ꝑ Cyn. in
l. scimus. C. d̄ nup. ⁊ Bar. ⁊ Bal. ⁊ oēs i. l. oēs ꝑpli. ff. d̄ iust. ⁊
iur. ⁊ ꝑ Bal. in. l. fi. C. de libe. prete. Vel dicas aliter qd̄ h ca
su in tali executione non dicitur esse officium aliqd̄ iudicādi ex
tra iudicium sed ex mera executione facti, ergo ⁊c. vt nunc di-
ctum est. Quinto ⁊ vltimo hec snia ꝓbat̄ qꝛ hoc idem nos ha-
bemus in principe qui est legibus solutus, vt. ff. d̄ le. l. princeps
leg. ⁊ C. eo. ti. l. digna vox. lꝫ enim coraꝫ eo non sit vllo mō ne-
cessaria obseruatio iudiciarij ordinis, vt no. Inno. in. c. j. d̄ lit.
ꝯtest. qꝛ eius presentia supplet oēm defectum, vt. C. de testa. l.
omnium. tñ dꝫ vocare partes ad eius sniaꝫ, vt est casus in. c. j. d̄ cā
pos. ⁊ ꝓprie. ⁊ in cle. pastoralis. de re iudi. ⁊ in. l. fi. C. de lega.
ẜm vnū intellectū gl. ⁊ tꝫ do. Ludo. ⁊ bene in hoc in. d. l. si qs
arbitratu. q̄uis Bal. nō memor predictorū dixerit ꝯriū ⁊ ma
le in. l. ij. C. qñ ⁊ quando iudex. C. de appel. l. ne causas nō lo-
quuntur in sententia, sed in priuilegio qd̄ diuersum est. Idē er
go dicere debemus ⁊ fortius in arbitratore cuius indubie nō est
tanta potestas in laudando quanta est principis in pronuncian
do. Pꝫ quia a sententia principis nullo modo ꝓuocatur, vt in
l. j. in fi. ff. quis ⁊ a quo appel. sed a laudo arbitratoris sic, vt. l.
vnde ⁊ si nerue. ff. pro socio.
9 Restat † respondere ad quedam iura que predicti do
cto. vltra ea quibus responsum est allegant q
ꝯriam partem tenent. Primo ad. l. cum pater. §. hr̄ditatē. de
lega. ij. ⁊ l. ex facto. ad trebel. qꝛ lꝫ parū faciāt, vt dixi. s̄. liij. li.
v. c. tñ nō negat̄ ibi citationē seu requisitionē nō precessisse. Et
idē dico de. c. ij. de arbi. Potest. n. hec reqsitio fieri per lite
ras vel nunciū, vt. ff. de arbi. l. ꝫ iterpellat̄. ⁊ sicut qs pōt ire ad
lōginquas ptes ꝓ arbitramēto iā lato eodē mō ꝓ eo ferēdo
nec est qd repugnet. Preterea cum dr̄ qd̄ deportati ⁊ similes
pñt laudare, dꝫ intelligi legitime, iuxta no. per glo. in. l. j. C. de
sac. sanc. eccle. cum si. ¶ Scd̄o ad. l. si quis mihi bona. §. ius-
su. d̄ acq. hr̄d. ⁊ l. si pꝛ sticho. d̄ fidei. lib. facilis est rñsio. nā ibi
non tractatur de aliquo habente iudicare extraiudicialiter, ꝓ

ut

nũ est noster casus sicq̃ nihil ad rem factum, vt ex predictis patet, ꝛ idẽ dicas ad.l.ij.C.de iure emphy. ¶ Tertio ad.l.j.in fi. cũ.l.seq.ff.si mens.fal.mo.dixe.in qua plerıq̃ ex predictis magnũ fundamẽtũ fecerunt, vt.s.relatũ ẽt faciliter rñdet, nã mensurator agrorũ de quo ibi loquit̃ ꝑprie in sua relatione magis refert illud ꝙ prius est mensuratũ ꝗ̃ iudicet de ꝑprio sensu ideo nõ est in tali relatione necessaria partis requisitio, vt ibi secus est in ipsa mẽsuratione, vt.l.iij.ff.finiũ regun. ꝛ hoc posuit elegãter Bar.in.l.theopõpus de dote prelega.iuxta fi.vt.s.retuli, ꝙ tene mẽti. ¶ Quarto ad regulã qḋ voluntas potest declarari corã amicis.dic breuiter illud verũ in ꝑpria voluntate q̃ non se h3 ad iudiciũ seu remotionẽ cõtrouersie aliquorũ discordantiũ.aliud est hoc casu vbi est admixta cum arbitramento rerũ alienarũ. ¶ Quinto ad idẽ dico ad aliam regulã qḋ cõditiona

10 lis ꝯctus potest impleri ignorante altera parte. † Nã illud iõ, q2 tunc non agit̃ de vllo arbitramento hominis in rebus alienis sed de implemẽto conditionis que stat in manibus fortune vel hominis q non arbitrat̃, sed merũ factũ implet, vt.d.l.ij.de ꝯdi.ꝛ demon. ¶ Sexto ad gl.in.l.iij.§.pe.ff.de bo.pos.ꝗ̃ bal. allegat in.l.j.ff.de leg.ij.que dicit ꝙ non requirit̃ citatio in his que nõ in forma iudicij agunt̃. Dico breuiter ꝙ male loquitur q2 ꝯ casũ in.c.l3.de preben.li.vi.ꝛ facit qḋ no.Jo.an.in.c.accepimus de eta.ꝛ qualita.ꝛ ꝙ dixi.s.in quinta rõne ꝗ̃ feci pro hac parte per cle.pastoralis.de re iudic.ꝛ similia iura.

¶ Septimo ad.c.si cõpromissarius.dic breuiter ꝙ ibi iõ q2 arbitramẽtũ ꝯsistit circa electionẽ ꝑsonarum non aũt circa taxationem alicuius quantitatis, vel alterius estimationis.iõq̃ hoc casu nulla requirit̃ citatio, vt no.Bar.multũ notanter in.l.j.circa fi.ff.de leg.ij.ꝛ sequunt̃ idẽ Bal.Ang.Imo.Ludo.ꝛ oẽs in d.l.si quis arbitratu. Octauo ad illud qḋ negociorũ gestorũ nũcius ꝛ ꝑcurator petant negotiũ absente dño fateor sed nihil ad rem nostrã.nam ibi nõ agit de vllo arbitramento extraiudiciali fiendo inter eos qui sunt in discordia.

¶ Nono ad illud de arbitramento qḋ ferri põt die feriata, ad ꝗ̃ tñ non potest fieri citatio, l3 hec ratio valde placuerit ẽt Jo.

11 de imo.in.d.c.quintauallis.tñ facilis est responsio. † Nã illud est verũ in citatione iurisdictionali, ꝫ simplex monitio extraiudicialis, ꝗ̃ facit arbitrator ferri põt ẽt ad diem feriatã, vt bart. dicit de interpellatione extraiudiciali in.l.cum filius.ff.de ver. obli. Preterea cum arbitratori ꝯcedatur laudare tali die itelligant̃ ei ꝯcessa oia ea sine quibus tali die laudũ ferri nõ posset, vt.l.ij.ff.de iurisdi.om.iudi.ff.de ꝑcu.l.ad rem mobilẽ.ꝛ.l.ad legatum.cũ simi.ꝛ hoc tenuit Ludo.in.d.l.si quis arbitratu.ꝛ bene. ¶ Decimo ad regulã.l.si pendentes.§.j.ꝛ.l.item si fundi.§.fi.ff.de vsufruc. Breuiter dico ꝙ verũ est hoc casu nõ attendi modũ ꝛ ordinẽ qui ortum h3 ex dispositione iuris ciuilis, sed regule iuris naturalis seu gentium, ex quibus cãtur hec requisitio in actu preiudiciali, vt.d.cle.pastoralis.nullo modo sunt sublate, sed addẽs intenditur in talibus arbitramentis, vt pauloante dictũ est. † Ex his omnibus teneo firmiter requisitionẽ partiũ

12 necessariã esse ad eẽ laudi in talibus arbitramentis exceptis illis duobus casibus quos vt dixi, vnum Bar.ponit in.d.l.j.circa finẽ.ff.de leg.ij.alterum in.d.l.theopõpus.quos casus not. ꝑpetuo, maxime ad ea que dicam.i.eo.lib.c.pe. Adde tertiũ casum qñ arbitrator laudat vltima die termini appositi ad durationem cõpromissi, vt p3 ex his que scripsi plene.s.precedenti lib.iiij.c.in.§.de illo eadẽ enim est rõ vtroq̃ casu, tam in arbitro ꝗ̃ in arbitratore.ꝛ hoc ẽt vltimum tetigit do.Ludo.in.d.l. si quis arbitratu. ¶ Ad vltimã qõnem de partiũ presentia an sit de substantia in hmõi laudis arbitratorũ, vt non possint ferri in cõtumaces.teneo etiam partẽ anteriorẽ, sc3 qḋ requirat̃ casus est expressus pro hoc bene intelligendo in.d.l.si quis arbitratu.ꝛ inducendo eam modo quo dixi.s.nam non diceretur esse in mora si non esset eius presentia necessaria, vt.d.l.ij.in fi. ff.si quis in ius voc.cum si. Item ad idem est casus etiam expſsus eadẽ ratione in.d.l.qḋ si nolit.§.si quid ita.in versic.si aut mora fuit per venditorẽ.nec enim põt aliter intelligi nisi velim diuinare, vt ex predictis apparet in precedenti qõne. Tertio h ꝑbo tali ratione.nam hoc reperit̃ statutũ a iure expresse in arbitro qui l3 soleat ꝑcedere more iudicis, vt.ff.de arbi.l.l.tñ non potest pronuntiare in contumacem, sed requirit̃ semper presentia partium tempore sententie sue vt.ff.de arbi.l.diem proferre. §.si quis litigatorum. Ergo idem fortius dicere debemus in arbitratore q ꝑcedit sine ordine iudiciario.iudicis enim ordo est inter cetera, vt pronuntiet in contumacem tempore sententie q2 habet̃ pro presente post citationẽ, vt.C.de iudic.l.properandũ §.sinaũt ex gestis, ꝛ.§.sinatit reus, ꝛ not.C.qño, ꝛ qñ iudex.l.j.ꝛ l.ea que.ff.de re iudica.l.quesitũ. Et quia cum arbitrator dicto casu sit remotus ab ordine iudiciario, ꝛ sic redactus sit ad viam extraiudicialẽ. Clare p3 ex hoc hunc esse ritũ hñtis extraiudicialiter iudicare in rebus alienis super quibus est controuersia debere partibus ꝑsentibus hoc facere. Hec vera existimo nisi ad arbitrũ cõsistat circa electionẽ personarũ, vel nisi sit assumptus ad declarandam voluntatem alterius, vel aliud qḋ iam sit factum, ꝛ sic sit mera relatio quibus casibus cur non requiratur citatio partium, nihilominus requiritur presentia earum, vt ex se liquet, illud no.ꝙ licet non requiratur citatio, vt dixi quando fertur laudum vltima die termini. presentia tamen partium requiritur tam in arbitro quam in arbitratore, quia ipsa dies, ꝛ hora vltima citat pro homine, vt.C.de contrahen.ꝛ commit.stipu. l.magnam, vnde est hoc casu citatio si bene cõsideratur. Et nũc habes veritatem harum questionem.

SVMMARIVM

1 Arbitrator an debeat, vel possit eo modo quo arbiter laudum ferre ꝛ pronunciare.
2 Mixta que sint dicenda.
Arbitrator nunquid possit laudum interlocutorium reuocare.
3 Laudum arbitratoris diffinitiuum an debeat esse conforme petitioni actoris.
4 Reductio ad arbitrium boni viri ex laudo arbitratoris quando peti possit.
5 Arbitrator moderatam lesionem facere an ꝛ quando possit.
6 Factum ꝑ bono pacis, ꝛ cõcordie quando aliquid esse dicatur.
7 Arbitrator si compromisso pendente res pereat nunquid poterit laudare super interesse, vel estimatione.
8 Arbitrator vtrum possit per partes laudare, ꝛ laudum mutare, corrigere, ꝛ interpretari.
9 Laudum clausum, ꝛ sigillatum per arbitratorem an valeat.
Laudum plurium arbitratorũ aliqbus absentibus vtrũ teneat.
10 Laudum super compromisso facto in arbitratorem per procuratorem, ꝛ latum in personam domini nunquid sit validum.
Arbitrator an possit alienationem rei super qua factũ fuit compromissum prohibere.
11 Laudum per turpitudinem latum, ꝛ sordes an valeat.
12 Presumendum nunquid sit pro laudo arbitratoris in dubio.

¶ Cap.xvi.vndecimi libri.

Vidimus de citatione ad laudũ, ꝛ partiũ presentia. Nũc de ipsis lau

1 dis arbitratorũ vtiliter aggrediamur. † Primumq̃ de eo discutiamus an in hmõi arbitramẽtis laudum sit triplicis speciei queadmodũ esse diximus in arbitrijs, doct. nõ ponũt, credo tñ nihil huic rei repugnare, maxime si ordinem aliquẽ sic extraiudicialiter arbitrator seqt̃.ꝑ hoc.ff.de iudi.l.oẽs ꝛ.l.iij.§.idẽ scribit.ff.de pecul. sicut ergo id qḋ agit arbiter inter ptes ad eius instructionẽ anq̃ ꝑnunciet sup facto ꝑncipali diximus eẽ laudũ interlocutoriũ, vt.ff.de arbi.l.qualẽ.i fin.ꝛ illud

2 laudũ dicimus eẽ diffinitiuũ. † Ea aũt q̃ de vtroq̃ ꝑticipiãt dicunt̃ eẽ mixta, vt plene dixi.s.ꝑxi.li.xiij.c.in prin.eodẽ mõ idẽ dicem9 in his q̃ agit arbitrator.nã eadẽ in vtroq̃ vr̃ rõ. Hoc intellige si de talibus agitatis apud arbitratorẽ aũ diffinitiuũ laudũ ꝯstat.al's secus eẽt si forte sine scriptura ꝑcessit, nec de modo ꝑ quẽ se instruxit apparet, vt satis liquet ex dictis.s.eo.lib. xij.c. ¶ Itẽ nũqd poterit eius laudũ interlocutoriũ reuocare, ꝛ planũ est ꝙ sic.hoc.n.est in arbitro, vt.ff.de arbi.l.dicere.ergo fortius in arbitratore corã quo nullus est ordo necessarius Illud not.qḋ hec reuocatio põt fieri h casu indistincte, non.n. est qd liget arbitratorẽ quo minus hoc possit ad sui libitum.vñ ois mã.de qua h3.ff.de re iudic.l.ꝙ iussit, maxime ꝑ bart.cess.t

3 h casu.facit r'a eius est nolle.ff.de re.iu.cũ si. ¶ † Nũc videam9 an laudũ diffinitiuũ arbitratoris deat eẽ ꝯforme petitioni actoris queadmodũ diximus in laudo arbitri. Spe.in ti.de libel. ꝯce.§.restat.iuxta fi.sensit simpliciter qḋ sic p.c.l3 hely.de symo.ꝛ similia iura. Hoc dictum est verum vbi petitio actoris esset extrinseca a compromisso corã arbitratore producta, alias laudum deberet se conformare cum compromisso qḋ compromissum hr̃ pro petitione, vt satis p3.s.eod.lib.iiij.c. Itẽ nisi rõne coherentie vel accessionis fines compromissi seu petitionis excedant̃, vt ẽt p3.s.eo.lib.c.x.ꝛ.i.c.ꝑxi. Item an debebit fundamẽtũ assumere in iure sicut snia arbitri an in equitate ꝑfecto naturalem equitatẽ semper d3 arbitrator inspicere, qñ veritas

r equitas, que sunt radices arbitramenti fm Bal. C. de contra ben. emp. l. si. hinc dixit eleganter glo. ff. de arbi. in. l. sed si in se rum. §. si quis index. r eo. ti. in. l. si de meis. §. recepisse. arbitratorē posse in iudicādo excedere metas iuris auferēdo vni, r dando alteri de iure alterius p bono pacis r cōcordie. r idez tenēt Inno. r do. Anto. r Imo. r oēs cano. in. d. c. quintaualis. Rō drie inter predictos est, qz arbiter eligit loco iudicis. ideoqz dz semitā iuris sequi, vt in pemio decreta. ibi, ideoqz lex proditur rc. Arbitrator aūt eligit vt amicabilis cōpositor r transigens inter partes, vt. s. pluries dictū est. De natura vero transactionis cōpositionis est. vt pro bono pacis vni dari r alteri auferri, qm̄ satis lucrat q a lite discedit, vt. l. lucius. r ibi no. ff. ad treb. r hanc rōnem posuit do. Nico. in. d. c. quintaualis. xx. dria pl' dicens de hoc esse tex. notabilē iuncta gl. in. c. nisi essent. d pb. r bene facit q nunc dicā in q̄ne de eo qui laudauit vz aliud p

4 alio reddat. † Hec vera intellige qn̄ arbitrator ledit partem in quantitate moderata alias si plus debito grauaret peteret reductio ad arbitriū boni viri a tali laudo arbitratoris. vt. ff. pro so. l. vnde r si nerue. fm Bar. in. d. §. recepisse. r sequunt oēs. Ex his omnibus dicit do. Nic. in loco prealle. manifeste falsum eē quoddā verbū Bal. q posuit in. c. j. §. inter pares. de. l. corra. vbi dicit quod si arbitrator ex certa scientia de alieno largit nō vz cū nō sit permissum dare d alieno, imo sit quedā furti species vt. ff. q vi aut clam. l. phibere. §. plane. pōt. n. hoc fieri pro bono pacis r cōcordie dūmodo nō enormiter ledat pars, vt. s. dictuz est, sed extra do. Ni. qz Bal. expresse subdit verū esse id quod dicit nisi illud q aufertur sit modici preiudicij per. d. §. recepisse. r factū pro bono pacis. per. d. §. nisi. de preben. r. §. manda ti. l. creditor. §. lucius. r bene loquitur, vt ex predictis liquet.

5 Hesitatum tamen vidi † quid sit illud q deberi . dicimus d iure in quo arbitrator hāc moderatam lesionē facere pōt. r breuiter dico q aut. arbitrator assumptus fuit super re prius aliquo modo taxata. r tūc nulla est dubitatio cū quantitas appareat, vt. ff. de verb. obli. l. continu' §. cū ita. Aut assumptus fuit super re incerta que venit certificanda per eius laudū, r tunc inspicimus qualitates psonaruz r vires patrimonij concedentis, vt dicit gl. in simili. in. l. j. ff. d leg. ij. qd declara latius, vt dicā. j. eo. lib. xiij. c. de illo etiam posset

6 hic nō sine ratione dubitari † qn̄ dicat aliquid factū esse pro bono pacis r cōcordie. Bal. in. d. c. j. §. inter pares. dicit simpliciter tūc fieri qn̄ res est dubia alleg. no. per glo. de elec. in. c. cū inter seniorem. tu dic verius quod etiam si non sit dubietas, tn̄ si aliquid aufert de iure vnius in quantitate moderata r dat alteri si asserit arbitrator se illud facere pro bono pacis inter eos sufficit. tex. est pro hoc in. c. nisi essent. de preben. ibi p bono pacis se ordinasse fatent, vt ita dixi sepe per illū tex. postea inueni do. Nico. idē tenere ibi, lz non referat Bal. contra dicentem; facit pro arbitratore presumendū est non z, vt. ff. pro soc. l. meri to. r qz si secus diceret raro daret arbitramentū qd non posset reduci ad arbitriū boni viri. Itē nunqd licebit arbitratori alterā partē in totū condēnare prima facie vr nō licere. naz hec est quedā transactio que nō pōt fieri nisi aliquo dato, r aliquo retēto, vt. C. de transac. l. transactio. iuncta glo. in auc' vt diffe. iudi. §. j. z tn̄ verius est. hoc declara, vt. s. dixi. lib. j. iij. c. qd non repeto. Pone arbitratorē velle reū zdēnare ad restitutionē rei super qua factū est cōpromissum, vult tamen actorem ex aduerso in aliqua re grauare de quo in cōpromisso nihil dictū fuit nū quid possit. Bar. in. l. cum aquiliana. ff. de transa. dixit quod nō per. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. r eo. tit. in. l. sed cū dies. §. plenū. r facit q habetur. ff. cōmu. diui. in. l. arbor. §. d vestibulo. Et subdit multū notanter hoc verū nisi arbitrator se velit intromittere circa rem super qua factū est cōpromissuz iubendo dari aliqz pecuniā pro re hoc pōt. Quia pecunia est per qz omnis res estimat, vt. ff. de fideius. l. si ita stipulatus essez. r. ff. de zben. emp. l. j. r facit fm eū q in simili habetur in iudice adito super cōi diuidun. insti. de offi. iud. §. officium. C. cōmuni diui. l. ad officium. r hoc sequunt do. Anto. r Imo. r do. Nicol. in. d. c. quintaualis. Tenuit ēt idem Specu. si bene inspicitur in ti. de arbitro. §. excipitur. in versi. sed pone qd litigantes. p hoc est casus expressus in. c. nisi essent. de preben. r in ca. constitutus. de relig. domi. quos duos ad hoc tene menti. Sed cuz aliud sit in arbitro qui non potest hanc recōpensationem facere etiam in pecunia, vt dixi. s. lib. precedenti. c. xiij. videam' q sit drie ratio potes notanter dicere qd in arbitro ideo non valere pp magnum preiudicium qd posset inferri, cuz teneat eius sententia siue equa sit siue iniqua. vt. ff. de arbi. l. diem. §. stati. lz sententia arbitratoris reducitur ad boni viri arbitrium vt. ff. p soc. l. vnde si nerue. sicqz nimirū si laycus pz eius arbitriū saltez in pecunia per qz, vt dixi, omnis res estimat. Et hoc sensit expsse Spec. in loco preallegato, r bn̄. lz do. Nic. male eius dictū retulerit in. d. c. quintaualis. in. xviij. differentia vt ex se cuili-

7 bet intuenti pōt liquere. † Quid dicemus si cōpromisso pendēte res pereat, nunquid poterit laudare super interesse vel estimatione, r expeditum est qd sic. probatur a fortiori, qz idē inne nit statutū esse in arbitro. vt. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. sacerdotio. r facit qd dicā. j. c. primo. Nunquid possit recompēsare spirituale ius cum tpali, vel econuerso. v. g. pronūciare q vna pars renunciet questiōi sup iure spirituali, r recipiat aliqz tēporalitatem ab alia parte. casus videtur expressus qd sic. in d. c. nisi essent. de preben. r in. c. ij. de arbi. in fi. vbi papa mandat tale arbitramentū seruari. In zrium facit, qz hoc arbitramētū ztineret vitiuz symonie. r sic eēt nullū vt est casus in. d. c. ij. fz vnū intellectū. nam sicut partes non possent zcorditer trāsiger hoc modo q vnus renunciet iuri spirituali pro temporali zsequendo, vt in. c. ex parte. de offi. deleg. iuncta glo. ita nec videntur hoc posse arbitratores quorū omnis potestas dependēt a partibus vt. d. l. nō distinguemus. §. de officio. Preterea satis hanc simoniā ztinerent partes, lz eā faciant p medios arbitratores. vt in regula iuri. s. qui per alium. lib. vj. cōsidera tn̄ pro veritate qd qnqz certū est dari tpale in cōpensationez iur. spūalis qd ius spirituale sine dubio alicui cōpetit. r tn̄ ei renunciat. r tunc sine dubio tale laudū nihil vz pp vitium simonie, vt nunc dictum est. r est casus p hoc in. c. fi. de rerū pmu. Quandoqz dubium est cui ex partibus ius spirituale cōpetat, r ideo pro bono pacis arbitratores laudant qd vna pars renūciet iuri suo, si qd hz r qd altera pars det sibi p hac renunciatione aliquid tpale, r hoc vz nec dicit eē qd simoniacum, vt. d. c. nisi essent. r. d. c. ij. vbi hoc idem sentiunt Inn. Host. r Jo. an. r oēs h intellige vbi altera ps grauat in pecunia vel quantitate q i cō pmisso n deuenit, alias si grauaret in alia re eēt secus. vt dixi. s. pxi. r vide do. Ni. in. d. c. ij. qui dixit multū notanter qd etiam hoc scdo casu prima fronte laudum tale non dz seruari pp presumptionē simonie. per illum tex. in ver. qm̄ in principio, iuncta glo. pōt tn̄ hec presumptio fm eū purgari, r ea purgata arbitramentū seruabitur. dicit aūt purgari si arbitratores allegāt aliqz iustam excusationem eorum arbitrij, vt qz dicunt se nō fecisse hoc propter ius spirituale qd non cōpetebat alteri parti vel erat valde dubium, sed pro bono pacis ita ordinauerunt qz uis non omnino debeat credi eorum dicto, sed ex circūstantijs, r ex actis r qualitate ipsorū arbitratorū superior talē excusationē admittet vel reprobabit. allegat bonū tex. cum glos. in. c. cū dilecti. de accusatio. Plus dicit notabiliter qd pōt eē tāta idoneitas arbitratorū, r partiū qd non presumeretur simonia, fz p bono pacis factū. r q ille q renūciauit ius nō haberet in veritate. p quo dicto est casus expressus in. d. c. nisi essent. de prebē. Et tene menti hec dicta.

8 Uideamus † nunc an arbitrator possit p ptes laudare. doc. non declarāt excepto bald. qui in. l. j. ff. de leg. ij. in. j. q. sentit nō posse. p. l. q tn̄. ff. de arbit. in pn. r credo qd bn̄ dicat. nā sp intelligit in cōpromissis tacite actū, vt sup oibus pnunciet. vt ibi pz. eadē. n. est rō hoc casu i cōpromisso in arbitratorē que est i cōpromisso facto in arbitrū vide ergo p hoc qd plene dictū est. s. lib. pximo. c. xiij. r. s. viij. li. viij. c. paulo ante finē. Ad hoc attende, qz in vno differt arbitrator ab arbitro hoc casu. Nam in arbitro attendit nedum cōpromissum fz ēt petitio, vt ibi dictuz est, lz in arbitratore hoc nō regrit. vn̄ solū cōpromissum attēdimus, vt liquet ex dictis. s. eo. lib. iiij. c. Itē hoc de vnitate laudādi fallit in casu speciali vbi arbitramentū zsistit, circa solā electionē psonarū quoquo casu possunt fieri electiones diuersis tēporibus, vt est expressuz in. l. vnū ex familia §. sed si fundum. ff. de leg. ij. fm verum intellectum, lz Bal. in. d. l. i. de leg. ij. aliter intellexit illā. l. r male. Aliud speciale ēt circa tale arbitramentū electionis personaz de quo. s. pz in precedenti. c. Quid si maliciose actor non petit vel prosequitur omnes res coram arbitratore. certe idē qz laudum omni casu ferendum est sup toto, vt nunc dictum est. probatur a fortiori. ff. de arbi. in. l. de rebus. Sed queritur nunqd arbitrator possit laudū mutare, corrigere, vel interpretari, aut declarare, r receptum est apud oēs non posse. qz iam est functus officio suo, vt. ff. de arbi. l. qz arbiter. facit. ff. de re iudi. l. iudex postqz. r qz in mādato venit primus actus tm̄, vt. ff. d verb. sig. l. bone. §. hoc sermone. qd qn̄ actus cōmittit ab hoie nō pt

fieri

fieri nisi semel tñ. lʒ secus sit qñ cõmitti᷑ a lege, quo casu potest ẽt iterato fieri ꝭm Cy. notabiliter in. l. vbi exigi᷑. §. hec vox. ff. ð eden. Et facit ꝙ no. Inno. in. c. veniens. de iureiur. facit ẽt expresse ꝙ. I. dicã ꝓximo. c. Cõtra tñ vr̃ casus i. c. quintavallis. ð iurein. vbi renocauit arbitrator illud ꝙ iniuste fecit, sed nimirũ qꝛ illud fecit mandato superioris. vnde nõ ꝓpria auctoritate, vt ibi pʒ. Predicta vera nisi talis mutatio vel correptio fiat de ꝯ tium voluntate, põt enim hoc fieri sicut eorũ accedente voluntate posset fieri noua transactio, vt. l. si diuersa. C. de trãsac. vbi expresse Bal. hoc 13. Itẽ nisi laudũ esset penitus nullũ. nam in his extraiudicialibus nunꝙ̃ expirat potestas cõmissarij, nisi ei⁹ ꝓuisio effectũ sortiatur, vt dicit Inno. notanter in. c. in literis. ð offi. deleg. ⁊ Bald. in ꝓprijs terminis in. l. fi. C. de ꝯben. empt. iiij. q. ⁊ facit ꝙ ipse no. in. l. si vt ꝓponis preses. C. qñ ⁊ quando iudex. nõ obstant iura preallegata que dicunt venire primũ actũ tantũ qꝛ illud intelligitur de actu valido non de actu inuali do, qui h̃r pro ente, vt. s̃. dictum est. Rursum predicta sunt vera vbi tale arbitramentũ cõpetit alicui super rebus alienis, lʒ in re ꝓpria vel iure suo potest quis iterũ eligere vel arbitri, licet nul liter prius fuerit arbitratus. vt. l. hec conditio. ff. de condi. ⁊ demon. dicitur ꝙ si testator legauit mihi. c. si nupsero. si nupsi inu tiliter possuʒ itez ꝯbere ⁊ legatũ ꝯseq, ⁊ h̃ tenuit Cy. post Pe. in. d. l. fi. C. de ꝯben. emp. ⁊ do. Hic eñ sequẽs in. d. c. quintauallis in. xv. dñia ꝙ etiam nihil plʒ, lʒ hoc sit ꝯnale nedũ si iure ꝓprio. sed ẽt si iure alieno, vt nunc dixi. Predicta ẽt de correctione ⁊ interpretatione limitantur ⁊ intelliguntur alijs modis quos ꝓsequere, vt dixi dũ locutus sum de arbitris, qꝛ eadem est

9 rõ omni casu. ¶ † Itẽ queritur de laudo sigillato nunquid valeat. v. g. nõ vult arbitrator qð partes sciant pro tunc tempore laudi eius intentionẽ requirit tñ eos, ⁊ laudũ scriptũ ⁊ sigillatuʒ offert eis presentibus guardiano minorũ fratrũ exꝓsse asserens se laudare, ꝓut ibi scriptũ est, nunqd ergo hmõi laudũ vʒ. Solus Bal. tetigit hanc q̃onem in. l. nequiq̃. §. vbi decretum. ff. de offi. ꝓconsu. vbi multa dicit sup hoc ⁊ tandẽ determinat valere si post examinationẽ cause hmõi laudũ tulit, secus dicit si ex ar rupto quo casu, vt clandestinũ reprobaretur. allegat. ff. de ꝓc. l. si ꝓcuratorẽ absentem. Sʒ certe quicqd ipse dicat tu tene hoc laudũ omni casu esse nullũ, qꝛ requiritur partium presentia i eo, vt plene ꝓbaui. s̃. c. ꝓximo in fi. Nõ autẽ dicun᷑ partes eẽ presentes, nisi sciant ⁊ intelligant illud ꝙ agi᷑ per arbitratorẽ. vt ẽ expressum in. l. diẽ proferre. §. corã. ff. de arbi. ⁊ facit. ff. de ver. sig. l. corã. Hanc aũt scientiã non habent partes dicto casu, qꝛ non pñt intelligere que secrete ibi descripta sunt, vt. C. de testamen. l. hac ꝯsultissima. cũ si. ¶ Seqtur videre de laudis plurĩ arbitratorũ. Sed hic non video diuersitatẽ inter arbitratores ⁊ arbitros quantũ ad hoc an omniũ presentia requira᷑ vel suffi ciat maior pars, ⁊ quid fiendũ sit data eorũ discordia, lʒ in solen nitatibus sedendi ⁊ recitãdi differant. igitur ꝓsequere hec om-

10 nia, vt diximus plenissime. s̃. lib. ix. c. xiiij. ꝙ nõ repeto. † Finge cõpromissum factũ esse in arbitratorẽ per procuratorez qui ha beat sufficiens mandatum ad cõpromittendum, postea laudum latũ fuit in personã dñi tacita ꝑsona procuratoris nunqd valet. doc. non ponunt, tñ dico valere, qꝛ cum hic agi᷑ de veritate tm̃ ⁊ eq̃tate, vt. s̃. dictũ est, nõ est necessaria hoc casu obseruatio. l. i. C. de sen. ꝓ hoc expresse facit qð no. Bar. in extrauag. ad re primendã. in verbo, figura iudicij vbi dicit singulariter in iudice qui procedit sine figura iudicij qð tene menti. Et vide ꝙ dixi. s̃. viij. lib. viij. c. paulo ante finem. Sed an poterit arbitrator alienationẽ rei prohibere super qua factũ fuit cõpromissum in eum, ⁊ dico ẽt non posse nisi de hoc articulo tm̃, scʒ an res illa sit alienabilis fuerit in eum facta cõmissio. hoc probatur a fortiori per no. per Inno. in. c. Ray. de testamentis. ⁊ Bar. in. l.

11 si filiusfa. §. diui. de leg. j. † Itẽ an valeat laudũ per turpitudinez latum. v. g. per pecuniã vel preces vel aliã mercedẽ docto. non ponunt. tñ dico laudũ mero iure valere quantũcunq̃ latuʒ per dolũ. Nam transactio hoc modo facta vʒ, lʒ rescinda᷑ doli actione vel ẽt exceptione, vt est casus. C. de trãsa. in. l. sub pretextu la prima. Est aũt laudũ transactio quedã, vt dictum est. s̃. i. libr. c. viij. Predicta vera nisi forte transactio talis super contractu bone fidei. quo casu ẽ nulla ipso iure, vt vide᷑ notari in. l. de tutela. C. de in integ. resti. mi. ꝭm Bar. in. d. l. sub pretextu. lʒ q dam contra. vt ibi. Item nisi talis sit facta super re litigiosa, ⁊ dolus sit cõmissus ex parte actoris, qꝛ tunc etiam esset ipso iure nulla, vt per glo. ⁊ doct. in. d. l. sub pretextu. ⁊ est speciale ꝭm eos in dolo actoris. nam fauorabiliores sumus reis quam actoribus, vt. ff. de act. ⁊ obli. l. arrianus. Tertio etiaʒ predicta sunt vera, nisi dolus sit admixtus cũ simonia, vt est casus in. c. ij. ð arbi. ꝭm vnũ intellectum. Idẽ si induceret vsurariã prauitatẽ vel ꝯtineret aliud peccatũ peccatũ ꝑ partes irremissibile ꝭm doct. per illũ tex. qð dic vt scripsi. s̃. ꝓxi. c. xiiij. iuxta finẽ. Quid sit cõ tineat errorem in se. doc. non ponunt, tñ dic, prout in transactio ne. vñ aut fuit error in eo in quo fundatur ꝯctus puta iure vel ꝑ tio, ⁊ tunc laudum vitia᷑, vt. ff. de contrahen. empt. l. in venditio nibus. Aut fuit erratum in qualitatibus extrinsecis. v. g. super rebus ad quas põt vel non põt laudũ extendi, ⁊ tunc sec⁹ vt. l.

12 sub pretextu. la secunda. C. de transac. vbi vide. † Item an p̃sumatur in dubio pro laudo arbitratoris. videtur ꝙ sic, vt. l. me rito. ff. pro soc. Hic tamen, vt dixi circa hoc in arbitro.

SVMMARIVM.

1 Arbitrator conuentionalis vtrum possit in expensis vel fructibus vel alijs accessorijs condemnare.

¶ Cap. xvij. vndecimi libri.

1 Restat vt de accessorijs aliquid pertingamus. † Nũquid ergo poterit arbitrator victũ victori in expensis condẽnare, ⁊ alijs coherentibus. non inuenio docto. nostros de h̃ tãgentes. Tñ breuiter respondeo posse semper preterq̃ sup pena. Hec probantur a fortiori per ea que dixi. s̃. in arbitro. s̃. lib. precedenti. c. xv. Nam si hoc potest arbiter per cuius laudum maius infertur preiudicium, vt. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. fortius arbitrator a cuius laudo reductio peti᷑. ff. ꝓ soci. l. si societatẽ. §. arbitrorum. Preterea vterq̃ eorum hʒ potestatez limitatam ex compromisso, vt eius metã non egrediatur, vt. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de officio. ⁊ tñ arbiter hoc potest qꝛ aliás eius officium non posset cõmode expedire, vt ibi dictum est. Idẽ ergo dõm est in arbitratore. facit. l. ad rem mobilem. ⁊. l. ad legatũ. ff. de procur. cum si. ⁊ repetas hoc loco trip se omnia que diximus in loco ante dicto. Illud excipio. nam lʒ arbiter possit eadẽ die supplere post laudum latum. circa accessoria quoꝝ condẽnationem vel absolutionem omisit, vt ibi dictu ʒest. tñ hoc non posset arbitrator, quia cũ non ꝓcedat mo re iudicis. sed extraiudicialiter tantum ⁊ figuram ꝯctus. ⁊ per Inno. ⁊ omnes in. d. c. quintauallis. certe eoipso qð laudũ erit latum, ⁊ pro absoluto habitum nihil poterit ibi addere vel imu tare, vt. c. contractus. C. de fide instru. ⁊ facit ꝙ no. Bar. in. l. gallus. §. idem credendum. ff. de lib. ⁊ posthu. cum si. Et vide. s̃. proximo. c. in. §. sed queritur. nunquid arbitrator.

SVMMARIVM.

1 Processus corã arbitratore testamentario, an ita agitandus sicut coram conuentionali.

¶ Cap. xviij. vndecimi libri.

De conuentionalium arbitratorum processu satis in precedẽtibus dictũ est sequitur de pro cessu testamentarioꝝ aliqua disquirere. Que pars lʒ breuissime expedia᷑, tñ ab alijs non declara᷑. Igi᷑ do hãc re gulã huiusmodi ꝓcessuʒ ꝑ oia assimilari processui arbitratoris

1 conuentionalis. † Nã lʒ testamentarius differat a conuentiona li in modo ꝯstituendi cõpromissum, vt dixi. s̃. lib. j. c. ix. tñ i mo do ꝓcedendi ⁊ laudandi nulla inuenitur diuersitas, imo est eadẽ rõ, vt ibi pʒ ergo ⁊c. ff. ad. l. aquili. l. illud. ff. ð fonte. l. j. §. hoc interdictũ. cum si. Preterea hoc ꝓbatur ex dictis doct. maxime Bar. in. l. j. ff. de leg. ij. in multis questionibus in qbus semper idẽ dicunt in his testamentarijs, qð ⁊ in conuentionalibus ⁊ pʒ ex hac regula oium declaratio. q̃ hic occurrere pñt si iungis precedentia dicta ꝑ totũ hunc librũ q̃ nõ repeto. ¶ Illud no. circa modũ laudandi in his testamẽtarijs ꝙ si arbitramen tũ ꝯsistit circa declarationẽ q̃titatis rei incerte q̃ commissa est eius arbitrio hoc casu inspici debẽt ꝑ arbitratorẽ vires patrimonij testatoris ꝯsideratis meritis ⁊ qualitate ꝑsonarũ ꝭm gl. no. in. d. l. j. ff. ð leg. ij. ꝙ verũ ẽ scʒ bar. vbi relictũ fuit factuʒ simplr̃ absq̃ expꝛ̃ssione cãe, vt si testator legauit pupillo arbitrio tutoris. dʒ. n. ꝯsiderari q̃tũ eẽt equũ relinq̃ tali pupillo cõ siderato p̃imonio testatoris ⁊ caritate q̃ hẽbat erga pupilluʒ

vel consideratis meritis si reliquisset maiori posset etiam sm eũ hoc colligi ex quantitate aliorum relictorum que testator fecit in simili, vt. l. si seruus plurium §. fi. ff. de leg. j. Secus dicit si relictum esset factum ad certũ casum, vt cã dotis, vel alimentorũ vel studij vel similiũ quo casu deberet arbitrari q̃tum ei sufficeret ad istud consideratis psonarũ qualitatibus, vt. l. si filie. ff. de lega. iij. ⁊ ff. de iure dot. l. quero. nisi forte esset tanta q̃titas qͦ absorberet totũ patrimoniũ relinquentis, tunc enim esset min⁹ arbitrio iudicis, vt. ff. de leg. ij. l. quidam testamento, sm Bar. in loco predicto. ⁊ no. perpetuo hec dicta.

SVMMARIVM

1 Arbitri iudiciales qui ex necessitate eliguntur an debeant eo modo procedere vt conuentionales.

¶ Cap. xix. vndecimi libri.

1 Tractemus etiam post predicta de processu iudicialium arbitrorũ id est eorum qui eligunt̃ ex necessitate pp dispositionem iuris cõis vel statuti que pars etiam a nostris
1 doc. minime declaratur † Dico tñ hos iudiciales arbitratores vicẽ gerere delegatorũ iudicum qui procedunt ⁊ pronunciant sine figura iudicij. hoc probatur aperte ex his que dixi. s. j. lib. x. c. vbi vide. Processus autẽ est talis. Aut. n. loquimur i his qui assumuntur ex dispositione iuris cõis. aut in his qui assumũtur vigore statuti. Primo casu nõ inuenio tales arbitratores vnquã assumi super tota cã que corã iudice vertitur, sed super certo articulo sic, vt vbi dubitatur de estimatione, vel valore alicuius rei vel mensura vel alio simili, vt in casu. l. arbitro. cuz. l. se. ff. qui satis. cog. ⁊ l. ij. in princ. ff. qui. ap. non lz. ff. de ven. inspi. l. i. C. de re mili. l. si semel. lib. xij. cũ si. quas allegaui. s. lib. v. cap. ix. Non ergo hi arbitratores super certo articulo assumpti habent necesse oĩa seruare que seruare debent delegati in certa cã qui pcedunt sine figura iudicij de quibus plene pz s. viij. libr. c. viij. in §. est ⁊ alia. Sed in talibus duo tñ requirunt̃. Primuz est q iurent bñ ⁊ legaliter arbitrari, vt in. l. cõparationes. C. de fi. instru. ⁊. l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nupt. lz 2rium videat̃ notari ⁊ male p gl. C. de testi. in. l. iur. iuran. ⁊ in. l. j. ff. de ven. inspi. qz illud de iuramẽto veritatis q cõpetit testi. sz hi q magis iudicãt q̃ testificent̃ nõ iurant de veritate sed de credulitate tñ, ⁊ sic intelligunt̃ predicta iura sm Bar. in dictis locis. ⁊ Bal. in pemio ffoꝝ iuxta princ. ⁊ debent partes esse presentes in tali iurõ sm oẽs, ar. l. si qñ. C. de test. Scdm est qͦ partibus assignet̃ terminus ad vidẽdũ mensuratiõnẽ vel aliã estimationẽ fieri. alias eniz nõ preiudicaret illi qui nõ esset ad hoc monitus pp eius preiudiciũ, vt est casus in. l. iij. C. finiũ reg. ⁊ in. l. gñaliter. §. pe. ff. de reb. dub. Alia aũt non requirunt̃ corã talibus arbitratoribus. vñ referũt iudici ẽt absentibus partibus ⁊ nõ citatis, qz in referẽdo de pprio sensu nõ iudicat, sed refert id tñ qͦ est factũ, nec interest partiũ qͦ requirant̃ ad talem relatiõnẽ, qz eorũ presentia nõ posset trahere hunc in suã sñiaz sicqz nõ est locus ei qͦ d. ff. de arbi. in. l. si in in tres. ⁊ est casus p h̃ q partiũ presentia vel citatio nõ regrat̃ in tali relatione in. l. j. in fi. cũ. l. seq. ff. si mel. fal. mo. dixe. vbi dicit̃ q potest fieri p nuncium vel epistolã. Et hec sunt dicta Bar. quasi per omnia si bñ inspicit̃. l. theopompus. ff. de do. prele. qͦ no. bene. ¶ Secundo casu i his arbitratoribus qui iudicialiter assumunt̃ vigore statuti cosindera quod aut statutũ exprimit ordinẽ procedendi ⁊ se informandi. ⁊ tunc illã serua, vt. ff. de iusti. ⁊ iur. in. l. oẽs populi. aut simpliciter iubet statutũ arbitratores eligi debere. ⁊ d̃ tali ordine nihil dixit. ⁊ tunc aut vult eligi debere sup certo articulo tñ vltra illos qui conceduntur de iure cõi, ⁊ tunc serua illd̃ qͦ dixi in precedenti, qz eadẽ est rõ. aut dicit statutum arbitratores eligẽdos super totalitate cause. ⁊ tunc seruare debent per oĩa processum iudicũ delegatorũ qui pcedunt sine iudicij figura quẽ declaraui p singulas eius partes in. d. §. est ⁊ alia. nõ video vllã diuersitatẽ inter hos casus vterqz enim assumit fundamentũ ex regulis iuris gentiũ ⁊ veritatis ⁊ equitatis, vt ibi patet cõiunctis his que dixi. s. eo. lib. xvj. c. §. item an debebit. Ex his apparet an corã talibus requirat̃ citatio, an legitimatio personarũ, an petitio ⁊ similia de quibus vbi vide. Adde vltra ea que ibi dicta sunt ad probandum qͦ tales arbitratores debeãt ad eorũ laudũ citare. tex opt. in. l. solent. in prin. que est. l. iij. ff. d̃ ali. ⁊ ciba. leg. ⁊ facit bene. l. legatũ. ff. de vsufr. leg. ⁊ ff. vbi pu. edu. deb. in. l. i. § deniqz. ⁊ q dixi. s. in. c. de citatione ad laudũ Uideamus nunc qualiter hi arbitratores compellantur laudare hoc, declara, vt dixi in arbitro iudiciali. s. lib. precedenti. c. pe. Idẽ dicas de testium cõpulsione ⁊ punitione eorum qui falsum dixerũt ⁊ ceteris qõnibus de quibus ibi habes. sp enim eadẽ est ratio in arbitratore iudiciali que etiaz est in arbitro si bene inspiciatur. ⁊ no. hec dicta que alij non declarãt.

SVMMARIVM

1 Arbitrator tertius qui ob discordiam primorum assumit̃ qualiter debeat procedere.

¶ Cap. xx. ⁊ vltimum vndecimi libri.

1 Restat † videre de pcessu tertij arbitratoris qui ob discordiam primorum assumptus est quẽ processum nostri docto. etiam non declarauerunt. Breuiter tñ dico hoc casu idem q in tertio qui eligitur in arbitrijs arbitrorũ, qz non est rõ diuersitatis. Distingue ergo per omnia vt dixi. s. libr. preceden. c. vlti. vbi q̃ dicta sunt etiam ad hunc locum trahas.

Liber duodecimus.

¶ De processu eius qui tam via arbitraria q̃ iudicaria procedere potest. ⁊ illius in quem factum est compromissum, vt in arbitrum ⁊ arbitratorem ⁊ amicabilem compositorem.

¶ Prefatio cum diuisione.

De simpliciter arbitrorum cõpromissariorũ processibus satis in precedentibus diximus. Aggrediamur nũc processus eorũ qui mixtam habent potestatẽ iudicis. scz ⁊ arbitri vel arbitratoris. Et eius q assumptus fuit, vt arbiter ⁊ arbitrator vl̃ amicabilis cõpositor. equũ vr̃ vt cognitis simplicibus mixta quoqz cognoscam⁹, vt ff. de sta. ho. l. queritur. ⁊ facit. ff. ad. l. aqui. l. si seruus seruum. §. inquit lex. ¶ Est aũt ante omnia sciẽdũ antiquiores de hac materia nihil scripsisse excepto Gui. duran. qui parũ tetigit i Specu. eo. ti. in §. sequitur. in ver. sz pone q sicut quotidie ⁊c. Sy. tetigit in. l. iij. ff. de test. mil. ⁊ ibi Bar. ⁊ Bald. ⁊ in. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. i. ⁊ in. l. si societatẽ. §. arbitrorũ. ff. pro soc. ⁊ ff. de fur. ⁊ in. l. si domi. Jo. an. etiam in. c. quintanellis. de iureiur. ⁊ ibi per do. Anto. Imo ⁊ oẽs. ⁊ tangitur aliquid in ca. nisi essent. de preben. Sed oẽs hi imperfectissime loquuntur. Nos vero, qz hic compromittendi modus magis frequens est hodiernis temporibus q̃ aliquis alius plenius omnibus ⁊ clarius expedimus. Itaqz nostrum sequentes inchoatum ordinem hunc tractatum in quatuor diuidemus.

¶ Primo de processu eius qui hz mixtam potestatem virtute compromissi conuentionalis.

¶ Scdo de pcessu eius qui virtute cõpromissi testamentarij.

¶ Tertio de eius processu qui habet mixtam potestatem virtute compromissi iudicialis.

¶ Quarto de pcessu tertij q assumptus fuit ob discordiã a primis habentibus hanc mixturam. ¶ Circa primã partez pono hanc regulam q̃ alij nõ posuerunt hunc cõpromissariũ eligere posse ex pluribus vijs illã que sibi magis plz, ⁊ facta hac electione sm eã iudicat̃ pcessus sequutus. pbat̃ hec regula p casum in. d. c. nisi essent. ⁊ de arbi. c. ij. ⁊. d. l. iij. ff. de testa. milit. facit. ff. q met. cã. l. si mulier. cũ simi. ⁊ ex multis d̃ quibus. j. subdemus. Quia vero circa hanc regulam conuentionalium. ⁊ ẽt circa alias tres partes. s. positas multa insurgũt dubia illa omnia explicabimus suo ordine ⁊ per capitula.

SVMMARIVM

1 Potestas ordinaria vel delegata in illa causa an per compromissum factum in ordinarium vel delegatum expiret.

¶ Cap. j. duodecimi libri.

Cum

Um de processibus eorũ qui habent mixtã potestatem tractaturi sumus, incipiamus a iudicib⁹ q̃ hanc mixturã sortiunt̃ qm̃ hi digniores sunt, vt. ff. de arb. l. non distinguemus. §. de liberali. a quibus dignioribus est inchoandum, vt insti. de in. natu. §. fin. sed ne incassum hoc loco

1 ꝓcedere videamur prius de illo dicamus. † An cõpromissum factũ in iudicẽ his casibus in q̃bus fieri põt expiret eius potestas iudiciaria precedens ꝛ in iudice ordinario est expeditũ non expirare, q: non est ptãtis partiũ tollere sibi iurisdictionem. nec dare, qm̃ iurisdictio sibi ꝯcedit̃ ex publico cui iuri publico preiudicare nõ valent. C. de iu. om. iud. l. priuatorũ. de pac. l. si q̃s in ꝯscribendo de fo. cõpe. c. si diligenti. cum si. ꝛ est casus. C. de temp. ap. in auc. si tñ. ℭ In delegato vr̃ prima facie, secus. s. q̃ expiret potestas delegata nisi expresse reseruet̃, ꝛ q̃d impetrãs rescriptũ videat̃ ei renunciare sicut ꝛ qui semel cõpromiserit eũdo ad iudicẽ vel ad aliũ arbitrũ intelligant̃ primo compromisso renuntiare sicq̃ expirat, vt. ff. de arb. l. pedius. in fi. ꝛ. l. sed si in seruũ. §. fi. cũ duobus se. ꝛ eo. tit. l. si quis rẽ. ꝛ dicã. j. li. xiij. Contrariũ tñ verius est. durat. n. hoc casu semp potestas delegata ẽt sine vlla reseruatione nõ obstante cõpromisso, vt est exp̃ssum ẽm oẽs in. c. nisi essent. de preben. ꝛ in. c. literas. de presum. de arb. c. ex parte. ꝛ in. c. innotuit. ꝛ ꝫ Spc. lꝫ hec iura non alleget in tit. de arb. §. finit̃. ver. illud aũt certũ est. ꝛ Bald. in. c. j. §. inter pares. de. l. corra. ꝛ Inno. in. d. c. innotuit. ꝛ. d. ca. literas. facit ẽt vltra predicta, q: rescriptũ intelligit̃ esse perpetuũ vt. l. falso. C. de diuer. rescri. Et no. gl. in. c. si aũt de rescri. facit ẽt q̃ habet̃ in cle. ꝙdiu. d̃ ap. ꝛ no. p gl. ꝛ Jo. an. in. c. significãtibus. de offi. delega. ℭ Ratio aũt diuersitatis est inter predictos casus, q: cõpromissum est voluntariũ ꝛ recepit arbiter potestatem a partibus tm̃, vt. l. nõ distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. iurisdictio aũt dat̃ a superiore vel ex publico, ꝛ ꝯ inuitum, vt. l. inter stipulantẽ. §. sacrum. ff. de ver. ob. de iudi. c. intelleximus. merito nõ extinguit̃, lꝫ partes videant arbitros. ꝛ pñt ad iudicẽ redire sine alia delegatione, predicta iura volũt. ꝛ hãc rõnem posuit do. Nico. in. c. innotuit. ꝛ in. d. c. literas. quam nota bene. Et vide quod dixi. s̃. ij. lib. c. xvij. in fi. ꝛ quod habetur per cano. in. c. ad petitionem. de accusa.

SVMMARIVM

1 Potestatem ordinariam vel delegatã habens, ꝛ ptãtem arbitri vel arbitrotoris cõuentionalis, qualiter ꝓcedere habeat.

ℭ Cap. ij. duodecimi libri.

2 Ideamus nunc qualiter iste† q̃ iudiciariam potestatem hꝫ ꝛ arbitrariã ꝓcedere debeat. Doc. dñt simpliciter videri hoc casu sibi datã electionẽ ꝓcedendi ea auctoritate que sibi magis placebit, vt. d. c. nisi essent. et aliter nõ declarant. Ego dico breuiter q̃ aut vult ꝓcedere, vt iudex vel arbiter qui ꝓcedit more iudicis, vt. l. j. ff. de arbi. ꝛ tũc acta faciet ad partiũ instantiã, alias non valeret, vt. ff. de dam. infec. l. iiij. §. hoc aũt iudiciũ. ꝛ singula faciet prout dictum est. s̃. c. ix. que oĩa hoc loco trahi possunt. ꝛ si adhibit̃ vt iudex a ptibus non poterit dicere, volo vt arbiter procedere, sed debebit eius officiũ impartiri. ff. de mune. ꝛ ho. l. munerũ. §. iudicãdi. itẽ eꝯ, q: si adhibitur vt iudex arbiter non poterit dicere se velle vt iudicem procedere, q: etiam arbitri officium est necessariũ post acceptationem, vt. ff. de arbitris. l. iij. §. j. ꝛ dixi. s̃. libro. v. lꝫ hoc casu pars dimittens viaꝫ cõpromissi, altera parte inuita icidat in eius penam, vt. ff. de arbit. l. litigatores. in principio, ꝛ dicam j̃. v. c. Aut vult procedere more arbitratoris, ꝛ tunc procedere potest ad libitũ suũ requisitis tñ partibus. vbi debent requiri ꝛ habita earum presentia, vbi est necessarias. quod serua per omnia, vt diximus in simplici arbitratore. s̃. precedenti lib. per totũ quoniã eadem est ratio. Et ex his apparet q̃ illud q̃ doc. dicũt videri sibi datam esse electionem est verum super hoc an procedat vt arbitrator, sed officium iudicis vel arbitrij accepti cogit̃ subire de necessitate, prout partibus placet, nisi eligat viam arbitratoris, quod nota bene, quia subtile.

SVMMARIVM

1 Procedere quomodo cognoscatur qui vt arbitrator vel arbiter potest procedere.

ℭ Cap. iij. duodecimi libri.

1 Ed quomodo cognoscemus, † an eligat ꝓcedere vt iudex vel vt arbiter, an vt arbitrator. Nostri doct. cõmuniter dicunt ex eodẽ modo ꝛ ordine procedendi hoc deprehendi. de hoc per glo. ꝛ Bar. ꝛ oẽs. ff. de iudi. in. l. j. ꝛ in. l. si qui ex consensu. C. de epali audien. per Inno. in. c. innotuit. de arbi. ꝛ per Bar. ꝛ Bal. in. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. Ego hoc declaro. Nã vt expresse asseruit qua auctoritate intendat ꝓcedere ꝛ laudare. ꝛ stamus expresso in casibus in q̃bus põt eligere, vt. l. ꝯtinuus. §. cũ ita. de verbo. oblig. Aut hoc non expressit, sꝫ ꝓcedit ꝛ nihil declarat. Et tunc aut procedit sine vllo iuris ordine per viam cuiusdã cõpositionis inter partes. ꝛ hoc casu pꝫ quod eligit viam arbitratoris. Aut ꝓcedit ꝛ ꝓnunciat de iure ꝛ iuris ordine seruato, ꝛ hoc casu, q̃a via iuris cõpetit non solum iudici, sed ẽt arbitro, vt. d. l. ff. d̃ arbit. ad cognoscendum, q̃n processerit attendere debemus an vsus fuerit verbo, iudex. dicendo. Nos talis iudex ꝛc. an verbo, arbiter, ꝛ tunc stabimus eius expressioni, vt. ff. de suppellecti. legata. l. labeo. §. idẽ tubero. Idẽ si hoc dixerũt partes. dñõ. Corã vobis domino tali iudice ꝛc. eo tacente. Nam videntur in dubio gesta per eũ correspondere postulationibus partiũ, vt. ff. de verb. oblig. l. ij. §. qui presens, ꝛ si ipse appellasset se iudicem partes aũt eum admisissent vt arbitrũ vel eꝯ staret̃ assertioni pₒtium ad quos pertinet talis electio, vt pꝫ in precedenti capit. Nec est absonum quod vnum ex dictis verbis per iudicem ꝓlatum ponatur pro altero, vt. l. j. C. de senten. ex pericu. reci. ff. qui satisda. cog. l. ij. cum simi. Aut vsus fuit ipse qui hꝫ cognoscere ꝛ iudicare omnibus his verbis simul vel ẽt partes talib⁹ nominibus expressis coram eo tacente comparuerunt vel quãdoq̃ nomen fuit expressum vnũ q̃nq̃ aliud. ꝛ tunc quelibet potestas videbit̃ retenta. ꝛ electa, prout actus est per euꝫ melius possunt valere, vt paulo post videbis. in. vj. c. ꝛ facit etiã ad p̃dicta quod dicam infra eod. lib. xj. c. Illud non est omittenduꝫ me non hoc loco putare ex vnico actu inductam videri supradictam electionem tacitam per habentem iudicare, sed ex pluribus reiteratis. Unde si forte semel interrogauit partes sine vlla solẽnitate ꝛ cõponere tentauit non per hoc solum dicam euꝫ elegisse viam arbitratoris sed tunc demum cum eius consensus deprehendit̃ aperte vel tacite, vt expresse probatur. ff. d̃ arbi. in. l. si de meis. §. recepisse. Idem eꝯ si solum libellum admisit solẽniter conceptum coram eo tanq̃ iudice vel arbitro, potius enim videtur acceptasse vt deliberaret, arg. eorum que dicunt̃ in simili. ff. de iudi. l. sed si susceperit. in princip. ex iteratione actuum igitur hoc manifestabitur, vt dictum est, ꝛ nunc intelligis hoc quod alij non intellexerunt.

SVMMARIVM

1 Ordinarius vel delegatus qui primo incepit ordinarie cognoscere an possit postmodum ad viam arbitrariam redire.

ℭ Cap. iiij. duodecimi libri.

2 Uid si primo incepit cognoscere, † vt ordinarius vel delegatus, an poterit postea ad arbitrariã viã redire doc. in his terminis non declarant. Ego sic dico q̃d aut vult redire ad viam arbitrariã nondũ finito primo iudicio. verbi gratia, q: vnum actũ fecit hodie vt iudex, alium vult facere cras vt compromissarius. ꝛ põt absq̃ dubio si ex tali coactione nõ est inducta electio alias secus dꝫ. n. seq viã q̃ elegit, vt. l. si mulier. ff. q̃ met. cau. Et hoc ꝓbatur in simili ex his q̃ not. Inn. ꝛ oẽs doc. de prescript. in. c. cum ex officij. ꝛ de offic. deleg. c. significantibus. vbi dicunt iudicẽ qui hꝫ duplicem potestatem scꝫ ordinariã ꝛ delegatam si elegit vnam non posse postmoduꝫ ad alterã redire. quod tenet ẽt domi. Ange. in disputa. sua que incipit, duo iuuicẽ litigantes in pen. artic. in fine. faciunt adꝫ expresse omnia que dicam. j̃. eo. libro. xij. c. nec obstat. cap. nisi essent. de preben. quia ibi simul fuit admixta vtraq̃ potestas quod fieri potest, vt statim videbis. aut ad talem viã arbitrariam reuerti vult finito primo iudicio, tunc idem quod non potest a fortiori. predicta puto vera vbi ambe partes tali electioni exp̃sse ꝯsenserũt, ꝛ idẽ si tacite, q: ptes litigãdo corã iudice,

vt iudice intelligantur tacite cõpromisso in eum facto renũciare sicq; expirata est talis potestas arbitraria vt. ff. de arb. l. s; si in seruũ. §. fi. cũ. l. seq. & l. litigatores. in prin. & eo. ti. l. si quis rem. & dicam. j. lib. xiiij. Sed si non consensisset vna pars expresse vel tacite, vt q; forte fuit contumax non impediretur intentare & prosequi viam arbitrariam non obstantibus predictis si sibi cõpetit ius agendi, vt in toto titulo res inter alios acta &c.

SVMMARIVM

1 Ordinarius vel delegatus qui vt arbiter vel arbitrator icepit, an postea vt ordinarius procedere possit.

Cap. v. duodecimi libri.

Quid econuerso si primo incepit vt arbiter vel arbitrator nunqd poterit ad viã iudicialem redire. † & dico q; sic, si elegit viã arbitri, l; docto. nõ declarẽt. nã l; iudex elegerit tacite vel expresse viã arbitrariã, tñ per hoc nõ infert preiudiciũ partibus, quo minus possint eum requirere vt pcedat vt iudex, cũ eius potestas iudiciaria duret, vt dixi. 3. j. c. huius libri. Et hoc verũ credo et si precesserit, vt cõpromissarius de voluntate partiũ, que partes forte semper cõparuerũt corã eo tanq; arbitro, & et si laudũ iam nõ esset latũ, soluitur enim hoc casu redeundo ad iudicẽ cõpromissum in arbitrũ si adhuc pendet & et soluit effectus laudi iam lati per eum vbi vtraq; pars acquiescit q; iterũ ad viam iudicialẽ redeatur, vt. d. l. litigatores. in principio. & l. pedius. in fine. & si esset altera pars tñ posset hoc a iudice postulare altera inuita, vt nõ obstante via arbitraria q; prius elegit eo consentiente ad iudiciarium redeat, l; hoc casu in penã cõpromissi incidat, vt est expssum. ff. eo. ti. in. l. si quis rem. Sed si elegisset viã arbitratoris, q; h; instar cuiusdã transactionis esset secus. Nã obstaret exceptio pendentie ipsius transactionis. Et nota bene hec dicta que alij nõ posuerunt. Apud nonnullos tamen de hmõi qõne dubitatũ extitit iudex prius vt arbiter pronuntiauit, pars que succubuit nõ vult stare laudo, sed magis eligit penã soluere & petit iterũ pcedi per eũ tanq; iudicẽ q; facere potest, vt nunc dictum est nunquid ergo talis vt iudex poterit ɔ̃riũ iudicare eius qd laudauit, vt arbiter, & vr̃ q; non. per. c. per tuas. de probatio. et q; sententia ɔ̃ sententiã nõ v; ab eodẽmet lata, vt. l. j. C. qñ pro. nõ est necesse, & in toto tit. C. senten. rescindi nõ pos. Contrariũ tñ verius est q; talis vr̃ nouus homo, vt. ff. de iudi. l. proponebatur, vnde non videtur sententia lata ab eodem. simile est i sententia appellationis per quã ex noua cã retractat̃ sententia ab alio prius lata, vt. l. eos. C. de appella. & l. per hanc. C. de tempo. appel. de fide instru. c. cũ Joan. heremita. & idem iudex a quo appellatum est quandoq; audit causam appellationis cu; alio, vt si appellatur ab archiepo ad consilium cui par est archieps, vt xvj. distinc. c. in multos. & per gl. in. c. a collatione. de appellatio. lib. vj. & l. j. §. si plures. ff. quando appel. sit. & ita cõmuniter nostri docto. dicunt in. c. literas de presump. pro hoc facit scõm do. Nico. ibi, optime gl. in. c. cum inter canonicos. de electio. in verbo, confirmauit. vbi vult prelatũ electũ, vt arbitrũ vel cõpromissarium posse ex nouiter postea gestis illam electionẽ tanquam iudex confirmare, quod nota bene.

SVMMARIVM

1 Ppotestate; habens iudiciariam & procedens simpliciter vel actus miscens quam videatur viam elegisse.

Cap. vj. duodecimi libri.

Pone huiusmodi habentẽ hãc mixtam potestate; simpliciter pcedere vel pronuntiare vel actus commiscere adeo vt possit de prehẽdi que via sit per eũ electa. † Quid presumemus? doc. nostri et hoc non declarãt & effectus est maximus pp multas drĩas que sunt iter sententias iudicis & laudũ arbitri, maxime pp appellationem, vt dixi. s. li. ix. per totũ. Dico tñ in dubio videri electã viã per actus. magis v; vt videtur casus expressus in. c. nisi essent. de preben. & facit. l. iij. ff. de testa. mili. facit etiam de verb. signi. c. abbate sancti Siluani. ff. de ver. ob. l. quoties. & qd in simili dicunt docto maxime do. Anto. Innoc. & do. Nico. in. c. cum ex officij. de pscri. vbi noluerunt iudicẽ qui h; ordinariã & delegatã in eodem casu si simpliciter cognoscit & pronuntiat intelligi in dubio virtute & potestatis q̃ magis v;, l; Fride. de senis ɔ̃ in certo consilio & male, vt ibi p eos. Ex his dictis infero q; in dubio, vt snia iudicis iudicabitur q̃ est validior & potentior, vt p;. in. l. i. C. de arb. & in. l. ij. ff. eo. ti. nec ob. qd a snia arbitri non appellat̃, q; p hoc non iudicat̃ esse maioris potentie, q; est nulla, vt snia, l; ei pareatur metu pene, vt. l. idẽ. §. stari. ff. de arbi. & habetur in dictis locis. Ad hoc optime facit in simili q; no. glo. in. l. i. ff. de iud. i gl. i. in fin. Dico mirabiliter q; hoc casu vnus actus poterit attribui potestati iudiciarie & alter potestati arbitrarie, prout magis v;, vt est casus in. d. c. nisi essent. qui non est alibi fm oẽs, & dicã nunc sequenti. c. Et est mirabilis, q; hoc semper in iustitia huius snie poterit emẽdari remedio rescissorio. Aut. n. grauamen infertur per actu; illũ in quo pronuntiatũ fuit iuris ordine, & tunc appellabitur tanq; a sententia cuiuslibet iudicis. aut illud in quo iuris ordo nõ est seruatus, & tunc reductio petetur tanq; ab arbitratore si debitũ moderamẽ fuit excessu;, vt. ff. p socio. l. vnde & si nerue. q; no. perpetuo & tene menti.

Adde predictis qõnẽ notabilẽ. Quid si fiat cõpromissum inutile i al's habẽtẽ iurisdictionẽ, s; nõ in cõpromittẽtes & ptes corã eo litigẽt sciẽter nũqd valebit pcessus nõ inuenio hãc qõnẽ tactã in his terminis. Dico tñ q; hoc casu acta i spici debẽt, si. n. pcessit vt arbiter nõ valebit pcessus. secus si vt ordinarius Nã censet̃ enĩ tũc eius iurisdictio progata, vt i simili dicit bar. in iudice habente delegatam inutilem & ordinariam in. l. j. C. q pro sua iurisdictione. & ibi etiam per alios docto. & per Jo. and. & do. Nico. in. d. c. cum ex officij. de prescrip. vbi vide.

SVMMARIVM

1 Pronũtiare se exprimẽs vt iudex, & vt arbiter, & vt arbitrator vel vna auctoritate in qua errat, qũo tunc iudicandum.

Cap. vij. duodecimi libri.

Item pone eũ exprimere q; pronuntiat vt iudex, & vt arbiter & vt arbitrator, † qũo iudicabimus? effectus est maximus vt dixi in. c. precedenti, & cum esset hec questio in facto in pprijs terminis de iudice qui h; has oẽs potestates non fuit inuentus q; aliquis doct. hanc qõnem ponat, sed arguebatur ex multis, de quibus dicam. j. eo. lib. xv. c. Tñ in proposito breuiter concludo put dixi in precedenti. q. s. eum videre elegisse & cumulasse oẽs vias. s. vt eius snia pro parte valeat vna auctoritate, & pro parte alia prout magis potest sustentari per tex. singularem ad hoc in. d. c. nisi essent. vbi aperte probatur hoc fieri posse fm oẽs doc. & satis et sensit Bal. in. c. i. §. iter pares de. l. conra. in vsibus feu. Et facit q; habetur in simili de habẽte simul ordinariã & delegatam qui potest pcedere vtraq; potestate retenta de corpore viri. in. c. significauit. & in. c. per hoc de here. lib. vj. & per Inno. & Moder. in. d. c. cum ex officij. de prescrip. & q; habetur de arbit. in. c. innotuit. & vbi esset dubiũ in hac dubitatione magis attribuatur potestati iudiciarie tanq; validiori per dicta supra. Pone etiam compromissariu; putare se habere duplicem potestatem, vere autem vnam tantũ h;. v. g. h; ordinariam fit in eũ cõpromissum qd credit valere & nõ v;, nunquid si asserit se pcedere vt arbitrũ erit eius processus nullus hec questio non ponit̃ ab aliquo in his terminis. Credo tñ nihil valere hmõi processum. Nam errat iste in eo q; est necessariam ad exercitiũ eius officij & validitas vniuscuiusq; actus dependet a potestate & volũtate, & altero deficiente nihil valeret vt probatur de officio deleg. in. c. cum super. C. si qs alri vel sibi. l. multũ interest. ff. de acquiren. hered. l. qui in aliena. & in. l. si is ad quem. & eod. titul. l. is qui putat. & text. optimus de conces. preben. in. c. ex parte asten. Item pbat̃ a simili per id q; not. Inn. & oẽs doc. in. d. c. cum ex officij. vbi concludunt idẽ in iudice qui credit se habere ordinariã & delegatã. nec habet nisi vnã tñ. s. ordinaria;. si enim procedit vt delegatus nulliter pcedit per dictas rationes & iura fm eos. facit etiã q; no. Bar. in. l. ij. ff. de iudi. & ff. de qdi. & demon. in. l. multu; interest & ff. de dã. infec. in. l. si finita. §. iul. & l. qd habetur. ff. de eo q pm. neg. ges. l. quero. & qd hr̃ in. c. prudentiam. de officio deleg. per gl. & doct. & per Bal. in. l. falsus. C. de fur.

Summarium

SVMMARIVM

1 Actus vnus & idē an possit substentari pro parte vt iudicis, & pro parte, vt compromissarij.

Capitulum. viij. duodecimi libri.

1 De illo potest non sine ratione dubitari† nunquid vnus & idem actus possit sustentari pro parte, vt gestus a iudice & p parte vt a cōpromissario ex dictis proximo. c. videtur hoc esse affirmandū. Nā hoc dicitur in snia in. d. c. nisi essent. que potest pro parte valere vna auctoritate, & pro parte alia, & tamen sententia dicitur esse in se vnus actus & indiuisibilis. vt. ff. fami. hercis. l. in hoc iudicio. C. quādo prono. non est neces. l. ij. C. si aduersus rem iudi. l. j. & ibi nota. & hoc videtur velle glos. in. c. innotuit. de arbit. Sed do. Anto. ibi sensit contra dicens super eodem articulo non posse iudicem vti vtraqz potestate resultaret enim contrarietas secundum eum. Idem etiam sentit ibi do. Nico. in casu quo potestas arbitraria non conueniret cum delegata & loquendo in articulo indiuisibili. Tu dicas quod vtraqz opinio est vera. nā aut vnus, & idez actus in se contineat plures articulos verbigratia, vna sentētia que continet plura capitula, & tunc verior est prima ps p inra sna. Nec obstat quod sententia esset indiuidua, qz illud fallit qñ cōtinet plura capitula, vnde potest tunc ferri sentētia super vno facta alterius reseruatione, vt est text. in. c. cum dilectus. de cōsuetu. & p do. Nico. aut cōtinet vnum articulū tm̄ indiuisibilē, & tūc secus, vbi auctoritates sint icōpassibiles, vt ex pdictis liqt.

SVMMARIVM

1 Iudicariam habens potestatem & compromissariaz nunquid cōpelli possit per partes ad declarandū qua via pcedere velit.

Capitu. ix. duodecimi libri.

1 Tez de illo posset hesitari† an habens hanc iudiciariam potestatez & compromissariam possit a partibus compelli vt eis declaret qua auctoritate procedere & pronunciare intendat. non memini in pprijs terminis me alicubi legisse hanc questionem. Sed in alia materia de iudice habente simul & semel potestatem ordinariā & delegatam. Inno. in. d. c. cum ex officij. dicit eum non compelli eligere alteram viam, licet si eligat valeat electio, & illud simpliciter ibi sequuntur doc. In contrarium tñ facit quod habetur per gl. ff. de. l. commis. in. l. si fundus. §. eleganter, que dicit notabiliter quod illi qui habent potestatem eligendi inter contraria potest terminus prefigi inter quem eligat & declaret. Quid dicemus, pfecto prima pars verior est. cum. n. vt dixi partes per earum cōpromissum dederint sibi potestatem vtendi oibus istis auctorita. super diuersis articulis. & cum hac qualitate se obligauerit compromissarius compromisso, vt. ff. de arbi. l. iij. §. i. non est ratio quare possit ad hoc compelli plusqz velit. vt dicitur in simili per Inno. in. d. c. cū ex officij. cuius dictum ad hoc tene menti Nec ob. gl. in. d. §. eleganter qz ibi venditor potest & debet esse certus a principio quid magis sibi expediat an velit vti lege cōmissoria vel potius pretium petere, ideo a principio compellit eligere, secus hoc casu in hoc iudice & cōpromissario qui nō pōt hoc scire a principio cū tractat de facto alieno, vt. l. verius. ff. de proba. sed rerum experientia hoc sibi docebit, facit quod habetur. ff. de lega. ij. l. cum pater. §. a filio.

SVMMARIVM

1 Compromissum si factum in priuatum vt in arbitrum & arbitratorem & amicabilem compositorem sit qua via procedere possit vel debeat.

Capit. x. duodecimi libri.

31 ¶ †Quid autem si factum sit compromissum in mutum vel surdum, seu in mutum & surdum tanquam in arbitrum & arbitratorem. Respondeo vt dixi in simili supra eodem in questio. ix. ad fi. & predicta ego intelligo esse vera in his que possunt iudicio arbitratoris determinari absqꝫ sensu auditus vel loquele, secus in his quorum determinatio dependet ab auditu vel loquela, nam tunc mutus & surdus vel mutus tantum vel surdus tantum, singula singulis referendo non potest esse arbitrator, argumen. no. per Anto. de but. in prohemio decretalium in secundo notabili vbi ipse inquit qꝺ carens aliquo ex quinqꝫ sensibus non potest esse iudex in his que requirunt illum sensum. ita dico in proposito pari ratione argumen. l. illud in fin. ff. ad. l. aquil. cum simili. & ex his habes. xiij. dif. inter arbitrum & arbitratorem, nam mutus, & surdus simul lꝫ non possit esse arbiter, tamen potest esse arbitrator, vt pꝫ ex predictis in hac questione. xiij. tene menti quia alij non ponunt.

32 ¶ †Decimoquarto quero quid de ceco, vtrum possit esse arbiter vel arbitrator. Respondeo quod sicut cecus non potest esse iudex vt no. in. l. cecus. ff. de iudi. ita nec potest esse arbiter. argumen. l. i. ff. de arbi. & intellige cecum ille qui nihil penitus posset videre, secus si videt & discernit que videt cum difficultate, sicut dicimus in sensu auditus & in muto vt dixi in. q. xij. s. e. per. l. discretis. C. qui testamen. face. pos. & per §. mutum. insti. de inuti. stip. Sed vtrum cecus possit esse arbitrator. ego puto quod sic, qꝛ arbitramentum est transactio, & sic contractus vt in auctē. ti. si vero contigerit. C. de iudi. cecus autem potest contrahere, vt in. l. alioquin. ff. de contrahen. emptio. ergo potest esse arbitrator prout im simili pluries arguit Anto. de but. in dicto. c. quintauallis. de iureiuran. & ideo infero quod cecus poterit stipulari per predicta quod not. ad. l. i. in princip. ff. de verborum obligatio. Itē poterit contrahere matrimonium, nam & matrimoniū perficitur consensu vt in. l. nuptias. ff. de regu. iur. sicut emptio & venditio. l. consensu. ff. de actio. & obliga. quam emptionem & vēditionem potest facere cecus, vt in. d. l. alioquin. Sicut in muto & surdo qui potest omnem actum facere in quo sufficit cōsensus l. mutus in princip. ff. de iur. do. licet non possit stipulari vel verbis obligari. l. prima in princip. ff. de verborum obligatio.

33 ¶ †An autem cecus possit testari dic qꝺ sic secundum solēnitatem traditam in. l. hac consultissima. C. qui testamen. facere pos. Item an possit esse aduocatus, dic vt in. l. i. §. casum. ff. de postul. Item an cecus possit esse testis, dic vt in Specu. de teste. §. primo. versicu. sed nunquid cecus, & concluditur quod sic, preterꝙ in testamento, vt per Bartol. in. l. in summa. §. idem iabeo. ff. de aqua pluuia arcen. dic vt ibi habetur, & de hac materia tetigi in dicta. l. cecus. ff. de iudi. & in. d. l. sed & si in seruum. §. i. ff. de arbi. est tamen verum quod arbitrator cecus arbitrando non dicitur contrahere sed potius contractum quendam transactionis factum per partes compromittentes adimplere per ea que dixi. s. in diffinitione arbitratoris. in secunda questione.

¶ Sed tamen quod dicitur in contrahente idem puto dici posse in adimplente contractum, argumen. l. cum actum. ff. de nego. gest. & l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procuratori. & l. oratio. ff. de spon. & l. illud in princip. ff. de acquiren. heredita. & ex his habes. xiiij. dif. inter arbitrum & arbitratorem, naꝫ cecus non potest esse arbiter, & tamen potest esse arbitrator, vt patet ex predictis.

¶ Decimoquinto quero vtrum in iudicem ordinariuꝫ possit cōpromitti vt in arbitrum vel in arbitratorem, †Respondeo quod
34 iudex ordinarius non potest esse arbiter, vt in. l. sed & si in seruū. §. si quis iudex. ff. de arbit. & intelligo tale compromissum eē nullum siue opponatur siue non. nam est nullum ipso iure, vt probatur in. d. §. si quis iudex. in fi. & ibi dixi hoc tamen fallit in pluribus casibus in quibus iudex potest esse arbiter.

¶ Primo fallit de iure canonico vt in capi. cum tempore. extra de arbi. & per Innocen. in capi. innotuit. in capitu. exposita eodem titu. & per consequens ius canonicum seruabitur in terris ecclesie, ius vero ciuile in terris imperij ex quo hoc non continet peccatum secundum Rapha. Fulgo. & Barto. in dicto. §. si quis iudex. facit. c. nouit. de iudi. & quod habetur in capitu. i. de ope. no. nun. & per Specu. in titu. de arbi. §. potest. versicu. sed nunquid in ordinarium.

¶ Secundo fallit si fiat ꝯpromissum in iudicem de causa de ꝙ ipse non erat iudex competens. Exemplum si non subditi compromittant in iudicem non suum, vt sentit litera in dicto. §. si qs iudex. ibi eius rei de qua iudex est &c. & est casus secundum vnā lecturam in. l. si quis ex consensu. C. de epis. audien. & est glo. in. l. i. ff. de iudi. & propterea etiam de iure ciuili potest compromitti in iudicem maleficiorum in causa ciuili pecuniaria de qua ipse ex vi sue iurisdi. non potest cognoscere. ita dicit Ange. in suo consilio. ccxviij. in. ij. col. †qꝛ tunc non dicitur abuti sua potesta
35 te &c. per no. in. d. §. si quis iudex iuncta. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. ¶ Tertio fallit si fiat compromissum, vt in arbitrum in causa appellationis in iudicem a quo est appellatum de causa in qua pendet appellatio secundum Gui. de cuneo in. l. pedius. & in. d. §. si quis iudex. ff. de arbi.

¶ Quarto fallit si compromittatur vt in arbitrum in iudicē nō ordinarium sed vt delegatum ita not. Host. in ti. de arbi. §. secūdo. facit tex. in. c. nisi. de preben. & c. cum olim. extra de arbi. & per gl. in. d. §. quis iudex, & per Abb. in. c. exhibita. de re. pmuta. ¶ Quinto fallit in principe in quem potest compromitti etiā vt in arbitrum, & quod plus est potest compellere partes in eū compromittere ēt tanquam in arbitratorem, vt in. c. cum inter. R. de elec. & no. do. Cato. super rub. ff. de arbi.

¶ Sexto fallit si aliter se haberet consuetudo loci vel statutum loci. arg. no. per glo. in. d. §. si quis iudex & quod no. Spe. in ti. de arbi. §. potest in prin. & quod dixi. s. eodem. in. q. vi.

Septimo fallit si litigatores compromittant in iudicem vt in arbitrum cum iuramento eorum. quo casu licet de iure ciuili non videatur valere argumen. l. non dubium. C. de legi. & per Spe. in simili in. d. §. potest in prin. in titu. de arbi. tamen secus de iure canoni. cuius foro ratione iuramenti partes subijciuntur, vt in. c. fina. de iudi. lib. vi. sed de iure canonico tenet compromissum, vt dixi. s. in. i. fallentia. ergo &c.

36 ¶ †Sed quero rationē quare de iure ciuili non potest compromitti in iudicem suum & in arbitrum. Respondeo. quod Lanfran. in dicto suo opere ponit. iiij. rationes ex mente doct. Sed ego pono. viij. rationes. ¶ Prima ratio est qꝛ iudex iurat iudicare secundum iura. vt in aucten. iusiurā. quod prestatur ab his in princi. & tenetur iudicare secundum iura. & sic iuste vt in. c. ij. de offi. ordi. & l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. presi. & ad hoc faciendum maxime inuitatur timore appellationis, vt in toto titu. ff. de appel. & ideo si causam assumeret in se tanqꝫ arbiter nō posset appellari ab eius sententia, vt in. l. i. C. de appella. & l. diē proferre. §. stari. ff. eo. ti. & sic inuitaref ad delerandū & delinquendum, vnde debet tolli occasio delinquendi. l. conuenire. ff. de pa. dota. ¶ Secunda ratio est secundum Guil. qꝛ in iudice habet locum remedium ordinarium iudi. vt iudex, vnde dꝫ in eius persona cessari remediū extraordinarium, & quod non possit essē arbiter. argumen. l. in cause. in princi. ff. de mino. & in. l. prouinciali, & ibi per Barto. ff. de no. ope. nun.

¶ Tertia rō est, qꝛ per dignitatem iudicis dꝫ augeri vtilitas & honor per. l. si longius. §. fi. ff. de in. sed iudicādo in cā vt arbiter. cū in ea posset iudicare & cognoscere vt iudex ordinarius est descēdere, & sic nō ascēdere. & sic deducere dignitatē suā in vilipendium ergo &c. ¶ Quarta rō est ɓm eūdē Guil. de cu. & Ray. qꝛ arbiter postꝙ acceptauit compromissum dꝫ cogi in causa sententiare per iudicem per. l. iij. §. i. ff. de arbi. sed iudex hic reperiref iudex & arbiter, & sic non posset semetipsum cogere iudicare. argumen. l. penul. ff. de arbi. c. debitum. de baptismo ergo &c.

¶ Quinta

37 ¶ † Quinta ratio est qꝛ arbiter cognoscit de iure ⁊ seruat solennitates iudiciorum ⁊ que per iudices seruanť regulariter, vt in.l.j.ff.de arbi. Et idē facit iudex.l.prolatam.C.de senten.⁊ interlocu.om.iudi.⁊ per consequens si iudex omissa via ordinaria pcederet vt arbiter, videreť contēnere iurisdictionem suam ⁊ abuti sua iurisdictione. secūdū Bal.in.l.si quis ex cōsensu.C.de episc.audiē.⁊ quod no.in dicto.§.si quis iudex. ¶ Sexta ratio est, qꝛ iudex semper conareť ⁊ procuraret vt partes in eum compromitterent ne a sua sententia appelletur, vt in dicta.l.diē proferre.§.stari.⁊ in dicta.l.j.C.de arbi.secundum Anto.de but.in.d.c.cū tēpore.de arbi. ¶ Septima ratio est qꝛ arbitria sunt similia iudicijs.l.j.ff.de arbi. Et sm hoc si fieret compromissum in iudicem ordinarium loci.circa idem ⁊ in eadem persona concurreret idētitas ⁊ similitudo seu exemplum ⁊ exemplar. quod esse non debet argumen.eorum que habētur in.l.quod nerua.ff.de deposi.⁊ in titu.de adop.§.primo. ¶ Octaua ratio est secundum Rapha.fulgo.in dicto.§.si quis iudex.⁊ in.l.prima.ff.de iudicijs.qꝛ sicut rei sue non tenet mandatum vel commissio.vt in.l.prima.ff.de pcurator.⁊.l.neqꝫ pignus.ff.de reg.iur.⁊.l.sue rei.ff.de contrahē.emp.⁊.l.nemo esse suam.ff.de verborum obliga.ita in proposito cum cause cognitio iure proprio ad iudicem spectet, nō tenet noua commissio in eum facienda vt in arbitrum.facit.l.qui bis idē.ff.de verborum obligatio. Nona rō est qꝛ potestas compromittendi in priuatum est concessa a lege in priuatum tantum, ad instar iudicis.l.prima.ff.de arbi.⁊ lex hoc concessit, quia priuatus aliter se interponere non posset.⁊ sic in subsidiū hoc munus cōpromittendi concessum est quando persona in quam compromittitur aliter iure ordinario de causa cognoscere non poterat, vt in dicta.l.prima.sed ista concessio vel ratio cessat in iudice qui iure
38 ordinario de causis cognoscere potest.ergo ⁊c. ¶ † Nunc quero vtrum possit compromitti in iudicem proprium vt in arbitratorem. Respōdeo quod sic vt vult glo.Bar.⁊ Bal.in dicto.§.si quis iudex per auctē.si vero contingit.C.de iudi.⁊ tenet Specula.in titu.de arbitra.§.potest.versicu.sed nunquid in ordinarium, ⁊ per Abb.in dicto.c.quintaualłis.in septima differētia. ¶ Sed quero quid si compromittitur in ordinarium iudicem tāquam in arbitrum ⁊ arbitratorem. Respōdeo vt in simili dixi.ī. eodem in questione.ix.ad finem. ¶ Item quid in primo casu si iudex in quem est compromissum vt in arbitratorem desinat esse iudex pendente compromisso. Respondeo opus est nouo compromisso, vt in simili per Specu.in titu.de arbit.§.potest.versi.quid si pendente.probatur in.l.sed ⁊ si in seruum in principio.ff.de arbit. Item quid econtra si post factum compromissum vt in arbitrum priuatum ille efficiatur iudex, dic qꝺ vitiatur compromissum, vt tenet Lanfran.in dicto suo opere.facit.l.non distinguemus.§.summa.ff.de arbit.⁊ in Specu.eod.titu.§.fina.versiculo.sed pone. ¶ Et ex predictis habes.xv.differentiam inter arbitrum ⁊ arbitratorē, quia regulariter iudex ordinarius licet non possit esse arbiter inter suos subditos, tamen potest esse arbitrator per dicta iura.

39 ¶ † Decimosexto quero quid de persona ecclesiastica vtrum possit esse arbiter vel arbitrator. Respondeo quod Episcopus potest esse arbiter.casus est in.l.si qui ex consensu.secūdū vnam lectu.C.de episco.audien. Idem in quolibet alio prelato preposito vel abbate priore vel gubernatore, de quibus habetur in clemen.j.de rescrip.vt plene no.Specu.in titu.de arbitr.§.fina.versicu.sed quero diligenter.⁊ idem in quolibet alio simplici sacerdote vel clerico non regulari.vt nota.Joan.and.in additio.Specula.in titu.de arbit.§.potest.vbi inquit hanc questio.fuisse disputatam per Francisc.accur.in dispu.sua que incipit duo consortes ⁊c.idem dicunt dicti docto.in milite.facit gloss.in.l.miles in principio.ff.de re iudica.sed reliqui religiosi regulares vt est monachus, frater predicatorum, seu sancti Augustini, ⁊ frater minor non possunt esse arbitri secundum Specula.in eodem titulo.§.finali.versicu.quid de simplici monacho.⁊ de monacho loquitur gloss.in.l.pedius.in principio.ff.de arbitr.et per Hostien.in summa eodem titulo.§.secundo.in fin.⁊ hoc nisi aliud suadeat vtilitas monasterij, ⁊ vltra hoc interueniat licentia superioris.vt probatur in capitu.monachi a monasterio.decimasexta questione prima.⁊ per Specula.in dicto.§.fina.versicu.quid de simplici monacho.

¶ Sed queritur quid in arbitratore vtrum tales possint esse arbitratores. Respondeo quod episcopus ⁊ reliqui prelati bene possunt esse arbitratores secundum docto.vbi supra.⁊ idem in quolibet alio simplici clerico non regulari, vt per docto.in dictis locis, sed reliqui religiosi regulares, licet non possunt esse arbitri nisi interueniat ⁊ concurrat copulatiue licentia superioris, ⁊ euidens vtilitas monasterij aliud suadens, vt dixi, tamen licentia supioris etiā si aliter hoc nō suadeat vtilitas ecclesie.vt
40 dicit Specu.in.d.§.fi.in versi. † quid de simplici monacho.vbi dicit quod idem tenuit Old.⁊ Odofre.in.d.l.si qui ex consensu ⁊ Lanfranch.in dicto suo opere de arbitris in secunda parte in questione secunda. Et per hoc videtur casus.in.c.fin.de testa.lib.vj.licet loquatur in executore vltime voluntatis sm Jo.an.in addi.Spe.in.d.§.fin.

¶ Sed tamen aduerte qꝛ licet predicta possint pertransire in reliquis religiosis regularibus, tamen in fratre minore videtur dicendum quod non possit esse nedum arbiter, sed nec etiam arbitrator indistincte non obstante quod sit opus pium.argum.l.fi.C.de ferijs.ratio est qꝛ docto.arguunt de executore ad arbitratorem.vt dixi, sed ita est quod frater minor nō potest esse executor testamenti.vt in cle.exiui de paradiso.de verbo.significatio.quod tū intelligo, ⁊ limito vt per Bal.in auc.ingressi.C.de sac.san.eccl.ad fi.igitur ⁊c.de quo vide per Anto.de but.⁊ Jo.an.de imo.in dicto.c.quintaualłis.

¶ Adde tū qꝺ licet frater minor non possit esse executor testamenti.vt in.d.clem.exiui de paradiso tamen executio per eum facta vз.⁊ tз.ita dicit Fede.in suo consilio.cclxxxiiij.

¶ Adde tamē quod factus clericus desinit esse comes.vt.xx.questione tertia.c.presens clericus.in glo.ij.

¶ Et ex his tu habes.xvj.differentiam inter arbitrum, ⁊ arbitratorem, quia licet religiosi simplices regulares non possint regulariter esse arbitri, tamen bene pssunt esse arbitratores eo modo quo dixi supra.

41 ¶ † Decimoseptimo transeūdo ad causas de quibus causis possit compromitti quero nunquid arbiter vel arbitrator possit cognoscere de causa spirituali. Respondeo quod non potest compromitti in arbitrum de causa spirituali, vt habetur in.c.contingit.extra de arbit.⁊ hoc tam principaliter quam incidenter secundum Baldum in.l.non distinguemus.§.de liberali.ff.de arbitris. ¶ Fallit tamen si compromittatur de matrimonio spirituali, vt in.c.ex parte.extra eodem.⁊ in.c.cū inter canonicos.⁊ capi.quia propter.de electio.⁊ per Specula.in titu.de arbi.§.restat.versiculo.item de matri. Item fallit in causa decimarum vt primitiarum vel vsurarum, que potest compromitti in laicum arbitrum de auctoritate pape.vt not glo.in dicto capit.contingit.⁊ Hostien.in summa eod.titu.§.de qua re.ver.⁊ iuxta. Itez fallit si de causa spirituali sit compromissum in laicum ⁊ clericum simul cum auctoritate tamen superioris ad quez spectaret cognitio illius cause spiritualis, ita dicit glo.in dicto capi.cōtingit.de arbit. Alias autem laicus non potest esse arbiter in causa spirituali etiam cum auctoritate episcopi vt est glos.in dicto capitu.
42 contingit. ¶ † Quid autem de matrimonio carnali ⁊ de conuerso.⁊ de monachatione vide per glo.in.l.non distinguemus.§.de libera.ff.de arbitr. Quid autez de sententia excommunicationis vel alio spirituali in quo vertitur periculum anime.dic quod nō potest compromitti in arbitrum secundum Specula.in titu.de arbit.§.restat.versiculo item sententia excommunicationis.

¶ Sed quero quid de arbitratore nunquid possit compromitti in eum de causa spirituali.videtur quod sic.⁊ per Baldum in.l.vnica.C.de confes.⁊ per Petrum de anch.in suo consilio quod incip. hanc questionem ⁊c.⁊ per Joannem Andream in capi.finali.de rerum permutatione in nouella.⁊ per Baldum in extrauaganti.de pace constan.in verbo possessiones in principio, ⁊ per eundem in dicta.l.nō distinguemus.§.de liberali ad finem, ⁊ vide per Ludo.de roma.in suo consilio.clxxiij.⁊ vide plenissime per eundem in suo consi.ccxix.vbi concludit quod nec principaliter nec incidenter potest de causa matrimoniali compromitti in arbitrum vel arbitratorem. ¶ Sed tu aduerte qꝛ videtur dicendum quod de talibus spiritualibus possit compromitti vt in amicabilem arbitratorem iudicem ⁊ non alium, qui tamen habeat super negotio principali iudicare de iure tantum, sed super expensis ⁊ alijs arbitretur de facto vt arbitrator, ita notabiliter dicit Specul.eodem titu.§.restat.versicu.item.de senten.excommuni.quod tene menti. ¶ Et ex his habes.xvij.differentiam inter arbitrum ⁊ arbitratorem, quia de causa spirituali non potest compromitti in arbitrum, sed in arbitratorem sic eo modo de quo dixi supra.⁊ hoc principaliter.sed si incidenter dic vt infra eodem.in questione.xxi.

43 ¶ † Decimooctauo q̄ro qd de cā feudali an arbiter vel arbitrator possit de ea cognosceř. Rūdeo qꝺ arbiter potest cognoscere de causa feudali, quatenus vertiť preiudicium vassalli compro-

mittentis in arbitrum. sed tamen dominus potest prohibere, vt inquit Specula. in titu. de arbi. §. restat. versicu. sed nunquid vasallus. Et ad predicta vide in argumentum quod nota. in. l. ij. ff. de servi. & Baldus & Jac. de aluaro. in. c. et. §. quid ergo. de investitu. de re aliena. facta in vsib. feudorum. & tex. & Barto. in. l. lex vectigali. ff. de pigno. per quē iura videtur dicendum, quod vassallus nihil possit facere in preiudiciu3 domini, si postea eius ius finiatur & revertatur ad dominum.

¶ Sed queritur quid de arbitratore nunquid vassallus poterit compromittere, vt in arbitratorem de feudo. Respondeo quod Baldus in capitulo primo. §. si inter partes. in titu. de lege corradi sentit quod sic, dum loquitur de arbitratore in illa materia feudali. argumen. l. imperatorce. ff. de in diem addic. & glo. in. c. bone. de confir. vtili vel inutili. Sed certe videtur quod debeamus dicere prout not. Specula. in dicto. §. restat. in versicu. sed nunquid vassallus, maxime quia tex. in dicto. §. si inter pares. loquitur de arbitro, & nihil dicit de arbitratore, sed tamen in arbitratorem, idem videtur. argumen. l. preses. C. de transac. iuncta auc. si vero contigerit. C. de iudi. & argumentum not. per Bar. in. l. si minor. §. fi. ff. de mino. † vbi minor lesio presumitur in com-
44 promittendo in arbitratorem quam in arbitrum. Si igitur vassallo permittitur compromittere in arbitrum. vt in dicto. §. si inter pares. secundum tamen no. per Specu. vbi. s. in dicto versi. sed nunquid vassallus. igitur pari ratione & multomagis in arbitratorem, sed hoc non obstante ego teneo quod vassallus nō possit compromittere de feudo in arbitratorem, & sic causa feudalis nullo modo poterit per arbitratorem terminari immo vassallo contra faciente & transferente feudum in alium vigore compromissi secuto arbitramento privandus esset suo iure, vt plene not. Jaco. de aluar. in dicto capi. j. §. si inter pares. per multas rationes suas, de quibus ibi per eum, vbi eleganter & late loquitur, de qua materia vide vltra predicta in. c. cum tempore extra de arbit. & in capi. j. in princip. de investi. in maritum facta, & in ca. j. an apud iudi. vel do. & in. §. penulti. de probi. feu. alie. per Hed. Non obst. dicta ratio. d. l. si minor. §. fina. & quod ibi not. Bar. quia aliud est in feudis in quibus sunt deputati certi iudices, de quibus per eundem Jaco. de aluar. in dicto. §. inter pares. adeo quod vassallus nō potest arbitratorem deputare in iudicem, sed tantum arbitru3 vel aliam personam a iure concessam. ¶ Et ex his habes. xviij. differentiam inter arbitrum & arbitratorem, quia vassallus potest compromittere de feudo in arbitru3. vt. s. sed nō in arbitratorem.

45 ¶ † Decimonono quero quid de articulo iuris vtrum possit cōpromitti in arbitrum vel arbitratorem. Respondeo de arbitro quod de articulo iuris claro & certo non potest compromitti in arbitrum, secus si sit dubius propter varias opiniones doctorū, nam opiniones doctorum faciunt rem dubiam. vt in. l. si quis in conscribendo. C. de pact. ad quod facit quod notat Baldus in. l. cum proponas. C. de rebus creditis & iureiurando. & ibi dixi in prima lectura. facit quod not. Bald. in. l. j. ff. de arbit. & in. l. ancille. C. de fur. Item ad hoc facit quod not. Bald. in. l. j. C. de relat. vbi inquit quod statutum quo cavetur quod cause compromittantur consilio sapientis, debet intelligi in causa dubia, secus si causa eēt clara in iure & certa, quia tunc calumniose diceretur peti consilio sapientis secundum Bald. in dicta. l. j. & per eundem in. l. ij. C. de legibus. & ibi per Albe. de rosa. & per Jaco. de are. Barto. & Bald. in. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg.
46 iij. & ideo † petens causam claram committi consilio sapientis, tanq̄ calumniose petens non est audiendus, vt in proemio institutionum. §. j. ibi calumniantiū iniquitates expellat &c. ¶ Sed quero quid de arbitratore vtrum in eum possit compromitti articulos iuris presertim clarius. Respondeo secundum do. Nellum de sancto Geminiano. in dicta. l. si quis in conscribendo, qd de tali articulo iuris esset si non possit compromitti in arbitrum, tamē secus est in arbitratore, quia super his cadit transactio. vt in. l. ij. C. de transactio. ergo & arbitramentum, vt in auc. vt diffe. iudi. §. si vero contigerit. & in auc. si vero contigerit. C. de iudic. ad quod facit quod not. Bar. in. l. pretor. ff. de tuto. & cura. da. ab his, & tangit Bal. in. l. ancille. C. de fur. quod tene menti.

¶ Et ex hoc habes. xix. differentiā inter arbitrū & arbitratorē, quia arbiter de articulo iuris claro cognoscere nō pōt, vt habet in. d. l. si quis in conscribendo, secus est in arbitratore vt. s. dixi.

47 ¶ † Vigesimo quero quid de restitu. in integrum vtrum de ea possit cognoscere & sententiare arbiter vel arbitrator. Respondeo primo de arbitro quod doc. & glo. in. l. fin. C. vbi & apud quē dicunt quod non de ea cognoscet arbiter, sententiando quod aliquis restituatur in integrum. ¶ Fallit si pronunciet arbiter aliquem esse restituendum. non dico q per suam sententiam restituatur in dicta. l. fina. tenet glo. Jaco. de are. Cyn. Jaco. de butr. & ibi Floria. Bald. & Saly. licet Odofre. & Barto. ibi contra, qz non reperitur talis modus agendi scilicet qd quis petat pronunciare se esse in integrum restituendum nisi dicamus qd partes sic consenserunt in arbitrum. argumen. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitr. Secundo fallit si compromittitur in arbitrum articulus iuris. videlicet vtrum possit peti restitutio in integrum vel non sed vtrum competat restitutio in integrum vel non, quod tendit in idem cum precedenti fallentia per eadez iura, facit quod no. in. l. cum proponas. C. de reb. cre. & iureiur. Tertio fallit si compromittitur in arbitrum vallentia seu validitas alicuius articuli in causa resti. in integ. puta vtrum potuerit cōcedi dilatio ad probādum in ea vel nō per not. in. l. cum proponas. C. de reb. credi. & iureiuran. & ibi per Bald. & alios. Quarto fallit si coram arbitro in causa compromissibili oritur questio restitutionis in integrum incidenter, nam incidenter poterit in integrum restituere. casus est in. c. penul. de arbit. & ibi per Innocen. & Specu. eodem titu. §. restat. circa princip. in versi. item de causa restitu. in integrum cum versi. seque. & per glo. in. l. nō distinguemus. §. de liberali. ff. de arbit. dum loquitur de commixti imperij. prout est restitutio in integrum vt per Bald. in. l. imperium. ff. de iurisdictio. omniū iudicum. & hoc etiaz tenet Pe. Cy. & Odofre. & Floria. in dicta. l. fina. C. vbi & aduersus quos. vbi dicunt q si coram arbitro oritur aliqua questio incidens vel emergens super ea poterit arbiter incidenter vel emergenter restituere in integrum. † Sed queritur quid si statutum loquens
48 de arbitro mandat fieri compromissum in arbitru3 de omnibus litibus puta inter coniunctos vel extraneos an includatur causa restitutionis in integrum. Respondeo quod Barto. in. l. pretor. ff. de tutor. & curato. da. ab his dicit quod non, dicens quod nulla causa misti imperij includitur in dicto statuto. cum de ea nō possit compromitti. vt in dicta. l. fi. C. vbi & apud quos, & hoc verum in dubio, sed si statutum expresse vellet causam etiā misti imperij includi in statuto, tunc servaretur statutum. argumen. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & nota. Joan. de per. in dicta. l. fi. Itē quero quid si statutū loquitur etiam de arbitratore dicens quod de omni causa fiat compromissum, vt arbitratorem inter coniunctos, an includatur etiam causa restitu. in integrum, puto quod sic, quia de ea potest transigi sm Bar. & doc. in. d. l. fi. ergo arbitrator potest de ea cognoscere cum arbitramentum sit transactio. vt in auctē. si vero contigerit. §. de iudi. Non obstat Barto. in dicta. l. pretor, quia loquitur in arbitro, nos in arbitratore, vel loquitur in tutela super qua non potest transigi. ergo nec compromitti in arbitratorem, ita loquitur ibi Bart. idez dic in cura alicuius secundum Ange. in suo cōsilio. xc. de quo tu vide in Specu. de arbit. §. restat. versicu. quid si mater. nos loquimur in restitutione in integrum super qua potest transigi secundum Barto. & docto. in dicta. l. fina. C. vbi & apud quem. Nunc quero vtrum possit compromitti in arbitratorem voluntarie de causa restitutionis in integrum. Respondeo quod sic
49 † quia potest super ea transigi. ergo & potest in arbitratorem de ea compromitti cum in arbitratorem sit quedam transactio. vt in dicta auctē. si vero contigerit. secundum Barto. in dicta. l. fi. qui ita consuluit, vt ibi ipse refert. Et ipsu3 sequitur Salic. in l. fina. licet Bal. contra. Joan. tamen de petrutijs in dicta. l. fi. distinguit quod aut queritur vtrum arbitrator per viam formalem restitutionis in integrum possit restituere iure cuiusdam potestatis quodammodo, & tunc arbitrator nō potest, ita loquitur Bald. in. d. l. fina. Aut queritur vtrum arbitrator posset reponere in pristinum statu3 ipsas partes, sicut ipse partes se possent quasi ipse sit tanquam mediator, & amicabilis cōpositor, & sic est ac si ipse partes sic component, & transigant, & se reponāt in pristinum statum, & tunc si partes ipse hoc de se facere possent trāsigendo, vel paciscendo, & tunc etiam arbitrator potest, ita loquitur Bartol. & sequaces, aut ipse partes non possent se reponere in pristinum statum paciscendo, vel transigendo earum consensu, vt in casu. l. cum mota. C. de transac. & tunc non potest etiā ipse arbitrator. Sed ibi partes ipse possent se reponere in pristinum statum, vt fuit in precedenti casu tunc arbitrator, ita pari modo potest per indirectam viam sic restituere, & in pristinu3 statum in effectu reponere, vt alias notanter dicitur in. l. cum aquiliana. ff. de transactio. & hoc modo potest intelligi Bart. & Salice. Et per hoc habes. xx. differentiam inter arbitrum, & arbitratorem, quia causa restitutionis in integrum non potest in arbitrum

arbitrum compromitti regulariter, sed in arbitratorem sic, vt patet ex predictis.

50 ¶ †Vigesimoprimo quero postquam supra in questione.xvij. tractaui vtrum de causa spirituali possit principaliter compromitti in arbitrum vel arbitratorem, quid dicemus si arbiter vel arbitrator velit de causa spirituali vel matrimonio non principaliter sed incidenter cognoscere. Respondeo quod Bald.in.l.j. C.de confes.in.iiij.charta.in versicu.sed nunquid arbitri compromissarij ⁊c.tenet quod arbiter possit incidēter cognoscere de causa spirituali licet non principaliter, contrarium autem tenet idem Bald.in.l.non distinguemus.§.de liberali.ad fin.ff.de arbit. Et hoc quia est tex.⁊ glo.in capitu.cum contingat.de arbi. ⁊ hoc verum nisi pars confiteretur vt in simili not. Specu.in titulo de conuen.⁊ reconuen.nam tunc nō est super hoc disceptatio, vt ibi not.ergo si agitur de successione certe super matrimonio quod est necessarium ad illam successionem, vt in capi.tuam de ordi.cogni.non poterit arbiter recipere testes, ⁊ hoc est verum de mero arbitro iuris, ⁊ per consequens idem Bald.in dicta.l.vnica.C.de confes.videtur male loqui contra tex.glo.in dicto capi.cum contingat. Ad hoc facit ratio, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.l.prima.ff.de arbit. Sed iudex ēt incidenter non cognoscit de causa spirituali quando est questio iuris non solum facti, vt tenet Barto.⁊ docto.in.l.secunda.ff. de iurisditio.omnium iudicū ⁊ in.l.titia.ff.solu.matrimo.⁊ in.l. quoties.C.de iudi.⁊ per Pet.de ancha.in clementi.dispendio-

51 sam de iudi.ergo nec arbiter. † Sed quero quid dicemus de arbitratore vtrum poterit cognoscere incidenter de causa spirituali. Respondeo quod Bal.in dicta.l.non distinguemus.§.de liberali.ad fi.tenet quod sic quia non procedit iudicialiter.vt in.l. si de meis.§.recepisse.ff.de arbi.⁊ habetur in capitu. quintaualis.de iureiurando, vnde tota die videmus secundum Baldum quod iste probationes fiunt coram arbitratoribus assumptis ex forma statuti. Et hoc iuridice potest fieri inquantum sunt arbitratores, sed non inquantum sunt arbitri. bene tamen fateor qd de causa status vel de causa meri vel misti imperij arbiter potest cognoscere iudicialiter licet nō principaliter, per glo.de qua in dicta.l.non distinguemus.§.de liberali.ff.de arbit.⁊ per glo.in. l.cum proponas.C.de reb.credi.⁊ iureiurando, ⁊ ibi dixi in tertia lectura. Et ex his habes.xxj.differentiam inter arbitrum ⁊ arbitratorem quia arbiter etiam incidenter nō cognoscit de causa spirituali, sed arbitrator sic vt dictum est, quod autem sit principaliter dixi.s.in questio.xvij.

52 ¶ †Vigesimosecūdo quero quid de causa meri vel misti imperij vtrum arbiter vel arbitrator possit de ea cognoscere. Respondeo de arbitro quod non vt est casus in.l.nō distinguemus .ff.inli.⁊.§.de liberali.⁊ quod ibi not.ff.de arbi.⁊ in.l.fina.C.vbi ⁊ apud quem.fallit incidenter vt est glo.in dicto.§.de liberali. ⁊ dixi.s.questio.proxima. Et que sit causa meri imperij dic qd est illa que expeditur officio iudicis nobili ad publicam vtilitatem.vt in.l.imperium.ff.de iurisdic.omnium iudicum illa vero dicitur causa misti imperij que expeditur similiter officio iudicis nobili sed ad priuatam vtilitatem.vt in.l.iubere cauere.ff.de iurisdictio.omni.iudi.⁊ per Bar.late in dicta.l.imperium. vnde de istis non potest arbiter cognoscere. Sed de arbitratore, respōdeo quod aut talis est causa meri vel misti imperij super qua non licet transigere iuxta.l.transigere.C.de transactio. Et tunc similiter non licet compromittere in arbitratorem.ratio est quia arbitramentum est quedam transactio.vt in auc.si vero contigerit.C.de iudicijs. Et si non potest transigi non debet posse compromitti in arbitratorem, vt in simili dicit Bartol.in.l.pretor.ff. de tutor.⁊ curato.da.ab his. Aut est talis causa meri vel misti imperij in qua licet transigere iuxta ea que habentur in dicta.l. transigere.⁊ quod dixi.s.eodem in questione.xx. Et sic potest transigi, ita etiam potest compromitti de ea in arbitratorem, ita in simili arguit Barto.in.l.fina.C.vbi ⁊ apud quos ⁊ canoniste in dicto capitu.quintaualis.de iureiuran.⁊ quod dixi in dicta. questio.xx.⁊ ita tenet Ludo.de roma.in suo cōsi.cxv. Et ex his tu habes.xxij.differentiam inter arbitrum ⁊ arbitratorem.quia de causa meri vel misti imperij nō potest cognoscere arbiter sed arbitrator sic vbi potest transigi quod valde not.

53 ¶ †Vigesimotertio quero quid de alimētis an de eis possit cognoscere arbiter vel arbitrator. Respon.aut quod loquimur in alimentis preteritis, ⁊ tunc potest de eis cognosci tam per arbitrum quam arbitratorem, cum etiam super eis liceat pacisci vel transigere absq3 pretore, vt in.l.de alimentis.C.de transactio. Et ita limitatur.l.cum hi.ff.de transactio.secūdum docto.in.d.l.de alimentis.⁊ in dicta.l.cū hi. Et hoc generaliter siue debita sint ex contractu inter viuos siue in vltima voluntate, vt dicunt doctores in dictis locis, aut loquimur de alimentis futuris, ⁊ tunc aut debentur ex contractu inter viuos. Et idem vt habetur in dicta.l.cum hi. Aut debentur ex vltima voluntate vel donatione causa mortis, tunc sequeretur vtrum possit de eis cognosci per arbitrū qui procedit ad instar iudicis iuxta.l.prima.ff.de arbi. Specula.in titu.de arbi.§.restat.ver.sed nunquid compromissum super alimentis ⁊c.refert aliquos tenere quod tunc potest per arbitrum cognosci quasi sit loco iudicis.argumen.dicte.l.j. ff.de arbi.dic vt ibi per eum. ¶ Sed quid dicimus de arbitratore nunquid poterit cognoscere de talibus alimentis futuris debitis ex vltima voluntate ⁊c. Ego puto quod non.si non interueniat auctoritas pretoris cū cause cognitione.iuxta dictam.l.cū hi.§.si pretor. Ratio est quia sicut non potest trāsigi super ipsis alimentis inconsulto pretore vt ibi, ita nec debet posse compromitti in arbitratorem secuto laudo arbitratoris censetur quedā transactio, vt in auc.si vero contigerit.C.de iudi. vnde sicut non valet transactio, ita nec arbitramentum, ⁊ ita etiam tenet Joan. de petrutijs in dicta.l.de alimentis ad finem. Et ad hoc allego Ange.ita tenentem in suo consilio.cxcix.circa fi. Joan.an.hoc tenentem, ⁊ ad hoc facit quod not.idem Anto.in suo consilio. ccxviij. Et ex his habes.xxiij.differentiam inter arbitrum ⁊ arbitratorem, quia arbiter potest cognoscere de alimentis futuris debitis etiam ex vltima voluntate de quo, vt supra, sed arbitrator non, quod no.

54 ¶ †Vigesimoquarto quero qd de causa propria vtrum in causa propria quis possit esse arbiter vel arbitrator. Respondeo primo de arbitro quod in causa sua propria nemo potest esse arbiter.per.l.penul.ff.de arbit. fallit in ecclesia in qua cū eius prelato potest compromitti in arbitrum de re.ecclesie.scdm Joan. and.in capi.cum olim.de prescrip.⁊ per Flori.in dicto.§.arbitrorum. Secundo fallit si compromittatur etiam in arbitrum in aliquem de collegio ipsius ecclesie secundū Specu.in titu.de arbit.§.sequitur.versicu.sed nunquid Abb.vbi etiam tenet precedentem limitationem. Tertio si compromittatur, vt in arbitrum in venditorem de re vendita de qua contenditur cōtra emptorem, vt in Specu.eod.titu.§.ij.versicu.sed nunquid in venditorem. An autem venditor tunc teneatur de euictione re euicta suam sententiam arbitrariam, dic quod sic.licet sit lis sub iudice secundū Specu.eodem titu.§.ij.versicu.sed pone qd compromissum est ⁊c. ¶ Sed quero quid de arbitratore vtrum in causa propria quis possit esse arbitrator. Respondeo quod sic. vt est glo.in dicta.l.penulti.⁊ no.Innocen.in capi.veniens.extra eodem titu.Specu.in eodē titu.§.ij.versicu.item nullus in sua.⁊ per Abba.in dicto capitu.quintaualis.in.iij.differentia, ⁊ tenet Bald.in dicto capi.quintaualis.⁊ Hostien.in summa. de arbi.§.ij.⁊ probatur in dicto cap.qntaualis.vbi est casus de arbitratore in re sua propria, ⁊ quod not.Bald.in.l.si libertus. ff.de operis liber.⁊ Angelus in.l.si cui.ff.de serui. Et ratio differentie est quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.l.j. ff.eodē sed in causa sua propria nemo potest esse iudex.l.j.C.ne quis in sua causa.ergo nec arbiter. Sed arbitrator nō procedit ad instar iudicis sed extraiudicialiter.vt in.l.si de meis.§.recepisse.ff.eodem.⁊ habetur in dicto capitu.quintaualis.ergo ⁊c. Et ex his tu habes.xxiiij.differentiam inter arbitrum ⁊ arbitratorem, quia in causa sua propria nullus potest esse arbiter regulariter, secus in arbitratore.

55 ¶ †Vigesimoquinto quero quid de lite vel contractu vtrum super eis possit pariter compromitti in arbitrum vel arbitratorē. Respondeo quod arbiter eligitur super lite, ⁊ sic super re litigiosa ⁊ incerta, ⁊ si eligeretur super contractu transiret de contractu in litem argumen.l.prime.ff.de arbi. sed arbitrator eligitur super contractu ⁊ super re certa, puta super contractu emptionis ⁊ venditionis ad declarandum pretium quo debet esse facta emptio ⁊ venditio.l.fina.C.de contrahen.emptio.vel ad declarandum partes in societate de qua constat.vt in.l.quid enim si nerua.ff.pro socio.not.Specula.eodem titulo.de arbi.§.primo. versicu.est autē differentia.ibi arbitrator vero ⁊c.⁊ dato quod arbitrator eligatur super lite ⁊ re litigiosa ⁊ incerta, tamen censetur implicite electus super contractu ⁊ lis transit de lite in contractum transactionis, nam per ipsum compromissum factum in arbitratorē videtur initus inter compromittentes quidam contractus quasi transactionis. videntur enim compromittentes in arbitratorem exigere pro eo quod arbitrator arbitratur secundum Hostiensem, ⁊ Innocenti.in dicto capitulo

quintavallis. extra de iureiuran. & dixi. s. eodem in secunda questione de quo habetur per Abba. in dicto capitu. quintavallis in prima differentia. Et ex his habes. xxv. differentiam inter arbitrum & arbitratorem, quia arbiter eligitur sup lite, sed arbitrator super contractu vt dixi.

56 ¶ † Vigesimosexto quero vtrum in quacunqz causa in qua qs. potest eligi arbiter possit etiam eligi arbitrator. Respondeo qd quilibet qui potest esse arbiter potest esse etiam arbitrator, & sic in quacunqz causa in qua quis potest esse arbiter potest etiā esse arbitrator, seu vbi quis potest compromittere in arbitruz potest etiam compromittere in arbitratorem regulariter, vt inquit Lāfran. in dicto suo tractatu de arbit. in secunda parte. in versiculo secundo quero, quod tamen ego limito per ea que dixi. s. eodem in questio. xviij. vbi dixi quod vasallus absqz periculo potest de feudo compromittere in arbitrum vt in capi. primo. §. si inter pares. de lege corradi in vsibus feudorum, sed non in arbitratorē, vt ibi tenet Jacob. de aluaro. ¶ Sed quero quid econtra arbitratorem. Respondeo quod non sequitur quis potest esse arbitrator in aliqua causa. ergo & arbiter vt patet per multas differentias quas dixi supra. Et sic habes. xxvj. differentiam inter arbitrum & arbitratorem, puta vbi quis potest esse arbiter potest esse arbitrator, sed non econtra, tene menti hanc regulam in ista materia.

57 ¶ † Vigesimoseptimo quero † vtrum proprium arbitri vel arbitratoris sit cognoscere vel sit pacificare partes seu litigatores Respondeo quod proprium arbitri non est pacificare, sed potius cognoscere & sententiare inter litigatores, vt per Specul. in titu. de arbi. §. primo. versicu. est autem differentia.

¶ Sed quid de arbitratore. Respondeo quod proprium arbitratoris est non vt cognoscat, sed vt pacificet, & quod certum est diuidat vel quid aliud simile faciat secundum Specu. in dicto. §. primo. in dicto versicu. est autem differentia. Et ex hoc infero quod si compromittitur in aliquem ad cognoscendum, videtur electus vt arbiter argum. no. per Specula. in dicto. §. primo versicu. est autem differentia, sed si compromittitur in aliquem ad pacificandum partes compromittentes videtur electus vt arbitrator. argumen. predictorum not. per Specu. in dicto versicu. est autem differentia, quod not. ad ea que dixi. s. in. iiij. questione. Et per hoc habes. xxvij. differentiam inter arbitrum & arbitratorem, quia arbiter dicitur cognoscere & sententiare, sed arbitrator pacificare.

58 ¶ † Vigesimooctauo quero de quasi contractu vtruz quasi cōtrahitur ita coram arbitro sicut coram arbitratore. Respondeo de arbitro quod in compromissis in arbitrum in litigando coraz arbitro quasi contrahitur, sicut in iudicio, vt Speculator. de arbit. §. potest esse arbiter. in versiculo, quid si pendente compromisso &c. facit. l. tertia. §. idem scribit. ff. de pecu. iuncta. l. prima. ff. de arbitris. ¶ Sed tu aduerte quia aut queris vtrum per ipsum compromissum factum in arbitrum vel arbitratorem dicatur quasi contrahi vel contrahi. Et tunc dico quod vere contrahitur non dico quasi contrahitur maxime si compromissuz sit factum per stipulationem per. l. diem proferre. §. finali cum. l. sequenti. de arbi. & quod ibi nota. & hoc nedū in arbitro vt ibi sed etiam in arbitratore per auctenti. si vero contigerit. C. de iudi. Aut queris vtrum dicatur quasi contrahi per litis contesta. iuxta not. per Bartol. in. d. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. & tunc si loquimur coram arbitro dicitur quasi contrahi sicut in iudicio. ita loquitur Speculator in dicto versicu. quid si pendente compromisso. si vero loquimur coram arbitratore, & tunc secus. ratio est quia coram eo lis non contestatur, & sic non necessaria litis cōtestatio, vt in. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi. & quod no. docto. in capitu. quintavallis. de iureiuran. merito si per litis cōtesta. fit quasi contractus, vt per Bart. in dicta. l. tertia. §. idez scribit ibi si non reperitur litis contesta. non reperitur talis quasi contractus. argumen. l. testamento. ff. de condi. & demonstra. & l. eius qui in prouinciam. ff. si certuz petatur. Aut queris vtruz per sententiam dicatur quasi contrahi. & tūc aut loquimur in arbitrio, & tunc aut ex eius sententia nulla nascitur actio vt est regulariter. vt in. l. prima. C. de arbit. & tunc non dicitur quasi contrahi, ratio est † quia in sententia iudicis si ex ea nulla nasceretur

59 actio non diceretur quasi contrahi, vt probatur ex no. per glo. & Barto. in dicta. l. tertia. §. idem scribit. ff. de peculio. Aut ex eius sententia nascitur actio forsitan ex forma statuti sic disponentis, & tunc secus argumen. dicte. l. tertie. §. idem scribit iuncta. l. prima. ff. de arbit. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Aut loquimur in arbitratore, & tunc in nullo casu nascitur actio ex sententia arbitratoris, sed ex compromisso per quod videtur transigi pro eo quod laudabit arbitrator vt habetur in dicto. §. arbitrorum. ff. pro socio. & quod dixi. s. eodem in questio. ij. & sic sententia arbitratoris dicitur implere transactionem quandam que videtur inita in ipso compromisso facto vt in arbitratorez vt plene dixi in dicta questio. ij. vnde merito patet quod per talē sententiam arbitratoris dicitur potius impleri & purificari ille contractus transactionis qui videtur initus & celebratus per ipsum compromissum quam, quod ex ea dicatur fieri quidam quasi cōtractus argumen. l. antist. ff. de acquiren. heredita. vnum tamen volo te notare videlicet quod licet dicta. l. tertia. §. idem scribit communiter allegetur ad hoc videlicet quod in iudicio quasi cōtrahitur, & glo. ibi intelligitur in iudicio secuta sententia, & sic qd per ipsam sententiam quasi contrahitur tamen re vera ille text. non loquitur de sententia sed de iudicio, nisi exponas iudicium

60 pro sententia † prout quandoqz capitur iudicium pro sententia vt plene dixi in rubrica. ff. de iudi. in versicu. tertio principaliter queritur &c. per. l. primam. ff. de re iudicata. & in aucten. vt in medio litis. §. primo & in. l. prima in princi. ff. si ex noxali causa agatur in glo. finali. & ita re vera debet exponi, quia per solum iudicium nulla secuta sententia nullo modo daretur actio de peculio in casibus de quibus in illo. §. idem scribit. vt ibi probatur, sz vlterius considera quod ille. §. idem scribit non dicit quod per iudicium vel sententiam quasi contrahatur, sed dicit quod contrahitur, quare glo. ibidem signata subaudit quasi, quia falsum esset quod in iudicio vel sententia vere contrahatur, argumentum l. omnem obligatio. ff. de iudic. & l. inter stipulantem. §. primo. ff. de verborum obligatio. & in. l. si idem. C. de codicil. vnde communiter intelligitur quod quasi contrahitur, sed aduerte quia licet Barto. in dicto. §. idem scribitur. capiat & intelligat quod quasi contrahitur sicut in titu. institu. de obliga. que ex quasi contractu nascuntur &c. & in. l. prima in princip. ff. de actio. & obligatio. & institu. de actio. §. omnium. tamen hoc non est verum, probo

61 quia certi sunt modi vel certe sunt cause † quibus dicitur iniri quasi contractus vt in actione tutele, actione negotiorum gestor. in actione in factum qua tenetur iudex faciens litem suam & sic de singulis. vt in. l. ex maleficijs. §. primo. & per totam illaz. l. ff. de actio. & obligatio. & institu. de obligatio. que ex quasi contractu nascun. per totum. nec inter illos casus vel modos reperitur iudicium vel sententia. ergo &c. Secundo probo quia secunduz hoc sequeretur qp omnis contractus verus deductus in iudicium diceretur transferri in quasi contractum, quod est absurdum. argumen. l. prima. & qd ibi not. C. de iudi. ergo &c. Tertio quia fieret commixtio primarum causarum que sunt contractus vel quasi, vt in dicta. l. prima in principio. ff. de actio. & obligatio. cuz contractus deducit in iudicio transiret in quasi contractuum vel adderetur eis quasi contractus quod non est dicēdum. argumen. l. queritur hermafroditum. ff. de statu hominuz. Quarto quia si in iudicium deduceretur quasi cōtractus ad idē super quo erat iam factus quasi contractus hoc autem non est dicendum. argumentum. l. qui his idem. ff. de verborum obliga.

62 † Non obstat predictis ille. §. idem scribit, quia fateor quod debet intelligi hoc modo scilicet quod in iudicijs contrahitur idest quasi cōtrahitur. Alias sequeretur quod iudicia, & contractus essent idem, quod non est dicendum. argumen. l. si idem. C. de codi. & propter hoc glo. subaudit vel exponit idest quasi contrahitur non quia velit significare vel denotare quod sit factus p sententiam quasi contractus prout loquitur titulus institu. de obli. que ex quasi contrac. nascun. quia non est verum quod per iudicium vel sententiam dicatur iniri obligatio descendens ex quasi contractu capiendo quasi contractum pro vna specie obligandi de qua habetur in dicto. §. omnium. institu. de actio. nam iudicium non est ex contractu vel quasi, ex maleficijs vel quasi &c. patet per rationes de quibus supra dixi. Sed dicitur quasi contrahi, non quod sit quasi contractus sed quia in casibus illis de quibus in illo. §. idem scribit. Antequam deducantur ad iudicium & sententiam non datur actio de peculio, sed eis deductis in iudicium secuta super eo sententia sit quantum ad actionem de peculio eadem iuris dispositio, que fieri solet quando agit aliqua actione descendente ex cōtractu vel quasi, vt sic secuta sententia cōpetat actio in factum que oritur ex illa sentētia l. actori. C. de rebus creditis. cū illa tamē adiectione de peculio sicut si fuisset factus cōtractus & non maleficium vel quasi, quod est contra intellectuz cōmunē Barto. & aliorum omnium doct. ad. d. §. idem scribit. qd multum tene menti, quia nunquaz intel

63 lexisti. ¶ † Sz quero quid de arbitratore. respōdeo qp corā arbitratore

bitratore seu per compromissum in arbitratorem vel eius laudū non quasi contrahitur vere contrahitur ꝛ vere si implementum contractus per ipsum laudum arbitratoris, nam videtur initus quidam contractus transactionis, vt in auc. si vero contigerit, ꝛ in corpore vnde sumitur. C. de iudi. ꝛ dixi supra eod. in questione secunda quod est notandum ad statuta loquentia de quasi contractu iudiciorum vel contractu transactionis. Item est notandum quod vbi potest transigi ibi potest compromitti in arbitratorē per predicta, ꝛ vbi est prohibita transactio, ibi censetur prohibitum compromissum in arbitratorem, vt etiam dixi supra eodem. in questione vigesimatertia. Et ex his habes. xxviij. differentiam inter arbitrum quasi contrahitur sicut in iudicijs sed in compromissis in arbitratorem vere contrahitur, ꝛ videtur facta quedam transactio.

64 Vigesimonono quero quid de libello † vtrum libellus sit offerendus coram arbitro vel arbitratore respondeo de arbitro quod coram eo est libellus offerendus prout coraȝ iudice offertur. hoc probatur in auc. offerat. C. de litis contest. iuncta. l. j. ff. de arbi. ꝛ per Spec. in tit. de libel. concep. §. restat ver. sed nunqd de actiōe no. dico ī. eo. j. q. liiij. sed qd d arbitratore. rñdeo φ corā eo nō est necessario libellus offerēdus. Ratio est qꝛ arbitrator procedit extra iudicialiter. vt in. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi. ꝛ in. d. c. quintauallis. de iureiur. Et sic in extraiudicialibus non est opus libello. ꝛ est verū φ corā arbitratore requirit̄ petitio saltē verbo facta etiam in vulgari sermone. vt p Ang. Areti. in. §. omniuȝ. insti. de actio. vel in scriptura ſm Spe. in ti. de libel. concep. §. restat. ver. sed nunquid. Quod puto verū nisi de intentione partis constare possit arbitratori ex tenore compromissi q̄si tunc cōpromissum succedat loco petitionis, vt inquit Bald. in. c. si. extra de senten. ꝛ re iudi. facit quod no. Ant. de bu. ꝛ Jo. de imo. in. c. preterea extra de dila. vbi dicunt quod rescriptuȝ hꝫ loco petitionis in causis summarijs in quibus per viā rescripti procedit̄. ꝛ ex his habes. xxix. differentiā inter arbitrum ꝛ arbitratorem, quia regulariter coraȝ arbitro offertur libellus, secus coram arbitratore.

23 dicta sunt. ¶ † Amplia hāc limitationē, vt procedat etiā qn̄ arbiter fert sententiam contra consuetudinem, nam sicut non valet contra ius lata, ita nec contra consuetudinem cum a pari procedant, ita not. in d. c. j. de re iudica. & per Bal. in d. l. ij. C. quando prouo. faciūt not. per eundē Bal. in Rub. de cons. rec. feu. & in l. cum proponas. ff. de nau. feu. Ange. in §. j. in secunda col. insti. de offi. iud. sed contra hoc videtur tex. in l. j. C. que sit lōg. consue. ibi reuocabit, nam si reuocat, quod est factum contra cōsuetudinē, ergo valebat argumen. l. decem. ff. de verborum obligatio. l. manumissiones. ff. de insti. & iure, quod comprobatur, nā diuersa est ratio in consuetudine a iure communi, quia super iure nō articulatur, nec probatur, vt not. Bart. in l. ornamentorum. ff. de auro, & argento legato, secus in consuetudine, que probanda est, vt dixit idem Bar. in l. de quibus. ff. de leg. faciunt nota. per Bald. in titu. de pac. const. in versi. nos romanorum, qui dicit valere sententiam latam contra consuetudinē, licet possit appellari, idem dicit in l. ij. §. quod obseruari quem sequitur Sali. ibidem. C. de iur. cal. ¶ Unde distinguas prout facit Joan. faber, & Ange. in d. §. j. insti. de offic. indi. & Fely. in d. c. j. de re indi. q si consuetudo est notoria, ita annullat sententiam, sicut ius cōmune, quando contra eam est lata expresso errore argu. l. testamenta. C. de testibus, aut non est notoria, & tunc sententia tenet, & ita procedat contrarium per nota. in d. l. cum prolatis. ff. de re iudica. & in l. secunda. C. quando prouo. nō est nec. & q sit verum, vt ita operetur consuetudo, quod ius commune, videas Bal. in auc. iubemus. iiij. not. C. de ind. dum dicit, q index facit litē suā iudicando contra consuetudinem sicut si iudicaret contra ius cōmune, adde nota. per eundē Bal. in l. prima, in fine. C. vt que desunt aduo. vbi dicit, q index, ita supplet in consuetudine sicut in iure communi, de hoc plene habetur per Boych. in dicto c. primo de re indi. & in capitu. primo, de constitu. & per Modernio. in dicto §. duo fratres, & in dicta l. cū prolatis. ff. de re indi.

24 ¶ † Item amplia, vt ista procedant nedum quo ad ius commune, & consuetudinem, sed etiam quo ad statuta ciuitatis, vt not. in supradictis locis, & per nota. in l. omnes populi. ff. de insti. & iure, & in l. cunctos populos. C. de summa trinitate, & in capitu. primo, & in capitu. ecclesia sancte marie, de cōstitu. & per ea que dixi in prima questione principa. in versicu. de iure.

25 ¶ † Tertio fallit, si arbiter ferrat sentētiam precio, vel dolo aduersarij, nam tunc non valet, nec ei standuꝫ est, sed ope exceptionis infringitur, ita nota. Speculato. in titulo de arbi. §. excipit, versicu. item q corruptus per. l. tertia. §. primo. & l. ita demum. ff. de arbitris, & l. sed & si seruum. §. sunt & alij eod. titu. & capitu. secundo, de arbitris, capi. cum eterni, de re iudi. in vj. & capitu. accusatores, tertia questio. quinta, But. in dicto capitu. quintauallis, decimaquarta columna, in fine, idem dicit, & etiam retractatur replicatione doli, vt ibi per eum, facit. l. nō distinguemus. §. cum quidam. ff. eodem titulo, de arbitris, idem si dolo tantum ipsius arbitri lata sit sententia, vt nota. idem Butri. in eodem capitulo quintauallis, faciunt nota. per Bartolum, Baldum, Salycetum, & alios in l. arbitrorum. C. de arbitris.

26 ¶ † Intelligas tamen regulam supradictam, q sit standum sententie, siue equa, siue iniqua quādo sumus in arbitro voluntario, secus est quando sumus in statutario, nam ab eius sententia appellatur ex dispositione iuris communis, & statuti nostri, de quo dicam infra in sequen. decima questione principa. in principio.

27 ¶ † Septimo quero an arbiter habeat iudicare secundum allegata, & probata, vel secundum suam cōscientiam, & satis ex supradictis apparere potest, quid sit in hac questione dicendum, cum secundum iura habeat iudicare, & iura dicant, q secundum veritatem rei sit iudicandum & sic secundum allegata, & probata, vt est tex. & ibi not. per Odof. Alber. Barto. & Bal. in l. illicitas §. veritas. ff. de offi. pres. & c. pastoralis. §. quia vero, & ibi Host. Imo. & Abba. de officio delega. iūcto tex. in l. prima. ff. de arbi.

¶ Tamen in contrarium videtur tex. in capitu. primo, de re indi. in §. si quis, in vj. qui dicit, q secundum conscientiam iudicādus est, alias punitur index, vt ibi ad ideꝫ est tex. in c. literas. §. primo, de restitutio. spoliatorum, dum dicitur, q qui reddit debitum contra conscientiam edificat ad gehenam, item tex. in c. qualiter, & quando de accus. vbi secundum conscientiam seruandus est ordo iudiciarius, item tex. in l. tertia. §. primo, de test. & l. eadem in fine, cum ibi not. ff. de ser. & l. si erruptione. §. finali. ff. fin. reg. & in hac opinio. fuit Marti. glo. vt in supradictis locis not. & faciunt not. p Bal. in l. ij. in fine. C. de vind. lib.

¶ Primam opinionem communiter tenent docto. Antoni. de butrio in capitu. primo, de offic. ordi. & ibi Imol. Petr. de ancha. in capitu. primo, de consti. in ix. colum. Bald. in fin. C. de pen. iud. qui. mal. iud. Alex. in l. bonorum. C. qui admi. Specu. in titu. de sen. §. qualiter, versicu. item debet ferri secundum allegata per scriben. in l. cunctos populos. C. de summa trinita. & fide catho. Ange. in §. minus insti. de actio.

¶ Circa dubium hoc distinguerem, prout videtur sentire Fel. in dicto capitu. pastoralis. §. quia vero. vj. limita. de offi. deleg. q aut querimus de cōscientia que versatur circa augendas, vel minuendas probationes, & alia que possunt inducere arbitrum ad plus, & minus, seu alterare sententiam, & tunc dico, q secundum conscientiam iudicare arbiter possit per d. l. iij. ff. de testi. & per not per Barto. in l. lucius. ff. de his qui not. infa. aut querimus de conscientia, prout se opponit probationibus, & tunc siue arbiter sit certus, siue ex coniecturis habuerit conscientiam hanc nihilominus habeat iudicare secundum allegata, & probata nullo habito respectu ad conscientiam suam per d. §. veritas, & d. §. quia vero, nam si volumus dicere, quod iste arbiter possit iudicare secundum conscientiam suam non informatam a iure sequeretur, quod ipse arbiter teneretur ad litis extimationem cum faciat litem suam sicut index, vt not. in d. l. penulti. C. de pactis, nec ei crederetur, quod secundum veritatem tulerit sententiam nisi ex actis constaret per nota. in capitu. quoniam contra de proba. vnde secundum ordinem charitatis debemus dicere, quod satis sit excusatus arbiter, etiam quo ad penā spiritualem faciendo id quod est sibi a lege permissum. l. preses, & ibi glo. C. de seruit. & acq. & l. gracus. C. de adul. l. ij. ff. q quisq in iis. cum videamus, & deum ipsum cui nihil est incognitum, hoc fecisse. c. deus omnipotens, secunda questione prima, & multum excusat officij necessitas. l. tutorem. ff. de his qui. vt indi. & l. quidam. ff. de administra. tuto. nec etiam debet esse clementior lege cum l. dicat, quod secundum probata debeat sententiare auct. de iudic. §. oportet.

¶ Nec distinguendum est in materia nostra inter criminalem causam, & ciuilem, prout videntur facere communiter doct. cuꝫ arbitris causa criminalis committi non possit, vt dixi supra, in tertia questio. principa. in versicu. criminalis.

¶ Nec videtur bona limitatio docto. qui volunt, quod in notorijs possit procedi, & sententiari sine allegatis, & probatis p glo. fina. in capi. presbyter. xv. quest. v. dummodo sit notorium iudici vt iudici, & non vt priuato, vt refert Fely. in d. c. pastoralis. §. quia vero, nam tunc non iudicat secundum conscientiam, sed prout sibi ex notorio constat, & ita dicerem posse iudicare arbi

trum quando est sibi notorium dummodo sedēdo, aut stando in loco destinato de hoc sibi ꝯstaret, ⁊ sic tanꝙ arbitro, ⁊ nō tanꝙ priuato per. l. primā. ff. de arbi. maxime in arbitro statutario hoc puto procedere sine dubio per ea que dixi in secunda questio. vij. questio. princi. ad supradicta faciunt nota. per Jo. and. in addi. ad Specu. in titu. de dispn. ⁊ allega. in. §. satis, versi. vero glo. in ca. non frustra. xxiij. qō. v. Bal. Saly. in. l. prima. C. vt que des. aduo. Bal. in. l. si irruptione in fine. ff. fin. reg. Roma. in. l. ij. in. x. col. ff. de verbo. obligatio. Jaso. in. d. §. si minus, inst. de actio.

28 **Octauo** †Etiam ex supradictis queri potest, an arbiter habeat sequi equitatem, quādo vult ad sententiā deuenire, ⁊ videtur dicendum, prout in supradicta qō. v. dixi, nam cum equitas sit iusticia dulcore misericordie temperata, vel motus rationabilis regens misericordiam ⁊ rigorem secūdum Cyprianum, quem refert Specu. in titu. de dispen. §. primo, versicu. equitas, ⁊ sic non discedat a iusticia ⁊ rigore in totū, ⁊ seruetur iustitia, ⁊ rigor prout inest equitati si scdm iura indicatur, sed cum temperamēto, clare apparet, ꝙ equitas ab arbitro non sit aliquo modo spernenda, idem tenet Anto. de but. in capitu. primo, columna. vj. de constitutio. ⁊ in capitu. causam que de electio. quem refert Barb. in eo. capi. colum. xvij. nu. cxix. ¶ Quid autem magis sit sequendum quando ius cum equitate concurrit circa hoc dicerem idem seruandum, ꝙ seruatur in iudice per. d. l. j. ff. de arbi. faciendo tria membra, prout vidētur cōmuniter scrib. facere, ꝙ aut equitas, ⁊ ius non sunt scripta, aut alterum tantum, aut vtrunꝙ, primo casu equitas prefertur rigori per. l. placuit. C. de iud. secundo casu, quando alterū est scriptū, ⁊ tunc illud est seruandū arg. c. scriptū. vi. questio. iij. ⁊ ibi not. ⁊ in. l. prospexit. ff. qui. ⁊ a quib. Tertio casu, aut equitas est scripta in genere, ⁊ ius in specie. vel econtra, ⁊ tunc id quod est magis speciale seruatur, cum generi per speciem derogetur. c. primo, de rescrip. ⁊ reg. generi, de regu. iur. in. vj. aut tam, equitas, ꝙ ius est speciale, aut generale, ⁊ sic est equalitas inter vtrūꝙ, tunc equitas est semper preferenda ꝑ regulam ordi. de reg. iur. in. vj. ita tenet Abb. in. c. fina. de trans. in fine, ⁊ de materia videas plene per Cyn. Bar. Alb. Saly. in. l. j. C. de leg. ⁊ ꝑ glo. in. c. ius generale, prima disti. ⁊ in. c. disciplina. xlv. disti. Host. Joan. and. But. in. d. c. fina. de trans. Bar. Bal. Saly. ⁊ Ja. in. l. placet. C. de iudi. ⁊ semper arbiter debet habere equitatem ante oculos arg. l. ꝙ si ephesi. ff. de eo. ꝙ cer. lo. nam sepe perniciose erratur in iuris subtilitatibus. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obli. Bal. in. l. inter filios. C. famil. hercis. Jaso. in. l. si sic legatum. ff. de lega. primo, ⁊ in. l. cum quis. C. de iur. ⁊ fac. igno. ¶ Declara tamē predicta, vt supradixi in fine preced. questio. ⁊ in dicta questio. v. ibi item procedunt, per ea que dixi in prima questio. princip. versicu. sola, ⁊ pura, cum sequenti.

29 **Nono** †Quero si vno die est factum compromissum, ⁊ eodem die snia lata, an teneat Jaco. but. in. l. prolatum. C. de sen. ⁊ int. om. in. dicit, ꝙ si hodie est factū cōpromissuz in arbitrum, ⁊ hodie laudum est latū per eum, ꝙ tale laudum est nullum, qꝛ presumit̄ ex abrupto latū non prehabita deliberatione, ita eundē But. refert, ⁊ vr̄ sequi Barb. in. c. eccle. san. marie de const. facit qꝛ debet de causa liquere coram arbitro. l. si de meis. §. fi. ff. de arbi. ⁊ dicā infra, quest. sequen. ergo nō est ꝑ arbitrum festinandū ad sententiā argu. l. his apud quē. C. de eden. ⁊. l. si cā cognita. C. de trans. not. Spec. in titu. de sen. §. qm̄. vsi. itē oppone, faciunt ēt not. ꝑ Bar. in. d. l. prolatā. C. de sent. dum dicit, ꝙ snia ad hoc, vt dicat̄ lata causa cognita sufficit, ꝙ sit lata parte presente, vel ꝯtumaciter absente per. l. in cause. §. causa cognita. ff. de min. secus si ex breuitate tēporis aliud presumi potest nam tunc causa nō presumitur instructa puta si post litē cōtestatam infra modicos dies, index dedit diffinitiuā sententiam, nam ex hac temporis breuitate presumit̄ iudex non instructus, ⁊ sic dicit ipse Bar. ꝙ tunc snia est nulla tanꝙ lubito lata, ⁊ ad hoc allegat. l. ex stipulatione, eo. ti. ⁊. l. fi. C. com. vel epis. ⁊ not. in. c. cū ex literis, de resti. in inte. pro hoc ēt facit, quod not. Domi. de. s. Gemi. in. c. pen. de re iudi. lib. vj. circa prin. dū dicit, ꝙ si iudex videt acta alicuius cause de mane, ⁊ in sero profert sniam, ꝙ talis snia dr̄ lata sine maturitate, ⁊ precipitanter per. d. c. cum ex literis de resti. in inte. nā actus nostros debemus facere cū deliberatione. c. ancillā. xxxij. dist. quest. ij. ⁊. c. si recusante. xxvij. dis. ad idē tex. in. c. iudicantē cuncta rimari, ⁊ ordinē rerū plena inquisitione discutere. xxx. quest. v. facit. l. ij. C. de sen. ex per. rec. ⁊ facit, ꝙ not. Soci. in consi. clv. prestantissimus, col. iiij. versi. primo qꝛ tale, volu. ij. qui dicit, ꝙ nō valet delatio iuramēti sine cause cognitione, vt not. Cy. in. l. bone fidei. C. de reb. cred. ⁊ doct. in. l. admonendi. ff. de iur. iur. imo dr̄ nulla, qꝛ snia lata sine cause cognitione est nulla, ⁊ sic cū tpis oportunitate est ferenda facit insuper dictū Corse. in singu. suo. clxxj. incipiens decretum iudicis, versi. minor q dicit, ꝙ decretū iudicis est nullū si nimis prospere sit interpositū per. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eoꝝ, qui sub. tut. idē dicit Lanfrā. de or. in. c. qm̄ contra. §. interlocutoria, de proba. ⁊ Ancha. in consi. clxxxviij. visis consilijs Ale. consi. ccxviij. dominantibus, circa fi. volu. ij. ⁊ Jaso. in. l. nec quaquā. §. vbi decretum, col. xv. ff. de offi. proc. ⁊ in specie Roma. in l. sciendum. ff. de verb. obli. col. fi. dicit īpugnando dictū Ange. ꝙ eodem instanti non potest fieri cōpromissuz, ⁊ laudū proferri, ⁊ ista est causa concedende restitutionis in integrū aduersus sententiā. d. c. ex literis circa fi. vbi est casus sing. ¶ In cōtrarium vero, ꝙ snia sit valida ēt si taz breui tpe sit lata vr̄ probari ꝑ tex. in. d. l. diē proferre. §. stari. ff. de arb. dū dicit, siue iusta, siue iniusta sit snia arbitri eidem standū est, ⁊ imputandū partibus q tales elligunt, pro hoc est tex. in. c. si quis. §. arbitri. ij. questio. vj. ⁊ possunt adduci oīa ea que adducunt̄. s. in quest. v. istius quest. prin. preterea cū quilibet presumat̄ bonus. l. merito. ff. pro soc. ⁊. l. seruos. ff. ō man. test. ⁊ nō imemor salutis eterne. l. sancimus. C. ad. l. iul. rep. canonizata. j. quest. vij. ca. sancimus, de qua salute in munere iudicādi agitur. l. rem nō nouam. C. de ind. vr̄, ꝙ potius ex diligentia sua arbiter hoc fecerit, ꝙ sine instructione cause, ⁊ ex abrupto vnde in abbreuiatione tpis multum operet̄ diligētia, ⁊ qualitas persone, vt probat tex. in. c. monachos. lxxvij. disti. l. oēs ⁊ ibi not. C. de his qui ven. eta. imp. itē presumitur ꝑ iudicāte. c. in presentia, de renun. ⁊. c. sicut de re iud. ⁊ ibi Joan. and. l. herēnius. §. gaia. ff. de euic. ⁊. l. heblius. ff. ō pac. dot. ⁊ multo fortius pro arbitris est presumendum cum compromissum sit voluntarium etiam in casu statuti respectu personarum ellectarum in arbitros, sed respectu iudicū iudicium in inuitum redditur. l. inter stipulantem. §. ff. de verbo. obli. de qua tā presumptione vide late per Barba. in. l. sciendū, col. xij. ff. de verb. obliga. ⁊ dicā infra in hac quest. in parte de effectu sentētie in fine. ¶ Crederem sic esse distinguendum, quod aut causa est leuis, ⁊ non requirit multas probationes, ⁊ tunc licet tam breui tpe causa expediatur nihilominus teneat ēt si nō esset plena presumptio de diligentia arbitri per. d. §. stari argu. not. in aucten. nisi breuiores. C. de senten. ex per. rec. ⁊. l. si de meis. §. ex compromisso. ff. de arbi. a contrario sensu, quod est validum, vt. l. ij. ff. de offic. eius, ⁊ dicā in seq. quest. ⁊ ita intelligit̄ dcm̄ Bar. qn̄ ex breuitate tpis manifeste ꝯstat, ꝙ nullo modo potuit esse instructus, vt ꝑ Abb. in. c. tum ex literis, col. ij. in octauo not. de rest. i inte. quē refert, ⁊ sequitur Deci. in. c. ecclesia sancte marie de consti. col. x. versicu. ⁊ conclusio. ¶ Aut causa est tante importātie, ꝙ nō est possibile in tam breui tpe eam expedire, ⁊ hoc ꝯstat manifeste, ⁊ tunc ēt snia teneat ꝑ. d. §. stari, sed veniat rescidēda, ope exceptionis si non est reclamatum, vel appellatum, vt in casu statuti nostri, cum constet de manifesta iniquitate, ⁊ ita procedat opinio Jac. But. per not. per But. in. d. c. quintaualllis, col. xiij. de iure iuran. iunctis not. in. d. l. prolatam. C. de senten.

30 **Decimo** †Quero ex supradictis, ⁊ ad eorum intelligentiam, an arbiter possit pronunciare, si nō ꝯstat sibi de meritis cause in hac questio. facio duo capita, aut est dubium, an ꝯstet, aut certū est ipsi arbitro nō constare, primo casu quando est dubiū, ⁊ simpliciter sententiā ferrat, ⁊ tunc distinguēdo per omnia, vt supra immediate posui dicerez, ꝙ sit valida sententia ēt si esset aliqualis presumptio contra arbitrum per. d. §. stari, ⁊ per. d. l. si de meis. §. ex compromisso. ff. de arbitris, nā cū in dicto. §. ex compromisso dicatur, ꝙ si arbiter iurat sibi non cōstare de causa equū sit, vt non cogatur sententiam ferre datur intelligi, ꝙ si ipse arbiter nihil dixit, tunc potest ferre sententiam etiā si non cōstaret de meritis per not. in. d. l. ij. ff. de offi. eius, dūmodo ex breuitate tpis, vel ex qualitate cause manifeste appareat, ꝙ nō sit possibile arbitrū fuisse instructū, vt supra dixi.

31 ¶ †Si vero ponimus pro cōstanti, ꝙ arbitro nō liqueat de meritis, ⁊ sniam vellit proferre, ⁊ tunc, aut simpliciter, aut per relationē ad acta, aut ꝑ relationē ad aliqua extrinseca, primo casu qn̄ simpliciter ꝓfert, vt puta cōdēno te ad id qō debes vr̄ tex. iūcta glo. in. l. qd tū. §. pōponius. ff. de arbi. ꝙ valer̄ debeat, si ex actis pōt snia certificari ꝑ. l. in summa. ff. de re iud. sed gl. in. l. iij. C. de sen. q sin. cer. quan. tꝫ ꝯtrarium dicens, ꝙ ad hoc, vt valeat dꝫ haberi relatio ad acta, ⁊ nō generaliter ꝓnūciari allegat. d. §. pōponius, ⁊. d. l. in summa, ⁊. l. ait pror. §. sed iudex. ff. de re iudica.

32 ¶ †Bart. in. d. §. sed iudex, cōcordat istas glo. dicens, ꝙ qnꝙ sententia datur cū relatione ad certā partez actorum, ⁊ tunc valesi

let si in certa parte actorum continetur certa quãtitas, siue acta sint probatoria, siue sint assertoria, ꝛ hoc modo loquitur text. in. dicto. §. sed index, ꝛ d. l. iij. C. de senten. que sine cer. quantita. ꝛ. l. in summa, secundo responso. s̄. allegata.

¶ Si vero non refert se ad acta, sed simpliciter dicit condemno te in eo, ꝙ debes, ꝛ tunc si acta sunt probatoria in quibus continetur quantitas sententia tenet, ꝛ ita loquatur. d. glo. in. d. l. qđ tantum. §. pomponius, si vero quantitas continetur in actis non probatorijs, sed assertorijs, vt in libello, vel positionibus, ꝛ tunc non teneat, vt in. d. glo. l. iij. C. de sen. que sine cer. quanti. ꝛ dictũ Bar. est intelligendũ etiã in arbitro per iura que allegat, ꝛ maxime tex. in. d. §. pomponius, ꝛ per determinata in. l. prima. ff. de arbi. sequitur Bal. in. d. §. sed index, ꝛ in. d. l. tertia. C. de sentẽ. que sine cer. quanti. ꝛ ibidem Salyce. ꝛ Ange. ꝛ Imo. in dicta l. in summa. Anto. de but. in. c. cum venerabilis, de exceptio. licet Raph. cuma. in. d. §. sed index teneat contrarium qꝛ dicit, ꝙ Barto. loquitur contra. d. glo. in. d. l. tertia, item qꝛ licet cõstet ex actis probatorijs tamẽ hoc non sufficit nisi fiat relatio ad ea, cum ad iudicem spectet pronunciare super facto, ꝛ non super iure, vnde pronũciando hoc modo, solue quod debes, pronunciat super iure ideo non debet valere, ꝛ si dicatur constat in actis respondet ipse quid ad te, quasi dicat satis est, ꝙ tu nõ pronuncias super facto, ꝛ ibi infert ad aliã questio. ꝛ allegat tex. in. l. prima. §. primo. ff. ad turp. respondendo ad tex. in dicto. §. sed index, ꝙ erat dubium super restitutione, vt est tex. in. l. cum eorum. C. de sen. ꝛ inter. omni. iudi. ꝛ in. l. secunda. C. de senten. que sine cert. quanti. Alexan. in. d. §. sed index, dicit ꝙ cum opinio Bart. sit communis non discedit ab ea, que etiam probatur in. d. l. tertia, iuncta glo. penulti. dum dicit tex. si in aliqua parte actorum contineatur, ꝛ glo. dicit actorum, scilicet probatorum, ꝛ per. d. §. sed index, ad quem Raph. non bene respondet, naꝫ intelligendo, ꝙ ille tex. loquatur in relicto particulari, prout omnes videntur tenere, sequitur ꝙ licet dicatur in sententia restituas, quod habes ex testamento, talis non propterea declaratur quantitas habita ex eo. testamento, tamen tenet sententia, ꝛ confirmat ipse Alex. opinionem Barto. per glo. in. l. si quis, ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi. ꝛ. l. eum in princip. ff. de susp. tut. ꝛ in capitu. si confirmationem, de electio. in sexto, fatetur tamen ipse Alexan. ꝙ bonum esset habere relationem ad aliquam partem actorum.

¶ Videtur mihi, ꝙ ꝑ ista parte sit ille tex. in. d. l. tertia, de sen. que sine cer. quanti. cui impossibile sit dari bonũ responsum nisi cauilando, vt facit glo. nam ibi dicitur, ꝙ ita demum condemnatio facta sine certa quantitate censetur auctoritate rei iudicate si in parte aliqua actorum sit certa quantitas comprehensa, nõ autem dicit si fiat relatio ad acta, ꝛ si hoc voluisset proculdubio dixisset argu. tex. in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. nec est curã dum de modo dummodo habeamus effectum. l. si mater. C. de inst. ꝛ sub. ꝛ. l. mulier, in princi. ff. ad trebel. nota. in. l. gallus. §. si eius. ff. de libe. ꝛ posth. ꝛ quamuis posset esse aliqua dubitatio de iudice tñ nõ vr̃, ꝙ possit cadere in arbi. arg. d. l. qualẽ, ꝛ. d. §. sta-
33 ri. ff. de arbi. ¶ † Intellige predicta si in actis continetur quantitas certa, secus si incerta, vt videtur sentire Ioã. fab. in dicto. §. curare, ꝛ declarat Iaso. in. d. §. sed index.

¶ Intelligas etiaꝫ predicta quando arbiter nihil dicit de liquidatione, nam si se arbiter arctasset, vel de facto cogeretur a pretore, ex quo esset necesse pronunciare, alias penã incurreret arg. l. inter vtile. ff. de min. ꝛ diceret, ꝙ pronunciat metu pene nec de causa sibi liquet, ꝛ super hoc iuraret, tunc dicerem sententiam esse inualidam per supradicta, ꝛ multo magis si se non arctasset dicerem tunc valere sententiam cum hoc casu non esset necessitas sententiam dicere, vt dicta. l. si de meis. §. fina. ff. de arb.
34 ¶ † Sed quid si pronunciat, ꝛ dicit, ꝙ sibi non liquet non tamẽ iurat, an hoc casu valeat sententia, videtur ꝙ sic, quia tex. in dicto. §. fina. requirit, quod arbiter iuret ad hoc, vt sibi credatur facit dicta. l. si cui, alias pomponius. ff. de re iudica. ꝛ hec procedũt quando sumus in vno tantum arbitro.
35 ¶ † Sed quid si sunt plures, ꝛ vnus iurat, ꝙ non liquet sibi de causa, an ceteri possint sententiam proferre videtur qđ non per. l. pedius, in fine, ꝛ. l. sicuti. ff. de arbitris, dico ꝙ si vnus iurat, ꝙ non liquet, ꝛ vlterius nõ se opponit alijs dicendo, ꝙ nõ debeant iudicare, ꝛ ꝙ vult instrui, ꝛ cognoscere de causa, sed qescit tunc ceteri possunt pronunciare per. d. l. põponius. ff. de re iud. ꝛ not. in terminis Alb. in. l. item si vnus. §. item si plures, versicu. item quod, si vnus, ꝛ in. l. sicuti. ff. de arbi. ꝛ hoc in arbitris statutarijs.

¶ Si vero posteaq̄ iurauit sibi non liquere etiam se opponat alijs, ꝛ non vult, quod procedant sine interuentu suo, ꝛ tunc ceteri non valent ferre sententiam, ꝛ si coguntur non tamen erit standum eorum sententie, quia est lata altero ignorante, qui habetꝛ ꝑ absente. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbi. ꝛ certum est, ꝙ si esset absens non teneret sententia. l. si in tres. ff. eodem tit. de arbi. iteꝫ licet non sit instructus tamen poterit instrui, ꝛ trahere alios in suam sententiam, vt in. d. l. si in tres, ꝛ hoc modo procedat opinio Iac. Butri. relata per Albe. in. d. l. sicuti. ff. de arbi. nec obstat si dicatur, ꝙ iste rationes videntur militare etiã in casu precedenti, quia si bene consideretur, non est verum, nam qñ vnus ex arbitris iurat, ꝙ sibi non liquet, ꝛ alijs non contradicit videtꝛ saltem tacite adherere eorum opinioni, ꝛ idem velle, quod ipsi volunt. l. secunda. §. voluntate. ff. soluto matrimonio, ꝛ cap. qui tacet de regu. iur. in sexto, ex quo idem effectus resultare debet ac si expresse in aliorum opinionem concurreret per. l. cum quid. ff. si cer. peta. not. in. l. fi. C. de inst. ꝛ sub. sub cõdi. fac. sed nõ est ita quando est absens, vel presens, ꝛ ignorans alijs oppugnat, nam nõ potest aliquo modo presumi, quod vellit alijs adherere, ꝛ de absente probatur per illud vulgare quot capita, tot sententie. c. sicut in sacramentis de consecra. distin. iiij. ꝛ. c. quia diuersitatẽ, de concessio. preben. de presente vero de perse patet, ꝙ nolit consentire, cum expresse repugnat, ꝛ sic licet ignorans sit absens, respectu scientie, tamen est presens respectu adherentie.

¶ Nec etiam obstat si dicatur, ꝙ immo quando vnus arbitrorum est presens, ꝛ contradicit ceteris nihilominus maior pars potest ferre sentẽtiam, vt not. in dicta. l. si vnus. §. item si plures, ꝛ. d. l. si in tres, quia illud procedit quando arbiter contradicens est instructus, ꝛ sibi de causa liquet, nam si secus esset dispositũ, nunq̄ seu de raro posset perueniri ad finem negocij, ꝛ sic ad sententiam propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem. d. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbitris, at in casu isto contradicit quia non est instructus, ex qua instructione posset alios in suam sententiam trahere, vt in dicta. l. si in tres, fortius hoc procederet, si essent tantum duo arbitri per nota. per Alb. ꝛ Baldum, ꝛ alios in dicto. §. item si plures.
36 ¶ † Secundo casu quando pronunciat cum relatione ad acta q̄ continent certam quantitatem non est dubium, quod sententia teneat, siue acta sint probatoria, siue assertoria, vt not. Bar. in. d. §. sed index, ꝛ in dicta. l. iiij. C. de senten. que sine cer. quanti. ꝛ Bal. in. l. si de meis. §. ex cõpromisso. ff. de arbitris, Ale. Ias. in. d. §. sed index, Ant. de Bu. Abb. Fel. i. d. c. cũ venerabilis, circa finẽ, de exce. Io. fab. Ang. in. d. §. curare, inst. de actio.
37 ¶ † Amplia quo ad acta probatoria, vt procedat etiam si non simpliciter arbiter habuerit relationem ad acta, sed conditionaliter dicendo condemno si probatum est, ita Bald. in dicta. l. si de meis. §. fina. ꝛ in. l. idem pomponius. ff. de arbitris, faciunt nota. per Bartolum, Baldum, in. l. cum index. C. de senten. ꝛ inter. omnium iudicum, Barto. in dicto. §. si index, ꝛ hoc quia est lata sub conditione de presenti, que non suspendit actum, vt not. glo. in. l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudica. ꝛ glo. ꝛ Barto. in. l. secunda. §. biduum. ff. quando app. sit.
38 ¶ † Intelligas predicta si additũ fuerit alias absoluo, nã si simplr̃ diceret cõdemno si est probatum exponitꝛ, idest q̄tenus est ꝑbatũ, vt not. in. l. sticũ. ff. de lega. j. ideo si pro parte esse ꝑbatũ, ꝛ pro parte nõ q̄dẽnatio esset facta in parte, ꝛ in alia parte nihil esset iudicatũ, vñ nõ valeret snĩa, vt. l. in hoc iudicio. ff. fami. hercisc. ꝛ late per Bar. in. l. j. C. si aduer. rem iud. scrib. in. d. l. iij. C. de sen. que sine cer. quan. Are. in. d. §. curare, inst. đ act. col. iij. in fine, ex quo dicere debet alias absoluo.
39 ¶ † Tertio casu qñ refert se ꝑ sñiam ad aliqua extrinseca, vt puta ad instr̃m in actis nõ ꝑductũ, ꝛ tũc dicũt Dy. Iac. de Raue. Alb. Alex. in. l. ait pretor. §. si index, ꝛ Bal. ꝛ Saly. in. l. iij. C. đ sent. q̄ sine cert. quãti. Inno. Fely. in. c. cũ venerabilis, de exceptio. ꝙ talis snĩa vꝫ mouentꝛ ꝑ tex. in. d. c. cũ venerabilis. vbi papa adiudicat omne ius ep̃ale exceptis his que ꝑ auc. scripta eis vñr esse subtracta, itẽ ꝛ tex. in. d. §. si index, vbi snĩa per q̄ facta est relatio ad testm̃, ꝛ codicillos est valida, ꝛ tñ testm̃, ꝛ codicilli non fuerunt producti, ꝛ alia complura adducuntur pro hac parte, quam preceptor meus de sero dominus Petrus Paulus Parisius, ꝛ nunc Reuerendissimus Cardi. dicit veriorem esse in puncto iuris in. c. cum venerabilis, de exceptio. nume. lxxx. ꝛ eam late disputat Rip. in. d. §. si index.

¶ Contrariam opinionem, quod immo talis sententia non valeat tenuerunt glos. Barto. Imol. Iason. Paul. de cast. in dicto. §. si index, ꝛ ibi dicit Pau. de ca. quod illa que non sunt ꝑducta perinde est, ac si non essent in rerum natura ꝑ ea que not. Barto. in. l. prima, in fine. C. de senten. que sine cert. quantita.

idem voluit Joan. and. in additio. ad Specu. in titu. de senten. prolat. §. qualiter, versicu. quid si iudex, & eum sequuntur But. Abba. Imo. in. c. cum venerabilis, de exceptio. Ange. Imo. in l. si conuenerit. ff. de re iudi. Roma. Are. in. l. j. §. si quis ita. ff. de verbo. obligationibus, Ange. in. §. curare, colūna quarta. insti. de actio. Alexan. consi. liij. videtur, ꝙ stante, & consilio. cix. volumine quinto, & hanc dicunt communem Jaso. & Rip. in dicto. §. iudex, & Paris. in dicto capi. cum venerabilis.

¶ Has tamen opiniones redducunt ad concordiam Rip. & Paris. post Salyce. in dicta. l. tertia, & Fely. in dicto. c. cum venerabilis. Distinguendo, ꝙ aut instrumenta non fuerunt producta, & in nulla parte actorum de ipsis facta est mentio, & tunc procedat cōmunis opinio, ꝙ sententia non valeat, aut in actis assertorijs facta est mentio de ipso instrumēto, dato ꝙ non sit productum, & tunc sententia valebit, & ita procedat alia opinio. Cōprobant hec p multa que deducuntur vt ibi p eos, q̄ nō transcribo.

40 **Undecimo** † Quero iuxta premissa, quid si arbiter loquatur conditionaliter, & per verba de futuro, puta condemno si probaueris, seu probabis intentionem tuam, an valeat sententia. Bal. in dicto. §. ex compromisso, & in dicta. l. idem pomponius videtur tenere, ꝙ sic, referendo Jaco. But. in. l. cum quidam. C. de senten. idem sensit Roma. in Rubrica, de arbitris, colum. quinta, ad hoc faciunt nota. per Spe. in titu. de sententijs in. §. species, versi. quid si iudex iuxta, & versicu. sed ecce, dum querit si iudex condemnat reum in eo, quod est petitū, sub conditione si actor probauerit, vt teneat talis sententia, & allegat pro sententia dictam. l. cum iudex. C. de senten. & c. auditis, de proc. postea contra per. l. vt debitum. C. de acquirenda hereditate, & l. qui in sentētiam. C. de pen. cum similibus, demum dicit, ꝙ quidam tenent talem preposterationem non reddere sententiam nullam cum non sit talis de qua. l. loquitur scilicet. l. prolatum. C. de senten. licet faciat eam iniustam, & per appellationem rescindendam, & pro primo dicto dicit, ꝙ facit. l. in fundo. in fine. ff. de rei vend. & l. qui restituere, eodem titulo, & c. causam que, de rescriptis, & c. exhibita, de iud. & sic videtur acquiescere huic opinioni iuxta nota. per glo. in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad trebe. & per Baldum, in aucten. ex testamento. C. de col. facit ꝙ not. Imo. in. l. iudex. ff. de re iud. qui determinat, q̄ si iudex cōdemnat titium, in centum nisi probauerit, se soluisse infra decem dies talis sentētia tenet, idem tenet Bal. in. l. peremptorias, quarta columna. C. sen. res. non pos. p multas rationes, primo quia licet fieri nō possit, tamē tenet. l. prima. §. biduum. ff. quando appellādum sit, item quia sententia est iusta. d. l. cum iudex supra allega. naꝫ deseruit iuri, & institie, quia neutris partis ius dedit. l. iustitia. §. iuris precepta. ff. de insti. & iure, & hoc precipue debet procedere quando iudex non habuit tempus deliberandi argumento. l. prime. ff. de exceptio. item quia totus tenor istorum verborum est sententia diffinitiua, ergo eidem standum est, si non appellatur, item quia nō est talis ordo qui respiciat fundamentum iudicij, prout habetur in. l. prima C. de appella. & in. l. qui prior. ff. de iudi. item q: probatio intelligitur facta ante sententiam, nam conditio fingitur retro. c. preterea de appella. idē in. l. j. in penultima columna. C. qui admi. nō possunt, & Jo. and. in addi. ad Spec. in tit. de sen. d. §. species, versi. quid si iudex.

¶ Pro contraria parte, ꝙ sententia non valeat facit, quia sententia arbitri non debet esse incerta. d. l. quid tamen. §. fina. ff. de arbitris, vel saltem certificanda est per acta, vt. d. l. tertia. C. de senten. que sine cer. quanti. & supra dixi, & si facit relationem ad probationes faciendas post sententiam, & conditionales, non videtur facere relationem ad acta cause cum illa dicantur proprie acta que fiunt ante sententiam, vt not. in ca. quoniam contra de probatio. & quia conditio nihil ponit in esse. l. si quis sub conditione. ff. si quis omi. cau. test. facit quod dicit Bald. in. d. l. cum iudex, dū querit si iudex non potuit examinare acta propter tēporis breuitatem, & condemnauit hoc modo pronuncio absoluēdum reū si apparet ex probationibus factis, & faciendis esse absoluendum, an talis sententia teneat, & dicit ꝙ But. tenet ꝙ sic, tamen ipse Bal. dicit, ꝙ hoc est falsum, quo ad illud verbū fiendis, facit etiam ille tex. in. d. l. cum iudices iuncta glo. dum vult, ꝙ si iuramentum venit prestandum post ex interualo non teneat sententia, ita dicamus in casu nostro, ꝙ cum ista conditio nō possit verificari statim post sententiam non debet sententia valere. Saly. ibi tenet quo ad istam conditionem si probauerit, ꝙ sententia non valeat, si non fuit datus terminus ad probandum per ea que ipse dixit in. l. properandum. §. & quidā. C. de iudi. alias secus Joā. fran. Rip. in. d. §. si iudex, late prosequitur, & tenet hāc partem, & dicit, ꝙ in practica vix obtineretur contrarium.

¶ Quicquid sit de iudice in arbitro, sic dicerem, ꝙ aut loquimur de arbitro cōpromissario, aut de arbitro statutario, primo casu, siue propter breuitatem temporis, siue ex alio sic pronūciauerit, dico sententiam non valere per. d. l. quid tamen. §. pomponius. ff. de arb. nam hec sententia licet habeat istud adiunctum nihilominus est diffinitiua. l. prima. §. biduum. ff. q̄n appel. sit & idem iudicatur de ea quod iudicatur, de pura, & simplici, vt ibi patet, nam si etiā nullo adiecto, sed simpliciter arbiter sententiaret certum est, ꝙ finitur compromissum. l. dicere in fine, cum sequen. ff. de arbitris, & dixi supra in. vj. questio. princi. in verbo sententia, si finitur compromissuꝫ, ergo non potest amplius se impedire in dicta sententia. l. quia. ff. eodem titulo, de arbi. Nec obstat si dicatur, ꝙ iudex poterit certificare sententiam accipiendo probationes cum etiam exequatur sententiam arbitri, maxime si sine pena elliguntur, vt not. l. a diuo pio. ff. de re iudica. & per Spec. in titulo de arbi. §. differt, versicu. item non exequitur, quia tunc diceretur sententia iudicis, & non arbitri argu. not. in. l. ius ciuile. ff. de institia & iure. Nec obstat capitu preterea de appel. q: ibi sententia est certa, sed executio prorogatur, quod etiam arbiter facere potest dicta. l. quid tamē. §. solutioni, eodem titulo, de arbitris. item loquitur in eo qui habet iurisdictionem etiaꝫ post latam sententiam.

¶ Secundo casu quando arbiter statutarius fert sentētiam predicto modo, tunc aut tenemus, ꝙ habeat ordinariam iurisdictionem, vt dixi supra in. ij. questio. vj. questio. princip. & eo casu idē dicerem, de eo ꝙ dicerem de ordinario, vt valeat sententia, secūdum ꝙ communiter tenetur, si vero dicamus, ꝙ habeat delegatam diceręꝫ, ꝙ non valeret nisi in continenti fieret probatio per nota. in. l. iudex posteaq̄. ff. de re iudi. & in. l. paulus, la prima, eodem titulo, & in. l. quia. ff. de arbit. iunctis his que habentur in. l. lecta. ff. si cer. pet. faciunt etiam nota. in. l. ab executore. ff. de appel. Nec obstat si dicatur, ꝙ supradicta ratio videtur habere locum etiam in casu isto, quia licet habeat locum non tamen tantum operatur sicuti in casu precedenti propter subiectam materiam que est ordinaria iurisdictio arg. l. hereditatem, & l. quamuis. C. de imp. & alijs sub. & l. nam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla.

41 **Duodecimo** † Quero an arbiter valeat iudicare vltima die compromissi, dicas q̄d sic, ita not. Barto. in. l. si de meis. ff. de arbitris Bald. in. l. fina. C. qui admi. & in auctentica, ei qui. C. de tempo. appella. Barba. in capi. consuluit, colum. v. de offi. delega. & dixi supra in tertia limitatio. ij. questio. istius questio. princip. facit quod not. Specula. in titu. de appel. in. §. restat, versicu. sed nunquid, dum dicit, ꝙ vltima die potest appellari, idem not. in. c. concertationi, de appel. in sexto, immo vltimo momento, vt ibidem nota. & per Hostien. in summa. §. infra quod tempus, ad idem. l. prima. §. quod dicimus. ff. de succ. edict. dum dicit, q̄d bonorum possessio que potest peti infra centesimum diem potest etiam peti eo die centesimo. ¶ Quid si illa dies erat feriata in qua nō poterat arbiter pronunciare, an debeat sententiam proferre ante illam diē feriatam, vel post, & videtur ꝙ post, per not. per Bart. in. l. prima. §. nunciatio. ff. de no. oper. nuncia. per Bald. in capi. bone memorie, el secundo, col. prima, de electio. & in. c. fina. de dolo, & contu. & in. c. secundo, col. secunda, de eo qui mit. in posses.

¶ Contrarium est verum, quia quādo statuitur terminus infra queꝫ actus debeat expediri, tunc si vltima dies termini est feriata est expediendus ante illam diem, ita not. Bart. in. l. secunda. C. de temp. appel. per illum tex. But. Bal. in. d. c. fina. Joan. de Imo. in. d. §. nunciatio, refert Socyn. in titu. de cita. in. xix. arti. questio. iiij. sed clarum est, ꝙ terminus qui constituitur arbitro, siue intelligamus de instantia, prout in iudice, siue de termino statutario, vt hic Padue est dispositum intelligitur constitutus ad hoc, vt infra illud causa expediatur ꝺ quo dixi supra in septima questio. principa. versicu. lapsu temporis, & hoc intelligas de ferijs solēnibus, vel cōmunibus, quid aūt esset de ferijs repentinis videas Bar. in. d. l. ij. & alios supra dictos doct. & q̄ dixi supra in prima questio. princi. in verbo quibuscunq diebus.

42 **Tertiodecimo** † Quero an arbiter habeat pronunciare in scriptis glo. in. l. cuꝫ antea in versic. subscripserit. C. de arbi. colligit, quod in scriptis, sit per arbitrum pronunciandum, idem videtur dicere text. in. l. prima. C. de senten. ex per. rec. Barto. Salyce. in. d. l. cū antea sequuntur glo. Bald. in. l. quid tū. ff. de arb. in addi. hoc idē tenet, & Imo. dicit ibi, ꝙ nihil operaretur partiū consensus, q: partes nō possunt mutare formā antiquitus institutā, not. ēt Spec. in titu.

in titu. de arbi. in §. differre, versi. item inferendo, ex quo infert, q non vr idiotam posse arbitrum esse, & hanc illationem sequitur Jo. Bapti. gener Bar. in lib. ix. c. xv. col. xxiij. de arb. dicens q lz aliqui tenuerunt contrarium, nec reprobentur ab aliquo, tn nunq illud sibi placuit, qz est directo contra. d. l. j. & ij. C. de sen. ex per. rec. que dicunt arbitrum legere debere sententiam, quod nihil aliud est dicere, q oculis inspiciendo recitare. l. j. ff. de his que in testa. delen. cum autem huiusmodi idiota hoc facere non possit dicendu videtur, q non possit fungi officio arbitri etia cõuentionalis allegat ad hoc not. in. l. fi. C. eo. ti. de arbi. & que ipse dixit in iij. lib. c. xiij. in fi. credo q tenentes contrariu, vt refert Specu. in loco predicto habuerint melioré sensum non per illa. l. certi. C. de iud. per quam ipsi mouentur, sed per text. in auc. de iudicijs. §. quia vero, vbi prohibetur ne fiat compromissum cu iuramento, propterea quia arbitri ignorantes multu ledebant partes, ex quo, vt plurimu volebant discedere a sententia, & sic periurium incurebant vnde in effectu tex. ille videtur permittere, q quandocunq ignorantes possint esse arbitri, vt etiam dixi supra in. v quest. istius questio. princi. ex quo sequitur limitationem dicti Jo. Bap. non procedere dum dicit, q opinio contraria posset habere locum quando partes sciebant eligendum in arbitrum esse ignarum literarum per ea que dicit Bar. in. d. l. fina. de potestate electo a ciuitate sciente eum illiteratu, nam tunc videt ipsa ciuitas hoc eidem potestati concedere argu. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. qz siue scientes, siue ignorantes essent partes crederem indistincte idiotam posse esse arbitrum, facit qd no. in d. l. qualem. ff. de arbitris, eo maxime quia inoleuit pratica, q notarij scribunt, & legunt sententias.

43 ¶ † Limita primo, vt sententia per arbitrum in scriptis ferreda sit nisi esset causa parua, seu vilis per auc. nisi breuiores & ibi no. per Alb. Bar. & Bal. C. de sen. ex per. rec. que autem dicantur viles, vel parue relinquit arbitrio iudicantis cõsiderata quatitate cause, & personaru qualitate, vt per supradictos notatur.

44 ¶ † Limita secundo nisi esset interlocutoria per arbitrum ferreda, nam tunc nõ esset necessaria scriptura, qz solum in diffinitiua est appositus iste ordo, ergo in alijs debet remanere regula, q tantum valeat si fiat in scriptis, quantum sine scriptis per. l. pactu. C. de pactis, ita dicit Bar. in. l. ij. C. eo. ti. de sen. & in. l. nequicq. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. col. j. licet communiter Bar. sit correptus cu velit dicere non, & dicat sic, vt apparet ex iuribus allegatis, vt per eunde not. in. l. nõ solum. §. liberationis. ff. de lib. leg. idem Bar. in. l. iij. ff. de app. rec. Bal. in. l. j. C. de sen. ex per rec. facit quod no. Jmo. in. l. patris filij. ff. de vulg. & pup. & p dicto. in. l. fi. C. de prin. scol. quam limitationé declarat Jo. Bap. vt procedat in meris interlocutorijs, secus in mixtis, qz tunc aut interlocutoria sapit aliquid de diffinitiua nõ tn magnu preiudiciu affert, & nõ est ferrenda in scriptis, aut absorbet totu negociu & tunc ide iudicadu est de ea, qd iudicaret de diffinitiua arg. eorum que not. per Bar. in. l. cõsentaneu. C. quomo. & qn iudex, & q ipse dixit in eo. c. §. diximus de interlocutoria, facit qd dr de iur. ciuili, dari appellationem ab interlocutoria, vbi infertur preiudiciu irreparabile diffinitiue, vel qn nõ expectat alia diffinitiua, & sic idé seruatur in istis interlocutorijs, q seruaret in diffinitiua, ita no. in. c. super eodem, el. ij. per Ant. de bu. & Abb. de appe. Bar. in. l. ante sententie. C. quo. appel. non rec.

¶ Limitatur et per eunde Jo. bap. vt nõ procedat in incidenti, vel emergenti per not. p Bald. in. l. ij. C. de sen. ex per. rec. que limitatio nõ vr diuersa a precedeti, vt no. Bar. i. d. l. cõsentaneu col. ij. circa fi. & et per supra dictos scrib. colligi põt, idé vr dom de alia limitatione quo ad expesas cu habeat vis interlocutorie, vt dicit idé Bal. in. d. l. patris, & filij. ff. de vulga. & pupillari.

45 ¶ † Quid in causis summarijs in qbus sine strepitu. & figura iudicij, procedit prout vr disponer statutu nostru, vt dixi. s. in. j. q. prin. versi. sola, cu sequenti, an sit proferrenda in scriptis, Pet. de bel per. & Cy. in. d. auc. nisi breuiores, dicunt q in omnibus causis in quibus non datur libellus non est etiam in scriptis danda snia, vt snia sit conformis libello. l. vt fundus. ff. com. diuidun. & qui sint illi casus in quibus nõ dat libellus, not. in auc. offeratur. C. de lit. contest. & in. §. si vero auc. de exhib. & intro. re. idem vr sentire Jnn. in. c. olim de accus. & not. in. c. ea que. §. ij. de sta. mona. & l. fi. C. de nauf. sed vt dicit et Alb. in. d. auc. nisi breuiores, istud est hodie expeditu per clem. sepe de verbo. oblig. & ibi no. glo. in versi. in scriptis, q licet non requiratur libellus nihilominus sententia sit in scriptis ferrenda, & de hoc late habetur per Bonifa. Jmo. & Path. in dicta clemen. in. §. vero.

46 ¶ † Tertio limita si partes consentiant, q arbiter ferrat sententiam sine scriptis, ita dicit Alb. in. d. auc. nisi breuiores, per tex. & ibi not. in. l. vlti. circa fi. C. de priuil. scho. & in auc. generaliter. C. de epis. & cleri. facit qd not. in. l. j. C. de lit. contest. tenendo q possit renunciari litis contestationi, & qd not. in. d. auc. offeratur secundum opinionem Odof. q possit remitti libellus de partium cõsensu, & precipue qn sumus in arbitro, vt dicit Ange. ibidem in fi. faciunt not. in. l. si quis in cõscribendo. C. de pactis, et in. l. fi. §. fi. C. de temp. appel. & in. l. nemo exterus. C. de iudi. & l. vsq adeo. ff. si quis a par. fuer. man. & in. l. in re madata. C. man. idé vr velle Bar. in. d. auc. nisi breuiores, in fi. dum dicit, & hoc not. pro cõpromissis que fiunt, in quibus datur potestas cognoscédi in scriptis, vel sine scriptis, qz p hoc videnr partes velle, q eius simplici informationi, & relationi credat, qd tene menti per petuo dicit ipse, & clarius apparet de volutate ipsius Barto. in d. auct. offerrat in fi. assignans roné, q ideo he solénitates quo ad arbitros remittunt, qz arbitri recipiunt notioné ab ipsis partibus, & sicut Papa vel Jmperator, qn dant iudices possunt remouere istas solénitates, ita & ipse partes, qd secus est in alijs iudicibus ad hoc allegat tex. in. l. j. post principium. ff. quis, & a quo appel. l. fi. C. de sen. not. But. in. c. cu ad sedé col. pen. de restit. spol. & in. c. in presentia, & in. c. qm contra, col. vij. de pba. & qd not. Ang. in. l. sciendu. ff. de verbo. obli. du dicit, q si partes cõsentiant põt arbiter ferre sniam lz nõ cõstet de cõpromisso, & sic ex cõsensu partiu est perinde, ac si cõpromissum fuisset vere factu sequitur Jaso. consi. xij. allegata pro parte, colu. prima, volu. j.

¶ Contrarium tenet Anto. de but. in. d. cap. quintenallis. xx. col. in fine, vbi dicit sibi non placere dictum Bar. in. d. auc. nisi breuiores, inquantum vult, q stetur simplici verbo arbitri in decisorijs, qz hoc valde periculosum est, & sic vult idem But. q probent acta decisoria per testes licet sit remissa scriptura p not. per Bar. in. l. societatem §. arbitrorum. ff. pro soc. hanc opinioné sequitur Ange. in. d. aucten. nisi breuiores & alij infra allega. quauis mixte loquantur, tam in arbitro, q in arbitratore, tamen rationes vtriq conueniunt, & primo, qz cum arbiter habeat procedere ad instar iudicis. l. prima. ff. eodem titu. de arbitris, & consequenter acta facere in scriptis. c. quoniam contra de probationibus. l. cum magistratibus. ff. de testibus, satis videtur esse, vt ob hanc potestatem sibi a partibus traditam, possit sine scriptis procedere absq eo, q operetur etiam id quod Bart. vult supra, vt stetur simplici eius verbo nam compromissum est strictissimi iuris, & non ad alia extendendum, q ad contenta in eo. c. cum dilectus, de arbitris. l. non distinguemus. §. de offi. ff. de arbitris, & verba sunt ciuili modo intelligenda. l. si cui. ff. de testibus, vnde satis inciuile esset simplici verbo eiusdem arbitri stare ad probationem actorum coram eo factorum, item esset in potestate arbitri tollere viam reductionis ad arbitrium boni viri in illis casibus in quibus est permissum reduci, licet regulariter non reducatur, vt nota. in. d. §. stari, quod tamen esset absurdum, capitu. cum appellationibus, de appellatio. in sexto, & capi. suspitionis, de officio delegati, item quia si acta requirunt scripturam ad sui substantiam non possunt probari per testes nisi allegetur scriptura facta, & deperdita, capitu. cum olim, de priuilegijs, sed vbi nõ requiritur scriptura communis opinio est, q possint probare p testes, not. glo. in. l. si pretor §. marcellus. ff. de iud. l. quoniam. C. de hereti. Jnnocen. in dicto capitu. quoniam ctra de probatio. circa finem, sed frustratoria esset ista probatio si crederetur verbo iudicis, ita Ange. vt dixi, & Jmo. in dicto capitu. quintanallis, & Ludo. Roma. in dicta. l. sciendum. ff. de verbo. obligatio. & Alexa. ibidem, & si loquatur de arbitratore, ad quod facit qd not. Bal. in dicta. l. quid tamen, in additio. vt supra retuli.

¶ Crederem saluo semper saniori iudicio non esse recedendum ab opinione Alber. & Barto. tamen aduertendum est, q quo ad limitationem omnes excepto Bald. videntur concordare, vt scriptura, seu solemnitas scripture possit remitti per partium consensum. Sed difficultas est quo ad probationem, & simplicem assertionem arbitri, an scilicet sit standum assertioni eius circa ea que coram ipso gesta sunt, vel sit probatio per testes facienda, & in hoc etiam crederem Barto. melius loqui, si non ex alio saltem per tex. in dicto capitu. quoniam contra de probationibus qui dicit quod ideo est introducta illa solemnitas scripture ne falsa assertio iudicis pindicaret partibus & sic vbi alias non esset illa solemnitas scripturarum ex illo tex. apparet q esset standum assertioni iudicis, ergo vbi sublata est solemnitas scripturarum ex partium voluntate debemus dicere quod standum sit assertioni arbitri argumen. dicte. l. rem non nouam. C. de iud. & l. prima. ff. eodem titu. de arbi.

¶ Preterea verba cum effectu sunt intelligēda.l.prima.§.hec autem verba.ff.quod quisq̄ iur.⁊.l.penu.ff.ne quis eū.qui in ius voca.sed si intelligeremus q̄ per pactū sit remissa simplex scriptura,non tamen probatio,esset sine effectu ergo ⁊c.

¶ Itē in potiori significatu sunt intelligenda.l.j.ff.si ager vect. Itē cōtra loquētē fit interpretatio.l.veteribus.ff.de pac.item vr de intentione ipsoꝝ litigātiū vt ex isto pacto remissionis scripturaꝝ accelerareť lis seu cā,vnde si intelligereť per istā remissionē,q̄ nō esset facta remissio ēt testium,sed q̄ in quolibet actu deberent adesse testes magis plūgareť cā q̄ᷓ si ipsa scriptura inter venisset pp̄ difficultatē inueniēdoꝝ testiū vt ad sensuz p3 ergo ⁊c. l.qui hominē.§.fi.ff.de sol.l.cū is.§.fideiussor.ff.de condi.ind.

47 ¶ †Decimoquarto quero an arbiter possit sniaz ferre de nocte Bal.in.l.eos i fi.C.de appel.dicit q̄ si est assignatus terminus arbitro,infra quem babeat pronunciare,⁊ se nō arctauit sed arctatus est cauilationibus ⁊ malitijs partiū potest pronūciare ēt noctis tp̄e ad hoc vt euitet penā,quā erat incursurus si nō pronūtiasset,⁊ sic in effectu vult q̄ si arbiter nō esset incursurus penaz nō deberet p̄nunciare de nocte pro quo facit glo. in.§.sedebunt in auc.de iud.dū dicit q̄ vsq̄ ad vesperas pōt iudiciū reddi ⁊ expressius glo.in.§.ij.insti.de ver.ob.Rom.ēt ⁊ Jas.in.l.more romano.ff.de ferijs.specialiter loquentes de arbitro tenent q̄ non possit sniam dicere de nocte nisi ex cā necessitatis p.l.si de meis in fi.⁊.l.si feriatis fm̄ vnū intellectū.ff.de arb.idē dicunt Alex. ⁊ Rimin.in.l.nō minorē.C.de trans.reprobantes Pau.de ca. qui facit differentiam inter ordinariū delegatū,⁊ arbitrum,vt.ꝭ. referā per.d.§.sedebunt q̄ loquiť ḡnaliter ergo ⁊c.l.de precio.ff. de pub.⁊.l.j.§.generaliter.ff.de leg.prest.item q2 de hoc est tex. in.c.consuluit de offi.deleg.cū sua rōne que militat tam in ordinario q̄ᷓ in delegato,⁊ arbitro,facit qđ not.Hosti. in.§.qualiter de iud.dū dicit q̄ presumiť contra illū qui occulte dat beneficiū ca.vt nostrū.§.j.vt eccl.benef.c.anastasius.xix.d.⁊.c.clericus. lxxxj.d.⁊.l.palā cum.l.fi.ff.de rit.nup.naz tenebre apte sunt ad partum supponēdū.ff.de ven.insp.l. .§.mulier.⁊ arg.l.nō existimo.ff.de admi.tu.itē ⁊ clandestine electiones reprobanť.c.quia pp̄ de elec.⁊ matrimonia clandestina nō valent.c.cum inhibitio de cland.despon.ad hoc faciunt not.p Inno.in.d.ca. consuluit quem sequuntur Jo.and.ibidē ⁊ in addi.ad Spec.in ti.de sen. §.iuxta ver.itē est nulla rōne tp̄is,⁊ Jo.de imo.⁊ Abb.in.d.c. consuluit.⁊ Pet.de bel.per.⁊ Cyn.Alb.Bar.⁊ quasi omnes in.d.l.non minorem.C.de transa.⁊ per Odofre.Alb.Barto.⁊ Bal.in.d.l.more.ff de fer.facit tex.⁊ ibi nota.p Alb.⁊ alios in l.ij.§.⁊ q2.ff.de orig.iur.⁊ p Socy.in reg.cxiiij. ¶ Cōtrariū tenet Pau.de cast.vt dixi in.d.l.nō minorē dum querit an sententia lata de nocte valeat,⁊ concludit q̄ aut est lata a iudice ordinario qui habet certū locū pro tribunali ⁊ certas horas in q̄bus debet sedere ⁊ tunc lata extra illā horam siue sit de die siue sit de nocte nō valet per dcm̄.§.sedebunt,aut loquimur de iudice delegato qui nō habet certā horā nec terminū sed pro libito voluntatis tam hora quā locum sibi deputat,⁊ tunc valet etiā lata de nocte dūmodo infra terminū sue iurisdictiōis,⁊ in loco honesto vt nota.in.l.cū sententia in fine glo.C.de sententijs,⁊ idem dicit in sententia arbitroꝝ ⁊ arbitratorum pro quo facit glo.in.d.c. consuluit que vult q̄ licet nō sit ferrēda de nocte si tū est lata tenet, cum multa a principio prohibenť que tū facta tenent.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.⁊ quis nō debet iurare p creaturas,si tū iurat tenet.not.in.c.⁊ si Christus de iure iuran. item non est ferenda sententia sub conditione,si tū lata sit tenet. l.j.§.biduum.ff.qū appellan.sit.item matrimonium nō debet cōtrahi contra votum,si tamen cōtrahitur tenet.c.nuptiarum.xxvij.q.j.Et episcopus non debet consecrare in diocesi alterius,si tamen consecrat valet consecratio.c.episcopus.vij.q.j.Odofr. ⁊ Fulgo.in.d.l.nō minorem dicunt sententiam iudicis de nocte latā valere,qđ etiam sequitur Hosti.in.d.§.qualiter,⁊ Cardi. in.d.c.consuluit,⁊ ad omnia allegata in contrariuz respondent, q̄ non est ferenda sententia de nocte de honestate,⁊ ita respondetur ad.d.c.ꝯsuluit.⁊ ad dictum.§.sedebunt.⁊ ad.l.ij.§.⁊ q2.ff. de origi.iur.⁊ ita attestatur Hosti.hoc expertum fuisse corā domino Gaietano,nam cū valeat transactio de nocte facta,ita debet etiam valere processus per.d.l.non minorem.⁊ ita de facto hec opinio preualet,vt ipse dicit q̄ tamē an verum sit ad nos discutere non pertinet cum opinio communis sit q̄ sententia lata de nocte non teneat,vt dicit Jaso.in dicta.l.non minorem.⁊ Decius in dicto capitu.consuluit in fine.

¶ Quantum vero ad arbitrum sic distinguendum putarem aut loquimur de arbitro compromissario,⁊ tunc dicerem sententiam per eum latam de nocte valere,per.l.diem proferre.§.stare.⁊.l. qualem.ff.de arbi.nam sicut eidez standū est qū est iniqua ratione rei,vel alterius cause.vt nota.in.d.§.stari.ita ⁊ ratione tēporis argu.tex.in.c.j.de plus petitio.⁊ tex.in.§.plus antē.institu. de actio.⁊ not.in.l.j.C.de plus petitio.nec arguēdum est de.l.j. ff.eod.titu.de arbi.q2 multe sunt etiam differentie inter iudicez ⁊ arbitrum prout not.Albe.in rub.de arbitris.⁊ Specu.in tit. de arbi.§.differt.Aut loquimur in arbitro electo fm̄ formā statuti nostri cum multum assimileť iudici siue ordinario,siue delegato,prout dixi supra in.ij.qđ.vj.qđ.princi.Crederem q̄ sicut iudex non potest sententiam de nocte dicere per not.in.d.c.cōsuluit.⁊.d.§.sedebunt.⁊.d.l.naz minorem.cum alijs supra adductis,secundum q̄ communiter tenetur ita nec arbiter.

48 ¶ †Limita tamen quo ad arbitrum statutarium vt non possit ferre sententiam de nocte nisi essemus in fine compromissi,⁊ sic expiraret die sequenti,nam tunc posset pronunciare per not.per Bar.⁊ Bal.in.d.l.non minorem.⁊ in.l.more.⁊ per canonistas in.d.capi.consuluit.de officio delegati.licet Imo.ibi teneat contrarium per.d.capi.consuluit.quod loquitur in casu quando expirat iurisdictio,vt ibi apparet,ad hoc dico q̄ ille tex. procedit quo ad forum ecclesiasticum,non autem quo ad forum ciuile,vt not.Barba.ibidem quamuis ab hoc intellectu postea recedere videatur,per rationem illius tex.que videtur generalis,Attamen manifeste constat q̄ ibi papa facit differentiam inter forum ciuile ⁊ ecclesiasticum,nam ibi refert ius ciuile,⁊ dicit q̄ licet hoc seruetur de iure ciuili,tamen quo ad iudicem ecclesiasticum eam iudicat congruam iudicandi horam que precedit tenebras,⁊ sic simpliciter refert ius ciuile illud in nihilo corrigendo, ergo seruari debet.l.sancimus.C.de testamen.l.precipimus.C. de appellatio.⁊.l.si quando.C.de inofficio.testamen.⁊ potest eē ratio quare magis inter personas ecclesiasticas est seruanda honestas,quam inter laicos capi.j.⁊ per totum titulum de vita et honesta.cleri.⁊ dicere q̄ sicut illud seruatur in foro ecclesiastico,est etiam seruandum in foro ciuili esset arguere de maiori ad minus affirmatiuē qđ argumētū nō p̄cedit vt not.in.c.si paulus. xxxij.q.v.⁊ in.c.si ergo.viij.q.j.⁊ per Joā.andre.⁊ Abb.in.c. cum in cūctis.de elec.iuncto tex.in.c.solite.de maiori.⁊ obed.

¶ Sed aduertas quia si volumus dicere q̄ in dicto capi. consuluit fiat differentia supradicta videtur concludi q̄ etiam quādo non expiraret iurisdictio,⁊ sic compromissuz posset sententia ferri de nocte cum.d.l.more loquatur generaliter.⁊ Papa ibi in.d.c.consuluit.videatur declarare dictam.l.procedere etiam quo ad iudicia,⁊ sic videtur q̄ sit necessarium dicere quod aut illa lex corrigatur,aut etiam in iudicijs procedat.Sed potest responderi q̄ Papa ibi refert quo ad corticem littere,non autem quo ad intellectum qui communiter apprehenditur per scriben. vel q̄ refert in eo membro quando iurisdictio erat peritura quo casu debet fieri illa computatio de media nocte,ad aliam mediā noctem,⁊ hoc modo concordat cum supradictis.

49 ¶ †Secundo fallit quando arbitri assumuntur de iure ⁊ de facto,nam tunc cum talis sententia habeat vim transactionis vt dicit Paul.de castro.in dicta.l.more in fi.dicendum est,q̄ sicut transactio potest fieri de nocte.d.l.non minorem.ita ⁊ sententia debeat valere,⁊ sic cum ex forma statuti nostri assumantur arbitri de iure ⁊ de facto videtur q̄ possint etiam de nocte iudicare, vt etiam dixi supra in prima questio.princi.in verbo de facto.ij. illatione facit quod not.Jaso.in dicta.l.more.vij.fal.

50 ¶ †Tertio fallit quando sententia est lata de nocte ex consensu partium per nota.per Joannem and.in dicta addit.ad Specula.supra allega.⁊ Salycetus,Jason,⁊ alios in dicta.l.more, ⁊ in dicta.l.non minorem.⁊ Felynus in dicto capitu.consuluit, ⁊ nota.in dicta.l.penultima.C.de pactis procedet ⁊ hoc siue expresse siue tacite esset consensum vt refert Jas.in dicta.l.non minorem in secunda limitatione.

51 ¶ †Quarto fallit quando extaret consuetudo q̄ possit indicare de nocte per nota.per Joannem andream in dicta additione in fine.⁊ Hostien.in dicto.§.qualiter.Ange.⁊ Jason in dicta.l. more,⁊ canoniste in dicto.c.consuluit.⁊ per nota.in.c.j.⁊ in.c. cum consuetudinis de consuetud.⁊ in.l.de quibus.ff.de legibus. licet videatur obstare quod dicit Felynus in dicto.capi.consuluit quarta fallentia,per capi..finali.de cons.sed illud dictum nihil est si declararetur prout dixi supra in prima limitatione.

52 ¶ †Quinto fallit si arbiter ferrat interlocutoriam nam tunc licet sit lata de nocte tenet per nota.per Baldum in dicta.l.non minorem C.de transactionibus,⁊ per dicta in secunda limitatione,⁊ in questione decimatertia precedenti facit quod nota.in.c.

auditis

auditis de procura. ꝛ Jmol. in. l. quod iussit. ff. de re iudicata, vt etiam retuli in secunda limitatione, secunda questione huius questionis.

53 **Decimoquinto** † quero si est cōpromissuꝫ ī plures puta tres an duo possint sententiam proferre absente tertio. in hoc casu si intelligas absente tertio ꝛ nō vocato, claꝝ est ꝙ oī iure ad sniam devenire nō possunt, p. l. si in tres ꝛ ibi no. ꝛ in. l. itē si vnus. §. si in plures. ff. de arbi. no. spe. in ti. de arbi. §. sequit͛ ver. itē nō vꝫ. c. ij. ꝛ ibi Gemin. ꝛ Frā. de arb. in. vi. gl. ꝛ doc. in. c. i. eo. ti. de arb. ꝛ in. c. prudentiam de offi. deleg. Alex. in ꝯsi. xiij. col. iiij. ex his q̄ in themate vol. i. ¶ Si vero intelligas de tertio absente tn̄ vocato, tūc magis cōiter tenet͛ ꝙ de iure ciuili non possit ferri snīa per. d. l. si in tres cū si. secus de iure canonico per. d. c. ij. de arbi. in. vi. ꝛ due assignant͛ rōnes de iure ciui. ꝛ qꝛ absens posset trahere alios in suā sniam ꝛ qꝛ nō est compromissum in duos, sed in tres, ꝛ sic qui sunt presentes carent iurisd. vt dicit. d. l. si in tres, sed ius canonicū nō ita rigiorose processit sed voluit ꝙ si absens vocaretur ꝛ sine cā noluit adesse, tunc presentes possent ꝓcedere ēt ad sniam hanc drīā facit Barto. in. d. §. itē si in plures, ꝛ in. d. l. si in tres alias. §. celsus. ꝛ in. l. duo ex tribus. ff. de re iudi. gl. Abb. Jmo. Boic. in. d. c. i. eo. ti. de arb. Gem. Fran. in. d. c. ij. Abb. in cōsi. lxxvij. col. ij. in. q. que ad presens. vol. i. Joan. de ann. in consilio. lxxxvij. Uisis his que in facto colum. ij. a qua in indicādo non recederem.

¶ Licet disputatiue crederem posse attentari non esse drīaꝫ faciendam inter ius cano. ꝛ ciui. per. c. i. de no. ope. nun. nam cuꝫ d. l. si in tres. ꝛ. d. §. si in plures loquantur simpliciter, non est inconueniens ꝙ distinguuntur per. d. c. ij. de arb. in. vi. l. nō est nouū ꝛ. l. sed ꝛ posteriores. ff. de leg. ꝛ sic vt intelligant͛ qn̄ arbiter absens non fuit requisitus, nam posteaq̄ʒ est requisitus, ꝛ non vult venire fit contumax, ꝛ hr̄ pro presente. c. cuꝫ qui. de eo q mit. in pos. ꝛ. l. properandum. §. cum autem. C. de iud.

¶ Comprobatur hoc per tex. in. l. nō distinguemus. §. cū in plures eo. ti. de arb. dum dicit ꝙ qn̄ est factum cōpromissum ea cōditione vt si quilꝫ vel vnus dixisset sniam, eidē staret͛ absentibus alijs, tn̄ qui est presens cogitur dicere sicut si esset apposita illa ꝯditio vt omnes dicant sniaꝫ, ꝛ sic ille tex. in effectu vult ꝙ possit pars arbitroꝝ que est presens iudicare, alias illa cōditio redderetur superflua, ꝙ nō est dicenduꝫ per. §. quibus. i. ꝯsti. c. preterea in. l. sicuti. eo. ti. de arb. fit equiparatio arbitrorum ꝛ iudicum datorum, seu delegatorum. ꝛ bar. tꝫ ꝙ in his arbitris q̄ assimilant͛ delegatis vꝫ snīa altero absente dummodo requisito. vt no. in. d. §. itē si plures iun. l. fi. C. eo. ti. de arb. de quo dicto barto. dicam. ꝛ ad tex. in. d. c. ij. de arb. in. vi. dum dicit lꝫ lex ciuilis aliud iuuat ꝛ sic videatur ibi papa velle ꝙ aliud seruatur de iure ciuili, nec illud corrigere valeat quoad in penalem iurisdictionem prout dicunt supradicti scriben. potest respōderi ꝙ ille tex. duo disponit.

¶ Primo ꝙ lꝫ de iure ciuili apud pn̄tes non videat͛ remanere totalis potestas a partibus introducta tn̄ vult ꝙ ex sua dispōne ista ptās remaneat ꝛ in hoc precedat cōis opinio de drīa facienda inter vnū ius ꝛ aliud, ꝛ ꝙ de ista ptāte loquat͛ declarat tex. in d. l. si in tres. ad quē papa hꝫ relationē ibi qꝛ in plures fuit ꝯpromissuꝫ. ¶ Scđo dicit ꝙ pn̄tes, post requisitionē factā de absente possunt nō obstāte malitiosa absentia prosequi, ꝛ diffinire cāꝫ ꝛ sic lꝫ illa potestas introducta ex partiū ꝯsensu nō remaneat de iure ciuili remanet alia tn̄ q̄ introducit͛ ex dispositione illius ca. cū nō ꝯtrietur in hoc iuri ciuili iō lꝫ nō possint presentes vi vnius ptātis procedere possunt tn̄ vi alterius potestatis a canone introducta, nec ēt obstat si dicatur, ꝙ lꝫ cesset ista rō, nō tn̄ cessat alia que est ꝙ posset trahere presentes in suā sniam, vt dicit. d. l. si in tres. iō dꝫ vigere dispō argumēto tex. in. §. affinitatis. insti. d nu. qꝛ dico ꝙ satis ꝯstat data eius malitiosa absentia, ꝙ nō vult trahere alios in suā sniam nec cām expedire, prout not. in. d. c. ij. ꝛ per Jnn. in. c. i. e. ti. de arb. vel dicamus ꝙ ille tex. magis sit attendendus ēt de iure ciuili cuꝫ maioreꝫ habeat equitatē argumēto eorum que not. in. l. i. C. de legi. ꝛ in. l. placuit. C. de iudi. ꝛ hec procedunt in arbitro compromissario.

¶ De arbitris vero statutarijs Bart. in. d. §. item si in plures tꝫ ꝙ possint sententiam proferre altero absente, dummodo reqsito allegando. l. fin. C. de iudic. tamen credo ꝙ illud dictuꝫ Bar. sit corruptum, ꝛ ꝙ deficiat vna negatiua ibi dum dicit, ex hoc dico ꝙ si arbitri eliguntur ex necessitate iuris poterit sententiare maior pars vult dicere nō poterit sententiare, ꝛ hoc demonstratur, nam Barto. vult facere fallentiam ad. d. c. ij. de arb. in. vi. vt sit sensus ꝙ de iure canonico maior pars presentiuꝫ possit sententiaꝫ dicere absente requisito ꝛ hoc de arbitris voluntarijs secus in arbitris necessarijs, nam tunc nō dꝫ habere locum dictuꝫ cap. ij. ꝛ sic isti arbitri necessarij non possunt procedere sicut nec iudices delegati, ad quod alleg. dicta per eum in. l. fina. C. de iudicijs, vbi arbitri iuris dicuntur delegati, ex quo datis pluribus delegatis maior pars presentium non potest altero absente etiā requisito, sententiam proferre, vt in. c. prudentiam. de offic. delega. ꝛ tex. ꝛ ibi Alexan. ꝛ Jas. in. d. l. duo ex tribus. ꝛ ita videtur intelligere Bar. Geminia. in. d. c. ij. col. ij. in principio, ꝛ Fran. ibidem ꝛ Alexan. ꝛ Jason in. d. l. duo ex tribus. vbi limitant dictum. c. secundum. de arbitris, lib. vi. ꝛ ibi Alexand. dicit ꝙ in arbitris necessarijs non loquitur ipse textus, scilicet. c. finali. de arbitris libro sexto, sed in eis remanebit firma decisio illius. l. duo ex tribus. ꝛ. §. item si plures. ꝛ Jason ibi dicit limita text. in c. ff. vt non procedat in arbitris necessarijs, qꝛ ille textus nō corrigit in ordinarijs, nec in delegatis ꝛ isti arbitri habent naturam aut delegatorum, aut ordinariorum, ꝛ sic aliter determinant q̄ʒ videantur sonare verba Barto. in lectura communi ex quo dictum Bar. non potest aliquo modo stare in communi litera, sine sint delegati isti arbitri vt iam dixi, si vero intelligas ꝙ hēant ordinariuꝫ, vt dixi in. ij. q. vi. q. prin. ꝛ tunc idem dicas ꝙ in ordinarijs habentibus tamen ordinariam iurisdictionem vt singulis tunc omnes interuenire debent, vt no. Jo. an. in addi. ad spe. in §. sequit͛. ver. ꝛ no. naꝫ lꝫ sint ordinarij tn̄ ista ordinaria potestas dependet ab ipso compromisso, ꝛ sic ex voluntate partium, que vult vt omnes simul iudicent, vt dicit. d. l. si in tres. iunctis his que dixi in. iij. quest. vi. quest. princi. ex quo dici debet ꝙ aut dictum Bar. est corruptum, aut non est verum ꝛ ex predictis non possit habere locum.

54 ¶ † Amplia hec vt procedant etiam si post latam sententiā per presentes absens reuersus vellet ratificare sententiam, nam hec ratificatio nihil valeret, nec in aliquo conualidaret sententiam l. si expressim. ff. de appellationibus. l. quod ab initio. ff. de regul. iur. c. auditis. de elec. l. i. ꝛ. ij. C. de senten. ex peric. reci. licet videatur facere in contrarium. l. per fundum. ff. de ser. rusti. predi. ꝛ. l. prima in fine C. si rect. pro. ꝛ. l. si quos. ff. de ritu nupti. cap. sicut de electionibus. c. cum vos. de his que fiunt a prelatis si. cō. ca. que iura loquuntur de his qui possunt de nouo seruituteꝫ inducere, ꝛ matrimonium cōtrahere, ꝛ electionem que non erat nulla confirmare, ita tenent Specula. in titulo de arbitris in. §. sequitur. versiculo sed pone. Abba. in dicto. §. item si in plures nota. in dicto. c. secundo de arbitris. in sexto. ꝛ ibi Gemini. Ancb. ꝛ Philip. franc.

55 **Decimosexto** † Quero quid si omnes arbitri sunt presentes ꝛ vnus tacet an alij possint pronunciare, ita vt sententia valeat. Joannes and. in addi. ad Specula. in dicto. §. sequitur versi. ꝛ not. refert disputationē Alberici, Odofred. que incipit Titius ꝛ Seius in qua dicit ꝙ secundum Azo. valet sententia duorum tertio presente ꝛ tacente vel contradicente per. l. sicuti. ff. eodem titu. de arbitris. Gemini. dicit ꝙ pro hoc melius facit glo. in. d. l. si in tres. ff. de arbi. sed illa glo. loquitur quando presens contradicit non autem qn̄ tacet, ꝛ hanc opinionem tenet Goffred. in summa eodem titulo de arbitris. versiculo quid si duo ipse tamen Alberic. tenet contrarium ꝙ immo omnes habeant pronuntiare nisi esset actuꝫ in compromisso, ꝙ valeret sententia maioris partis, nam tunc non esset necessaria pronuntiatio tertij. l. non distinguemus. §. cum in plures. ff. de arbitris, ꝛ ꝑ hoc respondet ad. d. l. sicuti. ꝛ. l. duo ex tribus. ff. de re iudicata, vbi sententia maioris partis valet, nā illud debet intelligi quando est apposita clausula idem importans, vel quod procedat quando duo ferrunt sententiaꝫ vno modo, ꝛ tertius aliam contrariam, ꝛ lꝫ in his que competunt vt vniuersis sufficit ꝙ sit factum a maiori parte tamen in his que competunt vt singulis sicut in arbitris requiruntur omnes, vt no. in cap. cum omnes de consti. ꝛ pro se dictus Alberi. allegabat ꝙ in sententia requiruntur verba. vt. l. prima. ff. de re iudicata, ex quo etiam non sufficeret dare sententiam partibus in scriptis. l. prima. C. de senten. ex peri. reci. sicut in stipulatione verba sunt necessaria. l. i. in princip. ff. de verborum oblig. ꝛ facit. l. finali. C. de nouat. ꝛ auct. hoc ita. C. de duobus reis. item text. in dicto §. si plures expresse dicit ꝙ aut omnes arbitri pronuntient, aut nullus. Jdem voluit Hostien. in summa de arbi. in. §. quod constituatur versicu. videtur. Joan. and. tꝫ cum opin. Azo. ꝛ Goffre. quod sententia valeat quando tertius est presens, ꝛ nihil dicit etiam de iure ciuili per dictum. c. ij. eod. titu. de arbi. in. vi.

nam ibi tex. facit duo, primo ponit ius nouum, qd hz locum in foro ecclesiastico, et ibi no. gl. in ver. ciuili. scdo adducit ius similitudinarium qd est ius vetus, ibi sicut posset illo presente, et volete cum eis vnam sniam concordare. ex quo pz q de iure veteri sufficit q interueniat presentia sine pronuntiatione. sed Joan. de san. vt refert Gemi. in d. c. ij. dt q ista nō est bona illatio, qr pōt esse q vult pronuntiare nō tn vult in vnam sententiaz concordare, tn dicit q satis facit tex. dū dicit q añ illud. c. sufficiebat tertium esse presentez et nolle concordare cum alijs in vnā sniam, naz clarum est q si presens est requisitus, et tacet, vel dicit nolle concordare q verificantur verba illius. c. itez monet Jo. an. qr hoc casu cessat ratio legis que est vt possit trahere alios in suam sententiam, nam tacendo non potest hoc facere ergo etc. c. cum cessante de ap. l. adigere. §. q̄uis. ff. de iure patro. quam ēt opinionem videtur tenere Alb. in d. §. item si plures sequitur Bar. in d. §. itez si plures. et Geminianus in d. c. ij. et mihi hoc placet, vt euitemus nimiam subtilitatem, vt dicit Bald in l. sancimus in principio. C. ad trebellianum que inducit quandoqz errorem, vt per eundem Bald. in l. posthumo. ij. colum. questione quarta. C. de contratab.

56 **Decimoseptimo** † Quero quid si omnes arbitri fuerunt presentes tempore examinationis cause ac sententie formande, et super hoc adinuicem facte fuerunt allegationes, et vnus discordans ab alijs, qr videbat non posse eos trahere in suam sententiam discessit, an p̄sentes et concordantes, si duo ex tribus fuerint vel plures, possint sententiam dicere non obstante illius absentia. Innoc. in c. raynaldus. dicit credere, q presentes potuerunt sententiam dicere, qr cessat ratio, q possit alios in suam opinionem trahere. l. si in tres. ff. de arbitris. sed si non intellexisset aliorum opinionez et recederet sine causa vel etiam maliciose nollens causam terminare tunc presentes procedere non poterunt argumento dicte. l. si in tres. et l. item si vnus. §. item si plures. ff. de arbitris. quamuis quidam dicant, q ex quo omnes conuenerunt ad sententiaz ferrendam, q etiam vno recedente alij possunt sententiam dicere, quia verum est omnes adesse ad sententiam ferrendam idest ad diem ferende sententie, idem tenet Speculat. in §. sequitur. versicu. quid igitur. de arbitris, et Joannes andreas. in c. ij. super prima glossa. de arbitris in sexto. et Alberic. in d. §. item si in plures.

¶ Dicentes, q etiam alia ratio cessat, que est, ne contemnatur tertius qr plus obest contēptus vnius, q contradictio multorz c. prudentiam. de officio delegati. c. bone memorie. de electionibus, nam iste non fuit contemptus sed sponte recessit, et in fraudem ideo non est indulgendum fraudi illius. l. in fundo. ff. de rei vendicatione. alias semper posset ex absentia sua impedire aliorum sententiam, q esse non debet, casus est in dicto. c. secundo. de arbitris in vj. cum enim sit contumax pro presenti est habendus auct. qua in prouincia. C. vbi de crimi. ag. op. cap. eum qui. de eo qui mit. in posses. item ex eo q recessit videtur contradicere. l. si quum dotem. ff. soluto matrimonio. c. nullus. de presump. Hanc opinionem refert, et cum ea pertransit Geminia. in d. c. ij. colum. iij.

¶ Sed contrarium tenet Bartol. in l. duo ex tribus. de re iudicata, et in d. l. si in tres. alias l. celsus. et ratio est secundum ipsum, qr omnes debent iudicare dicta. l. duo. et l. sicuti. ff. de arbitris. adeo q si vnus cōmitteret alteri, q certo modo iudicaret. non valeret, dicta. l. item si vnus. in fine. Preterea licet tunc nō potuisset trahere alios in suam opinionem, poterit tamen trahere tempore sententie ferende. et verissimum putat, hoc idem sequitur Pau. de cast. Rapha. cuma. Jason et alij in dicta. l. duo ex tribus, et ibi Alexan. dicit q istud communiter tenetur, idem voluit Bald. in d. l. si in tres. Abbas in c. causam matrimonij colum. vltima, de officio delegati, et in capi. primo. de arbitris, et d. capi. raynaldus. in secundo notabili. et in consilio septuagesimoseptimo, in questiōe, que ad presens et Francis. in d. capit. ij. dicens hec procedere, nisi essemus in vltima die termini, naz tūc valeret sententia, nec requireretur alia admonitio, quiz dies interpellet pro homine per textum in l. item illa. ff. de constitu. pecu. et que nota. Bald. in auctentica ei qui. C. de tempor. apella. faciunt que dixi supra in quarta limitatione, secunda questione, huius questionis.

¶ In hoc dubio distinguendum puto, prout videtur esse de mēte Imole et Alexan. in d. l. duo ex tribus, quod aut loquimur de iudicibus delegatis, et tunc indistincte procedat opinio bar. per dictam. l. duo ex tribus et per notata, in l. pomponius. ff. eo. titulo de re iudicata, et in c. prudentiaz. de officio delega. quū magis stricte pcedatur, quo ad hoc in iudicibus delegatis q̄ in arbitris, quod pz per ea que no. in dicto. c. secundo de arbitris, in sexto. Aut loquimur de arbitris compromissarijs, et tūc de iure canonico procedat opinio Inno. tenendo tamen eā differentiam, que communiter fit, vt dixi supra proxime, et intelligendo, quando arbitri erant in procintu ferēde sententie, et tertius post dictam suam opinionem in discordia discessit, nā hoc casu non video que sit differentia, vel q moueatur tertius tpe sententie, vel q sit presens etiam discedat, quum tunc sit certus q alij volunt sententiam dicere, ergo amplius non debuit moueri argumento. l. prime. ff. de actio. empti. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligationibus. Et ex eius presentia videtur inducta quedam realis monitio, que tantam vim habet, quantam habet verbalis, vt notatur in l. plerizqz. ff. de in ius vocando. et per Socinum in tracta. de citatio. tertio articulo principali. nec refert facto an verbo declaretur intētio. l. nutu. ff. de legatis tertio. l. et in epistola. C. de fideicommissis, nec quid ex equipolentibus fiat. l. tertia. C. de institutione et substitu. sub cōditione fac. et l. mulier. ff. ad trebellianum si vero esset habita disputatio inter ipsos arbitros de ferenda sententia non tamen erat dicenda tunc temporis, et vnus discessit in discordia, et tūc dicerem, q non valerēt sententia, vt videtur velle Imol. in dicta. l. duo ex tribus, nisi essemus in casu certo quod sententia esset ferenda non multum post, sed quasi incontinenti per notata in l. lecta. ff. si certum petatur. De iure vero ciuili procedat opinio Bartoli tam in dicta. l. duo ex tribus, quam in dicta. l. si in tres, licet glosa in dicto. §. item si plures videatur obstare huic opinioni secundum Imolam in dicta. l. duo ex tribus, tamē nō multum vrget si bene consideretur, quum loquatur quando semper tertius est presens, tenendo tamen, q dictum capitu. secundum procedat etiam de iure ciuili vt supra dixi in questione prima, huius questionis, crederem hoc casu etiam veriorē esse opinionem Innocen. cum ita videatur contumatia contracta, quādo presens in calculo ferende sentētie discedit, sicut q̄ absens est monitus, et non venit, per nota. per Bartolum. in l. consentaneum in fine. C. quomodo et quando iudex et in l. si finita. §. iulianus quinta columna. ff. de damno infecto, vt supra dixi in arbitris statutarijs, idez videtur concludenduz, quod in principio dixi, vt sicut i iudicibus nihil est imutatū, ita et in istis arbitris, per ea que ibi deduxi, et sic dictū capitulū secundū, et dicta per Innocentium in eos non habere locum.

57 **Decimooctauoquero**, an arbitri possint ferre diuersas sententias † in hoc si queris de arbitris compromissarijs, omnes concordant, q si ferant diuersas sententias, nihil agunt, ita Innocentius in c. causam matrimonij de officio delegati, et Joan. and. Cardinalis, Imola, et abbas in c. fina. de re iudicata. Alberi. et alij in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitris. Bart. Alexan. et Jason in l. inter pares. ff. de re iudicata, et idem Jason. in l. duo. ff. eodem Abb. et Felyn. in c. suspitionis de offic. delegati Bal. in l. item si vnus eodem titulo de arbitris. quod intelligas, quando iam late sunt diuerse sententie. Nam si discordant in sententijs ferendis, tunc coguntur eligere tertium, vt per supradictos no. et in hoc nō est difficultas, quia iura sunt clara, si vero queris de arbitris statutarijs, et sic de forma statuti nostri electis, et tunc Speculato. in titulo de recus. §. finali. versiculo quid si arbitri diuersas, videtur tenere q si istif errāt diuersas sententias, sit recurrendum ad superiorem, sicut si essemus in delegatis. Nam cum loquatur in arbitris, qui eligūtur loco suspecti a quibus non differunt arbitri statutarij, vt not. in dicto capitulo suspitionis. et in dicta. l. inter pares, et dixi supra in tertia questione, sexte questionis principalis videtur, quicquid dixerit de illis, de istis etiam sentire voluisse, argum. not. per Bal. in l. omnia. C. de epis. et cleri. et per docto. in l. prima. ff. de legatis primo, et istud intelligitur, quando cognoscunt super causa principali, secus si super causa suspitionis, quia tunc dicit q non habetur recursus ad superiorem, vt parcatur laboribus, et expensis partium. c. cum te. de officio delega. Sed coguntur eligere tertium. Tamen quantum ad istud membrū cōmuniter reprehenditur, quia arbitri coguntur eligere tertium ante latas sententias, secus postquaqz tulerunt ipsas sentētias discordes, ita dicit Abbas in dicto. c. suspitionis quamuis Inno. in dicto. c. suspitionis, idem teneat quod Specu. sed Alexan. et Jason. in dicta. l. inter pares. et in dicta. l. duo iudices sequuntur Abb. et Jason in dicta. l. duo iudices dicit q Abb. in d.

in.d.c.suspitionis non bene recitauit dictum Specu. Attamen non videtur dessentire ab his, que idem Abbas. dicit in cap. fina. si bene consideretur.

¶ Quid tamen sit, non est multum insistendum super hoc, nam quum arbitri statutarij communiter eligantur super causa principali. vt experientia docet. c. ꝙ sit. ⁊. c. cupientes de electio. in vi. ⁊ si super emergenti de cōpromittēdo possint eligi, vt. s. in. iij. q. principali. in verbo emergenti. Dicendum est, ꝙ si tenemus illam opinionem, ꝙ isti arbitri statutarij habeant potestatem delegatam, tunc esset recurrendum ad superiorem, si diuersas tulissent sententias, ⁊ ea preualebit, que erit confirmata. Si vero tenemus, ꝙ sint ordinarij, aut habeant potestatem ordinariam vt. s. in. ij. q. vi. q. prin. tunc non recurritur ad superiorem, sed facienda erit distinctio, prout in ordinario, vt fauorabilior causa preualeat, ⁊ si ambe erunt fauorabiles, vel nō fauorabiles, sed equales tunc pro reo est iudicandum, sed hoc raro, aut nunquam potest in casu statuti nostri euenire, cum vnus, vel tres de forma eligantur, vt supra in prima questione principali in verbo in vnum tantum.

¶ Quo vero ad illud membrum, quando cognoscunt super non principali, si casus contingeret non recederem ab opinione Abb. per. tex. in. d. c. suspitionis. qui clare loquitur. Cur autem tam diuersum seruetur in delegata potestate ab ordinaria Barto. in. d. l. inter pares. in princ. reddit rationem, dicens, ꝙ istud euenit, qꝛ ordinarij habent suo iure delegati ab alio, quam rationem plenius ibi declarat Jas. qui dicit ꝙ delegati non habent plenariam iurisdictionem, sed funguntur vice alterius. l. i. §. fi. ff. de offic. eius. ⁊. l. ait pretor. in principio. ff. de re iudica. vnde possunt per delegantem reuocari. l. iudicium soluitur. ff. de iudicijs. ⁊ ab eis ad delegantem appellatur. l. i. in princip. ff. quis ⁊ a quo appella. c. ab arbitris in fi. de offic. delega. in. vi. Ex quo quum eorum delegatorum potestas dependeat a potestate vnius hoc est delegantis perinde est, ac si ipse delegans pronuntiasset, sed si ipse delegans tulisset duas contrarias sententias, neutra earum valeret. l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. ⁊. l. scripture. C. de fide instrumentorum, tamen qꝛ re vera non sunt sententie vnius, sed duorum ⁊ contrarie, stant in suspenso, donec vna earum a delegāte cōfirmetur, que ratio cessat in duobus ordinarijs, qꝛ quelibet hꝫ iurisdictionem insolidum, ⁊ non per representationem alterius ideo non est mirum si fauorabilior sententia preualet, non expectata alia cōfirmatiōe, sicut in simili, pōt quis se iuuare duabus exceptionibus, lꝫ sint contrarie. l. nemo. ⁊ ibi notatur. ff. de exceptione. non tamen pōt se iuuare, vna tantum exceptione, que sit contraria, vt notatur in. l. j. C. de fur. sed hec ratio non satisfacit, quum non videatur diuersa ab eo, quo dicitur in. d. c. fi. de re iudi. ergo male no. gl. in. l. labeo. ff. de vsucapionibus. ⁊ in. l. i. ff. de exceptionibus. tex. ⁊ ibi Bar. in. l. qui interrogatus. ff. de petit. heredi. Bald. in. l. non omnium. ff. de legibus. Unde glo. in. d. c. fi. assignat aliā rōnem, dicens, ꝙ hec diuersitas nascitur ob id qꝛ in iurisdictione ordinaria, non est superior ad quē recurri possit, nisi lex mortua que voluit, ꝙ sine alio remedio valeat illa sententia, que est lata, in fauorem rei vel que est fauorabilior, sed in delegatis est superior delegās, ad quem pōt recurri. sed hec ratio ēt reprehenditur per Abb. ibidem, qꝛ non est verum, ꝙ non reperiatur superior ordinarij, nam speciale est in solo papa, vt nō detur superiōr. c. i. lꝫ. de electionibus. ⁊. c. cuncta per mundum, vndecima. q. iij. ⁊ ipse princeps est ordinarijs superior, vt dicit Jason, in dicta. l. duo iudices, quum sit lex animata in terris. §. penulti. in auctēn. de consul. ⁊ not. in. l. ⁊ quia. ff. de iurisdictio. omnium iudicum.

¶ Propterea idem Abbas in. d. c. fina. dat aliam rationem, ꝙ ideo in ordinarijs statim valet sententia, que est fauorabilior, qꝛ ordinarij habent potestatem solidam. l. vni. ff. de officio consuli. glo. in. c. prudentiam de officio delegati. propter quod tā vna ꝙ alia sententia deberet valere, quum quelibet sit lata ab habēte solidam potestatem, sed propter contrarietatem non possunt ambe concurrere, ideo preualet fauorabilior absqꝫ alia superioris approbatione in delegatis vero, qui non habent potestatem in solidum saltem respectu exercitij non potest habere locum dispositum in ordinarijs propter defectum potestatis, quum nulla reperiatur lata sententia ab habente totalem ptātem, vnde recurritur ad superiorem non solū vt approbet sed ēt vt fomentum prestet, ⁊ cum ista rōne transit Jas. in. d. l. duo iudices. col. iiij. q videtur fundamentalis.

¶ Ratio autem cur nullo modo valeant sententie contrarie ab arbitris compromissarijs late saltem per approbationem, vt in delegatis, secundum Abbatem in. d. c. finali. dicitur esse qꝛ nulla sententia eorum arbitrorum, reperitur lata ab habente solidam potestatem, prout est in delegata iurisdictione, ⁊ hoc casu non recurritur ad superiorem, sicut in delegato, qꝛ partes recedendo a prouisione superioris voluerunt sibi ipsis auctoritate propria ꝓuidere, ideo superior de tali sententia seu laudo se non impedit, argumento. l. fina. C. de pac. con. sup. dot. facit quod not. bart. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Uel dicas ⁊ melius secundum eundem, quod a persona arbitrorum non receditur, nisi quando male pronuntiant, vnde sicut si non pronuntiassent, non habetur recursus ad superiorem, qꝛ partes nō videntur cogitare de superiore, imo totum oppositum, cum scienter ab eo recesserint eligendo arbitros vt no. in. l. si quis arbitratu. ff. de v. ob. Eodem modo est dicendum ꝙ cessat officium iudicis ⁊ sic superioris, quando arbitri pronunciādo sunt discordes, ⁊ equales numero quum videantur non pronunciasse propter impedimentum adinuicem prestitum, ex quo perdunt potestatem suam, sic se ipsos diuidendo.

¶ Facit, quod nota. glo. tertia in capit. si duo. de procuratoribus in sexto, que vult, ꝙ si duo sunt procuratores non insolidum, quorum vnus confitetur, ⁊ alter negat, nihil agunt, ⁊ perinde ꝓceditur contra dominum, ac si nihil dixissent, ⁊ hanc rationem videtur sequi Alexan. in dicta. l. inter pares columna secunda circa principium.

¶ Sed aduerte quod ratio hec videtur esse contra textum in. l. tertia. §. primo. ⁊ in. l. litigatores. §. quid ergo ⁊ in. l. si de meis. ⁊ l. licet cum multis alijs. ff. de arbitris. In quibus omnibus dicitur, quod pretor se impedit circa arbitria maxime quando arbitri non dicunt sententiam. vt in dicta. l. item si vnus. §. item si plures, ⁊. l. qualem eodem titul. in quibus iuribus constat iudicem posse compellere arbitros ad sententiam ferendam vnde non videtur verum. quod partes compromittendo dicantur recessisse a superiori.

¶ Preterea attenta hac ratione sequeretur, quod etiam in arbitris statutarijs non haberetur recursus ad superiorem, quum eodem modo eligantur a partibus sicut in compromissarijs, cuius contrarium tamen tenet idem Abbas in dicto capitu. fina. in fine, ⁊ omnes alij, quos supra retuli, vnde dicerem, ꝙ ideo nō valet sententia arbitrorum inuicem contrariantium, nec per superiorem conualidari potest, quia de natura sententie arbitrarie seu laudi est vt postquam sit lata, non detur alia cognitio de ea seu super ea sed qualitercunqꝫ feratur, eidem est standum. ⁊ imputetur partibus, que tales sibi eligerunt, vt dicta. l. diem ꝓferre. §. stari. ff. de arbitris. Quare non mirum. si quando sunt ꝯrie, nulla ex his per superiorem conualidetur ne contra earum fiat naturam, arg. l. fideiussor. ff. de ꝯdi. indebi. ⁊. l. si non sortem. §. si certum eodem titul. Sed quando sumus in iurisdictione etiam delegata de natura sui saltim in potentia est, vt post latam sententiam possit cognosci ante transitum tamen in rem iudicatam. l. i. ff. quis ⁊ a quo app. c. super qōnum de offi. dele. vnde nō est inconueniens, ꝙ ſm suam naturam super ea cognoscatur quo ad ipsam validationem.

¶ Supradicta omnia procedunt, quando sumus in arbitris discordantibus, qui sunt pares numero, sed quid si sunt impares, tunc dic, quod si omnes sunt discordes, ita vt non possint duo ex illis concordari, vt procedant omnia, que superius dixi de duobus per nota. in dicta. l. inter pares. ⁊ in dicta. l. duo iudices. ⁊ dicto. c. fin. Si vero saltem duo ex illi possunt concordari, tunc eorum sententia preualet per ea, que supra dixi, ⁊ per capit. i. de arbi. in. vi.

58 Decimonono †quero quid si vnus ex tribus arbitris condemnauit, alter absoluit a contentis in petitione, tertius absoluit ab instantia iudicij, an vnius sententia debeat preualere, vel neutrius. Barto. in. l. inter pares. ff. de re iu. dicit sententiam illius preualere, qui absoluit ab instantia iudicij, qꝛ in hoc omnes concordant. Nam ille q condemnat, ab instantia, qꝛ instantia finitur, item qui absoluit a toto, idem facit.

¶ Preterea saltem duo vltimi in hoc cōcordant ergo ⁊c. Preterea primus ⁊ vltimus concordant, quod a contentis in petitione non absoluatur, ⁊ sic sententia medij non potest valere per l. diem. §. si plures. ff. de arbitris. Raph. cuma. quem refert Jason in dicta. l. inter pares, tenet contra Barto. ꝙ immo sententia medij, ⁊ sic absolutoria preualeat, quia illa est fauorabilior, ⁊ pro reo per dictam. l. inter pares. Nam in principali causa omnes sunt discordes. Licet in consequentiam in vno concordent,

Jas. etiam ibidem dicit, ꝙ pro opinione Raph. facit alia ratio. nam ille qui pronuntiat diffinitiue in causa siue condemnando siue absoluendo imponit finem ꝯtrouersie ⁊ liti. l. i. ff. de re indicata. ideo ex tali sententia causatur exceptio litis finite. l. i. cum gloss. ff. de iureiuran. ⁊ sic nihil ꝯtrouersie in meritis cause vult relinquere, sed ille, qui absoluit ab instantia, relinquit cōtrouersiam, vt denuo possint partes agere, si volunt incboare nouam instantiam, ergo prima ⁊ secunda sunt omnino contrarie tertie, ⁊ sic non omnes in illam tertiam consentiunt, vt dicit Bart. attento ꝙ intendunt principaliter diffinire negocium, lz in quandam consequentiam liberent ab instantia. Est tamen attendendum, quod principaliter agitur. l. si quis nec causam. ⁊ l. rogasti ff. si certum petatur.

¶ Aduerte qꝛ hec argumentatio Raphael. ⁊ Jason. procedit quando sumus in iudicibus ordinarijs, qꝛ tunc debet preualere fauorabilior, ⁊ idem in arbitris statutarijs, vt iam dictum fuit, sed inquantum Bart. loquitur de arbitris compromissarijs, nō procedit, nam nulla ipsarum sententiarum tenet, nec confirmatur vt dixi in precedenti questione, ⁊ si intelligatur de delegatis eodem modo non procedit nisi in quantum fauorabilior esset cōfirmata per superiorem, quantum autem etiam ad iudices, credo Barto. melius loquutum, ꝙ̄ predicti, nec obstat eorūz obiectio, quia tollitur per textum in. c. primo. de arbitris, in sexto, ⁊ l. diem. §. si plures. ff. de arbitris, vbi primus condemnauit in quindeciz, secundus in decem. tertius in quinqꝫ. primus dicitur concordare in quinqꝫ, ⁊ sic in eo, quod venit in consequentiam, idez ⁊ de secundo dicit, nec obstat si opponatur illud procedere quādo non ita expresse constat de intentione condemnantis, ꝙ voluerit condemnare in quindecim, quum loquatur, de quantitate in qua plus ⁊ minus non faciunt differentiam specificam. l. fin. ff. de fundo instructo. not. in. l. prima. ff. de acquirenda possessione. sic ⁊ in casu isto vbi sententie sunt omnino differentes specie quia dico, quod etiam si sententiinas voluerit facere sententiam specificaz protestando, quando non intendebat condemnare nisi in quindecim nihilominus eius sententia reducitur ad cōcordium cum alijs absqꝫ aliqua interpretatione etiam consequuta, vt dicit glo. ⁊ Joan. andr. in. d. c. primo. de quo dicam infra, facit quod nota. Archidia. in. c. nihilominus tertia questione. ix. ⁊ Bald. in. l. secunda. in fin. C. de resc. vend. ⁊ in. l. fina. §. primo. ff. de legat. ij. ⁊ in. l. quum furti. ff. de in li. iur. ⁊ Innoc. in. c. cum oporteat. in fine de accusa. vbi semper habetur consideratio ad minorem quantitatez, ex quibus liquido constat quod tenendo opinionem Barto. procedit supradictus casus, nedum quoad ordinarios, sed etiam delegatos ⁊ arbitros tam cōpromissarios ꝙ̄ statutarios.

19 **Uigesimo quero an arbiter pos**sit fere plures sententias. Speculator. in titulo de arbi. §. sequitur versicu. quid ergo si de quibusdam, ⁊ Azo. C. eodem tit. de arb. col. v. versicu. quid enim si arbiter, ⁊ Hostien. eodem titu. §. qualiter ad effectum. §. item diffinitiua. cum sequen. videntur sic distinguere, aut est factum compromissuz de pluribus rebus simul ⁊ hoc acto, quod super omnibus simul pnūtiaretur, ⁊ tunc clarum est, quod super omnibus est pronunciandum, vt seruetur forma compromissi. l. dicere. §. primo. ff. de arbitris. aut res sunt separate, ⁊ de vna post aliam est factum compromissuz ⁊ tunc arbiter potest diuisim super illis pronunciare, aut super pluribus rebus fuit compromissum simpliciter ⁊ eodem tempore. Et tunc scribentes discordant, nam glosa, in. l. quid tamen. ff. de arbitris. dicit quod quidam tenent, quod separatim possit pnunciari, ⁊ hoc sequitur Barto. ibi dummodo omnes questiones ab vno moueantur, quum tot videantur cōpromissa, quot sunt res super quibus fuit factū ꝯpromissum, argumento. l. scire debemus. ff. de verborum obligationibus. ⁊ l. etiam. ff. de minoribus. vbi tot videntur sententie, quot sunt articuli in ea contenti, ⁊ tot videntur esse stipulationes, quot sunt res in stipulatione deducte, facit. l. si chorus. ff. de lega. tertio. ⁊ l. hec scriptura. ff. de conditione ⁊ demonstratione. allegat in glosa. Si vero plures questiones inferruntur, vna ab vna parte, ⁊ alia ab alia tunc est pronunciandum simul, propter naturam conuentionis ⁊ reconuentionis, vt. l. i. ff. de sen. que sine appel. re. ⁊ nota. in. l. qui prior. ff. de iudicijs. alij tenent contra, vt dicit glo. quod immo coniunctim sit pronunciandum, ⁊ hoc sequitur Azo. in dicto versiculo quid enim, Jacobus de rauenna. quem refert, et sequitur Albericus in dicta. l. quid tamen. ff. de arbitris. Dicit considerandum esse compromissum, quia si est factum de pluribus rebus vno contextu, tunc presumitur actum, ꝙ de omnibus coniunctim pronuntietur. Si vero fuit factum successiue, ⁊ diuersis horis, tunc videtur actum, ꝙ separatim possit pronūtiari, sed istud vltimum non videtur differre a secūdo membro.

¶ Dicerem tamen in hoc, ꝙ res, aut sunt cōiuncte, vel habēt aliquam dependentiam vna ab alia, super quibus est factū cōpromissum, ⁊ tunc vna sententia sint omnes questiones terminā de per legem qui de crimine. C. de accusatio. ⁊ l. nulli. C. de indicijs, vt sentit Hostien. in supradicto loco, ⁊ Speculator in dicto. §. sequitur versiculo sed econuerso. ⁊ ita procedat opinio Azonis, ⁊ Jacobi de rauen. quo ad primum suuz dictū. Aut res nō habent aliquā dependentiam, ⁊ tunc procedat opinio Bar. in dicta. l. quid tamē. ⁊ in. l. de rebus. ff. eodem, vt possit separatiz pronuntiare, ⁊ hoc videtur innuere textus in dicta. l. dicere. §. primo ibi, nisi omnes controuersias finierit, ex quo videtur sentire, ꝙ alique controuersie poterāt finiri, ⁊ tunc ipse arbiter venit cogendus sententiam dicere super residuo questionū, vt ibi nota. gl. Idem sentit textus in dicta. l. quid tamen ibi ⁊ de vna sententiam dixerit, ⁊ sic textus dicit, ꝙ de vna potest dicere sententiam, ergo separatim, ⁊ tamen isti textus loquuntur generaliter facit. l. si maritus. C. de donatione inter virum, ⁊ vxorem ⁊ l. finali. ff. de calumniatoribus, ⁊ nota. in capitulo cuz tempore de arbitris ⁊ in capitulo cum. i. ⁊. a. de re iudicata. Barba. in capitulo pastoralis. §. quoniam columna penultima de rescriptis. Et quo ad exemplum glosa penultima in dicta. l. quid tamē, dū dicit de deposito ⁊ expensis intelligas, ꝙ quilibet agit principaliter, non autem ꝙ exciperetur de expensis, qꝛ tunc esset vnū iudicium tantum ⁊ vna sententia terminandum, vt dicit Alberi. in dicta. l. quid tamen, item in quantum facit mentionem de reconuentione, videas, que dixi in tertia. q. principa. versicu. causam reconuentionis.

60 **Uigesimoprimo quero** † qd si arbiter pronuntiauit super parte questionis, an valeat sententia, dicas eam non valere vt per Speculato. in. d. §. sequitur versiculo quid igitur, ⁊ Hostien. nota in. d. §. qualiter. versiculo si non apparet. ⁊ alij supra dicti per legem eos. C. de appellationibus ibi omnem ⁊c. ⁊ l. de qua re. ff. de iudicijs, capitulo secundo requiris de appellationibus, ⁊ faciunt que supra dixi de causis, que habent dependentiam ab alia, ꝙ in illis, non possit separatim pnunciari, hoc idē tenet Bal. in. l. j. C. si aduer. rem iud. Dicens ꝙ actus pronunciationis est indiuiduus nisi a lege diuidat, ergo pro parte adimpleri non potest argumento no. in. l. iiij. §. cato. ⁊ in. l. stipulationes nō diuiduntur. ff. de verbo. obli. faciunt nota. in. l. si quidem. C. de exceptionibus.

61 **Uigesimosecundoquero** † an arbiter posteaquam semel pronuntiauit, possit iterum sententiam dicere de eadē re, ⁊ si queris de sententia, que non est nulla, sed aliquo iure potest subsistere, ⁊ tunc clarum est, ꝙ iterū pronuntiare non possit, ita Speculator in. §. sequit̄ versiculo licet cum sequenti. de arbitris ⁊ Cy. in. l. si diuersa. C. de transactio. ⁊ per Albericum, Bal. ⁊ alios in dicta. l. dicere. §. primo. ⁊ in. d. l. quid tamen. ff. eod. tit. de arbitris. Ange. in consi. centesimoquinquagesimosecundo. in puncto presupponitur, ⁊ Bap. de sancto. bla. in trac. de arbi. ⁊ arbi. q. lxxiij. Si vero sententia est nulla, dicit Spe. in. d. l. sequitur ver. sed ẜm ꝓmissa, ꝙ videbatur posse iterū pronūtiare argu. l. prime. C. de sententijs ⁊ interlocutorijs omnium iudicum, ⁊ l. quarta. C. de accusationibus siue sit nulla, quia est lata contra ius, vt dixi. s̄. q. v. huius. q. prin. vel quia est lata litigatore absente. c. primo de cau. pos. ⁊ pro. ⁊. c. ecclesia sancte Marie de constitutionibus, siue qꝛ die feriata. c. fina. de fer. vel in similibus casibus, tamen contrariuz tenet, quia idem videmus in delegato, vt non possit iterum sententiam dicere, siue male siue bene pnuntiauerit. l. iudex. ff. de re iudicata. c. in literis de officio delegati. l. si vt proponis. C. quomodo ⁊ quando iudex. dummodo pronuntiauerit super omnibus questiōibus, super quibus erat assumptus in arbitrum, secus si super aliquibus hec dicta. Specu. intellecta, vt infra dicam multofortius procedunt in arbitris statutarijs, quum habeant delegatam iurisdictionem secūdum multorum opinionem, vt dixi supra in secunda questione sexte questionis principalis Cy. in. l. finali. C. de contrahen. emptio. q. sexta, querendo de hoc dubio, ponit exemplū in Episcopo, dicens verbi gratia moniales consenserunt in Episcopum, ꝙ suo arbitrio daret eis abbatissam, Episcopus elegit vnam cuius electio non valuit, nūquid poterit aliam eligere videbat̄ ꝙ

non

2 testatio† contraria impedit li. conte. per ea que habent in. c. j. extra de lit. conte. nec fit per oppositionem exceptionis. c. j. extra de li. conte. li. vj. Et ex premissis infertur ad questionem, reus respondit libello dicendo nego narrata prout narrantur, et dico petita prout petuntur fieri non debere non tamen animo litem contesta. Nunquid ex hoc facta sit lit. conte. Ex precedentibus determinatur quod non, quia ista protestatio declarat animum. c. cumana. extra de ele. c. cum M. ferrarien. de consti. et. l. cum plures. §. locator horrei. ff. loc. l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqui. here. cum si. Nec obst. si dicatur protestatio est contraria actui, ergo nihil operatur quia negatur, quia posset negare ad alium effectum vnde esset contraria actui si diceret litem contestor non animo contestandi. Illud autem plus dubij est si diceret non tamen animo litem contestandi nisi si et quatenus de iure

teneatur, quia tunc dominus iudex potest pronunciare litem pro contestata. & ita feci practicari.

SVMMARIVM

1 Iuramentum calumnie prestatur statim lite contestata.
2 Dñs an debeat de calũnia iurare an sufficiat procuratorez iurare.
3 Processus nõ vitiatur si ante litẽ cõtestatã de calumnia iuretur.

Iurandum de calumnia.

1 ¶ Ex hoc ordine colliguntur duo. Primũ q statiz lite † cõtestata iuratur de calũnia. Et dz iudex exprimere omnia capitula iuraméti de calũnia de quibus in. c. j. de iura. calũ. & in. l. j. & ij. C.
2 eo. Et dz facere iurari principales † nisi procurator habeat istud in mãdatis. vt hic. vt auct. principales de iura. calum. Adde Bal. in. l. si pcurator. C. de pcur. & Bart. in. l. ij. §. finaũt. C. de iura. calũ. vbi dicit verũ. s. q in tali cã non simpliciter. & p Alexã. vbi. s. Scõm qõ colligitur est, q requirit speciale mãdatũ. c. fi. extra de iura. calũ. dicit tñ Spe. eo. ti. §. j. versi. sed quid si an
3 te lit. conte. † quod si fuerit iuratum ante litem conte. non posteã vitiatur processus. quid si voluit iurare procurator de calumnia. Solu. succedunt pene de quibus in. c. fin. extra de iura. calumn.

SVMMARIVM

1 Iuramenta multa sunt mandatum speciale requirentia.

Et quolibet aliud licitum iuramentum tam litis decisiuum quam aliud prestandum.

1 ¶ Istud iõ apponit, q multa sunt alia iura † de quibus in. c. fin. de iureiur. in qbus requirit speciale mãdatũ. & in. c. q ad agẽduz in fi. de pcu. & in. l. iusiur. qõ ex cõuentione. §. fi. ff. de iure iur. facit. l. pcurator tutoz & procuratorũ cui libera. ff. de procura. idẽ & in iurõ de malitia de quo in. c. j. in fi. & c. ij. extra de iur. calũ. idem in iurõ de veritate. nõ dico in iuraméto testis, sed de illo qõ prestabat olim in spiritualibus. Nã etiã si non haberet mandatum pcurator ad iuratum testium debet iudex ex officio deferre iuramentũ. c. nuper. c. tuis de testib. l. iusiurandi. C. de testib. & no. verbum licitum quod subintelligitur licet non exprimatur.

SVMMARIVM

1 Iuraméta procuratorum referuntur ad animas dominorum.
2 Procurator an teneatur nomine suo iurare.
3 Dominus an debeat iurare in manibus notarij recipientis.

In animas ipsorum constitueñ.

1 ¶ † Istud iõ dr, q iuraméta talia ad animã principaliũ referuntur & pcurator noie dñi & instructus a dño accedere dz. c. querelã. & c. in materia. de pcura. & l. fi. C. de ferijs. Sed circa hoc du
2 bito de duobus. an pcurator † noie suo teneat iurare. an vero excusetur p istud pcuratoriũ. Sol. dõm qõ nõ, imo ipsi aduocati & pcuratores iurare debent. l. rem nõ nouã. C. de iudi. nec excusat
3 vnus p aliũ. Scdo quero an dñs † in manibus notarij recipiẽtis istud pcuratoriũ debeat iurare. cõis opinio & cõis obseruãtia tenet q nõ. & iõ illaqueant multe anime & multe cõmittuntur deceptiones, q principalis nõ videt auctoritatem iudicantis & faciliter periurat. Procurator nescit intẽtionẽ principalis & sequitur malitiã forte eius ignorantia, & ideo committuntur deceptiones. Et ideo cõsulo qõ notarius specificet dño constitueñ. procuratorem omnia capitula iuramenti de calumnia. Et vlterius ex abundanti deferat iuramentum de calumnia domino.

SVMMARIVM

1 Ponere & positionibus respondere nõ debet procurator sine speciali mandato.
2 Mandatum speciale requiritur in iuramento calumnie.
3 Ponens dicitur sub iuramento omnia que ponit confiteri.
4 Interrogatoria an possint fieri in quacunq parte litis.

Ponendum & positionibus respondendum.

1 ¶ † Istud iõ apponitur in instrumento, q requirit speciale man
2 datũ & ponitur sub iurõ † calumnie. in quo requiritur speciale mãdatũ. c. fi. extra de iura. calũ. lib. vj. & c. j. extra de cõfes. eod. lib. vj. igitur diligenter aduertendũ in positionibus faciendis, q po
3 nens † omnia que ponit dr confiteri sub suo iurõ. Et si in scriptis non potest reuocari pretextu erroris fm vnam opin. quam sentit Inno. in. c. cũ olim. extra de censi. Et iõ ista est cautela qõ si fiat interrogatoria in iudicijs circa iuramenta, que non dz fieri circa iuramenta. Sed circa preparatoria. vt in rubr. de interro. actio. ff. & in. c. fin. extra de cõfes. põt pars opponere & dicere. pone fac positiones, nõ autem interrogatoria q ex positionibus se fundabit. Ex interrogatorijs minime, † nec obst. si dicatur in quacunq 4
parte litis possunt fieri interrogatoria. l. vbicunq. ff. de interrogatorijs actioñ. c. cũ Joan. extra de fide instru. Quia respõdeo verum nisi pars circa merita velit se iuuare ex interrogatorijs partis, qõ põt dicere. vt in auct. sed iudex. C. de epis. & cleri.

SVMMARIVM

1 Probationes in iudicijs fieri debent.
2 Iudex probationes super articulis recipere debet.
3 Articuli pauca & necessaria continere debent.

Articulandum & contra articulantes.

¶ Istud nõ vr necessariũ. Adde Bald. in. l. j. in. j. coll. C. de
1 condi. ob causam tur. Quia probationes † in iudicijs sunt fa
2 ciẽde & iudex † sup articulis probationes recipere debet, tamẽ secundũ alleg. & probata debet iudicare. c. iudicantẽ. xxx. q. v. sed fiunt super articulis probationes, tñ istud nõ vr necessariũ, vt dixi, q ẽt sine articulis lite contest. potest procedi ad examinationem sup petitione dando petitionẽ pro articulis. vt in Specu. de teste. §. nunc videndũ. versi. j. & tñ vtile vtiq partim articulare. vt melius sciant testes deponere, q alias non bene scirent super omnibus rñdere. Itẽ aduersario vt melius cõficiant interrogatoria & articuli. vt in. d. §. j. ver. est autẽ vt &c. Et consulit Spe. in versi.
3 sed pone auditor, qõ pauca † & necessaria ponant in articulis, & cõ articulos, vt ab onere superflue pbationis releuetur. Caueat tamen ne articulos sub disiunctiua vel dubios faciat ne dubiam faciant probationem que non releuaret. c. in pñtia. de probatio. nisi forte in facto alieno. vt in. c. cõstitutus. de in integr. resti. & in. c. ex parte. de rescriptis. & ibi Innoc. Consulo tñ q non semper se astringat ad articulos probandos, tamen si est possibile petat ẽt super tota cã examinari ne alioquin si qd deponerent extra articulos in fauorem producentis dicatur non valere per ea que habentur in. c. de testi. Et ideo in hoc contraria est conditio articulorum a positionibus & positiones possunt eẽ plures numero, sed articulos faciat pauciores.

SVMMARIVM

1 Examinatio quando valeat absq interrogatorijs.
2 Interrogatoria vtiliter fiunt testibus ad pluralitates euitandas.
3 Interrogatoria super circunstantijs fieri debent.
4 Examinator veritatem fideliter inquirere debet.
5 Interrogatorium copia an debeat dari parti.
6 Depositio testis respondentis in precedentibus per responsionẽ ad aliud non vitiatur.

Interrogatoria faciendum & producendum.

1 ¶ † Istud non propterea necessarium, q ẽt sine interrogatorijs procedit examinatio preterq in his que sunt iuris. l. solã. cũ ibi no. C. de testi. & c. causaz que. extra eo. tit. videt dubitari de possessione p notata. in. l. j. ff. de acqui. pos. & per ea que hñr in. l. stipulatio ista. §. hi quoq, vbi gl. ff. de verb. obli. Et est vtile facere
2 interrogatoria † testibus ad pluralitates euitandas per notata in. c. pñtia. §. preterea. extra de testib. lib. vj. Et fiunt interrogato
3 ria † super circunstantijs, vcz loco, tpe, cã, presentia, & similibus. vt in. d. c. cãm que. & voluit Spe. in tit. de testi. §. nunc tractãdũ.
4 versi. examinator. dicens quod examinator † dz se fideliter habere in inquirenda veritate ne dãnet aiam suã, vt aliqui faciunt qui aliquãdo omittunt debitas interrogationes & indebitas faciunt,
5 vt testes capiant in sermone. nũqd debeat dari copia † interrogatoriorũ parti. breuiter dõm qõ non propter periculũ subornationis vt in Spe. de teste. §. iã de interrogatorij. in prin. iudex tñ dz diligẽter videre interrogatoria & resecare que sibi videbuntur resecanda, vt in. d. §. iã de interrogatorijs, ver. fi. Adde Cy. in. l. j. ij. & iij. q. C. de cõfes. q late tractat materiam interrogatiuam. Et vide ẽt ibi formã examinis, vbi Spe. dr qõ illõ interrogatoriũ vtrũ testis credat q dixit eẽ vera tãq captiosuz ẽ repellẽdũ. Tñ
6 si testis † rñderit in pcedẽtibus p rñsionẽ ad aliud nõ vitiabit depositio sua. c. qm. cũ ibi no. extra de testi. Et ẽt aduertẽdũ q nõ refert interrogatoria eẽ pducta pñtata & exhibita extra iudiciũ. si tamen

si tñ est possibile consiliũ est qđ in iudicio producantur, ꝛ in scriptis. vt in Spe. de testi. §. de interrogatorijs. ver. item caute.

SVMMARIVM

1 Testes in criminalibus iudici debent presentari.
2 Indicia ad torturã sunt tremor, variatio, ꝛ pallor.
3 Examinator actus seu gestus testis scribere debet.
4 Tabellio scribere debet ipsius testis gestus.
5 Examinator quo ad potest verba testis ad longum scribere dꝫ.
6 Testis non potest dicta propria scribere.
7 Iudice ꝛ notario discordantibus vtri potius stabitur.

Commissarios & delegatos cuiuscunqꝫ generis, & à quocunqꝫ interpellandum & requirendum.

¶ Istud pōt requiri p ea q̃ hñr. in c. nōnulli. ꝛ in. c. dilectus. extra de rescriptis. Et pōt intelligi simplr ꝛ dupliciter verbum
1 cōmissarios, primo p examine faciēdo in ciuilibus † i criminalibus vr̃ debere testes pñtari iudici. auc. apud eloquentissimũ C. de fi. instr. ꝛ hoc vt videat iudex quo vultu, colore, qua ve trepidatione, aut quo tremore loquaꝛ testis. ꝛ de minore. §. tormēta.
2 ff. de qõ. ꝛ si viderit iudex † testē tremere, variare, pallere, tormentis subijciat, vt voluit Spec. in ti. de teste. §. nunc tractandũ. versi. considerare. ꝛ dꝫ qđ puto verum in vilibus testibus, in alijs forte secus. vt in. §. si nō ignoti. in auc. de test. Idē istud verum est si sit iudex qui habeat ptātem. ꝛ ēt aduertendũ ꝙ exa-
3 minator † dꝫ scribere actus quos facit testis vtrum tremat vł
4 palleat, vtrum balbutiet. si tabellio † ēt percipiat scribat ꝙ etiã ipse percepit, ꝛ plus creditur sibi. Si vero nō perpendat notarius sed iudex dicat, tūc scribat qđ iudex dicit ei ꝙ tremuit. nō
5 aũt attestetur. Idem examinator † scribat quantum est possibile verba quibus vtitur testis ꝛ ad longũ. nec sufficit si dicat examinator secundus testis dicit vt primus. ꝛ ita dicit Spe. in titul. de testi. §. nunc tractandum. versicu. cautum quoqꝫ ꝛ puto quod hoc in Gallia. ꝛ maxime in Burgundia inoleuit consuetudo qđ acta ꝛ omnia testimonia ponantur in Romantio. ſꝫ
6 circa hoc dubitatur de duobus, primo an testes † possint scribere dicta sua. dicite qđ nō, imo expedit qđ notarius scribat secundum ea que habentur in. c. qm̃ ꝯ falsum extra de pba. Se-
7 cundo dubito, pone quod est discordia † inter iudicem, ꝛ notarium. dicit iudex scribe sic. ita dixit, notarius, immo nō sic dixit nec scribere vult, cui crediꝛ potius. vr̃ ꝙ iudici pp maiorem auctoritatem. in contrarium facit. d. c. quoniam contra falsam. considerarem auctoritatem personarum ꝛ qualitatem.

SVMMARIVM

1 Testibus multa obijci possunt examinationem impedientia.
2 Testes producere volens quales sint attendere debet.
3 Protestatio inconsulta non fiat de opponēdo in psonas testiũ.

In personis testium.

¶ Istud iđ dicitur, qꝛ multa possunt opponi in personas testiũ
1 ex quibus impediꝛ examinatio † ꝛ detrahitur fidei. de qbus in Spe. de testi. ꝛ ista est regula qđ edictum de testibus est pmissorium, qꝛ oēs admittũtur qui non reperiuntur prohibiti. l. i. ij. ꝛ. iij. in prin. ff. de testi. ꝛ dicit Spe. in. d. §. i. in fi. ex qbus do vo-
2 bis duo consilia. primum quod volens † producere testes bene consideret quales testes producat, quia si viles aut suspectos aut alias inhabiles pduxerit non potest repellere ex personis eorum. Et necesse hꝫ stare dictis eorum alio non apparēte, imo etiam si preiudicium faceret in alijs causis. l. si quis testibus. C. de testi. Quod verum intellige nisi ex cã superueniente prehabita. vt. c. insinuante. de offi. dele. ꝭm consilium. protestatio † đ
3 opponendo in personas testium inconsulte non fiat ne illa prestatione si quid dicant pro se sibi preiudicet iuxta ea que habentur in. c. presentium. cum ibi no. extra de testi.

SVMMARIVM

1 Persona approbari potest dicto reprobato.
2 Oppositio in psonas fieri potest post publicatas attestationes.
3 Oppositio idicta qñ post publicationē attestationũ fieri possit.

Et in dicta.

1 ¶ Istud ideo ponitur in instrumento, † qꝛ licet persona non arguatur tñ dictum pōt reprobari etiã post alias per producētes, ꝛ licet quis approbauerit personã non tñ dictum, vt in. c. cũ causam que, extra de testi. ꝛ voluit Spe. in tit. de testi. ꝛ ista est vna dr̃ia
2 inter oppositionē, que fit in dicta. Secunda dr̃ia est ꝙ illa † que in personas fit pōt fieri, ꝛ post publicationem attestationum. c. personas, ꝛ. c. testimonium. c. presentiuꝫ, extra de testi. ꝛ in. l. iij. in prin. §. l. iulia. ff. eo. illa † vero que fit in dicta ita demũ potest
3 fieri post publicationem attestationuꝫ si non agatur de contrario directo, quia si ageretur de contrario directo probando per testes illud fieri non posset propter timorē subornationis. §. si vero in aucten. de testibus, ꝛ quia vero, ꝛ. c. fraternitatis, extra de testi. sed per indirectum contrarium potest etiam per testes. c. ex tenore, extra de testi. ꝛ in. l. fi. C. de contraben. stipu.

SVMMARIVM

1 Crimina ꝛ defectus opponere posse mandatum requirit spāle.
2 Testis contra quem probatum est crimen infamia notatur licet de eodem non puniatur.

Crimina, & defectus si oportuerit opponendo.

1 ¶ † Istud videtur requirere speciale mandatum ex eo, qꝛ lꝫ te-
2 stis † contra quem pbantur crimina nō possit puniri de crimine vel de falso. c. cum dilectus de ordine cog. ꝛ. c. i. extra de excep. qꝛ igitur ad aliud tñ insurgit aliqua nota infamie ēt post publicatas attestationes, vt in Spe. de testi. §. sepe testes, ꝛ qđ dixi non posse puniri in illa dispōne verũ est pena ordinaria, extraordinaria si delinquat, ꝛ i facie iudicis sic, vt in. l. nullũ C. de testibꝰ.

SVMMARIVM

1 Probationum plures sunt species.
2 Probatio quedam plena, ꝛ quedam semiplena dicitur.
3 Probatio non competit reo.

Probandum & reprobandum per omne genus probationis.

1 ¶ † Istud dꝫ, qꝛ plures sunt spēs probationũ, vt in Spec. de p-
2 ba. videndũ restat. ꝛ hñtur in Rub. de proba. ꝛ alique † sunt plene alique semiplene, vt in. d. §. vidēdũ restat, vltimo vero alique
3 sunt presumptiue. Et est aduertenduꝫ qđ probatio † non cōpetit reo, sunt tñ aliqui casus in qbus rei grauantur onere probādi de quibus in Spe. de proba. §. prealleg. §. nũc ad propositũ cuꝫ sequenti. ꝛ ideo cauti procuratores diligenter debēt aduertere ad assignationes factas per iudices vtrum ad probandum simpliciter an vero ad probandum per omne genus probationis, faciũt que habentur in. c. licet causam, extra de proba.

SVMMARIVM

1 Instrumentorum multe sunt species.
2 Instrumentum regulariter id dicitur per quod causa instruitur.
3 Instrumenti proprie dicti due sunt species.
4 Instrumentum publicum multiplex esse censetur.
5 Instrumentum sigillo publico sigillatum dicitur publicum.

Instrumenta quecunqꝫ.

1 ¶ † Istud iđ dꝫ, qꝛ sunt plures spēs instrox, de quo i Spe. de instru. edic. §. dicendũ restat, ꝛ regulr oē qđ instruit cām dꝫ instrm
2 †. c. peruenit, extra de testi. cogen. proprie aũt instrm † est qđ est
3 redactum in scriptis, ꝛ hmōi due sunt spēs instrox quoddaꝫ pu-
4 blicum, ꝛ quoddã priuatum, publicum † multipliciter, primo cōfectum manu publica tabellionis cũ solennitatibus, de quibus in l. gñali. C. de tabu. li. x. vbi glos. ꝛ in aucten. de tabel. colla. iiij. ꝛ in. c. i. ꝛ. c. cum Jo. ꝛ. c. inter dilectos de fid. instru. ꝛ in Spec. de fi. instru. §. i. quoddam est sigillatũ sigillo auctentico qđ etiaꝫ
5 dicitur publicum. c. post cessionem, extra de proba. † Tertio dicitur publicum consuetudine approbatum, vt in. c. cum dilectus in fi. de fi. instr. Item scripture nummulariorum que dicunꝛ etiã publice antiquo iure. l. quedam. §. nummularios. ff. de edē. Quedam sunt instrumenta priuata, ꝛ huiusmodi etiam dicũtur instrumenta largo modo. l. instrumenta. C. de proba.

SVMMARIVM

1 Procurator producens scripturas, seu instrumenta priuata, an prosit domino.

Scripturas.

1 ¶ † Istud est vnũ genus cãe ad scripturas publicas ꝛ p̄uatas. c.ij.ex̃ ð fi.istr. dicet qspiã qd ꝑderit dño si ꝓcurator ꝓducat instrumenta priuata Sol. interdũ adminiculantur. c. fi. extra de iureiur. ꝛ l. exẽplo. C. de proba. aliqñ vero plene probant vt cõtra scriben. l. cum precũ. C. de libe. cã. c. imputari. extra de fide instru. Item cum habeant solẽnia. vt in l. scriptura. ꝛ auctẽ. ibi posita. C. qui poti. in pig. habean. ꝛ facit qð voluit Spec. de instru. edic. §. nunc dõm restat. versi. licet autem. facit quod habetur. in l. plures apochis. C. de fide instru.

SVMMARIVM

1 Libri rationũ quando ꝛ inter quos probationem inducant.
2 Libri rationum non probant pro scribente.
3 Consuetudo an faciat vt pro scribente credatur scripture.
4 Pactũ an valeat quo ꝓmittit stare simplici verbo creditoris.

Et libros producen̄.

1 ¶ † Istud cõiter accipit ꝓ libris rõnum. (Adde Pau. ð cas. ꝯs. lxxx. ꝛ. cxxxviij.) ¶ Qui libri aliqñ probant inter alios qñ fiunt per deputatos ꝛ cõprobatos. l. quedam. §. nũmularios ꝑ
2 allega. in l. rõnes. C. de proba. ꝓ scribẽte † vr̃ nõ ꝓbare, tñ Spec. in §. nunc dõm. ver. lꝫ in fi. de instr. edic. lꝫ ẽt ꝙ pro scribente ꝓbant semiplene. Adeo qð cũ vno teste erit plena probatio qð est periculosũ ꝗcqd dixit Bar. in d. §. nũmularios per d. l.
3 exẽplo. imo dubitaui nunqd valeret ꝯsuetudo † qð ꝓ scribente credat̃ p. d. l. exẽplo. iuncto. c. fi. extra de consuetu. lꝫ in ꝯrium faciat. c. cũ dilecti. extra de fi. instr. in fi. ſꝫ ibi loquit̃ iter alios nõ ꝓ scriben. posset tollerari cũ iuramento. ꝛ hoc facit ad pacta ꝗ singulis diebus ponunt̃ in instr̃is in qbus ꝓmittitur stare so-
4 lo ꝛ simplici verbo creditoris ꝛc. an ista pacta † valeatur. ð quo in l. fi. ff. de preto. stip. ꝛ per Barto. si theopompus. ff. de dote prelegat.

SVMMARIVM

1 Impugnatio pluribus modis fieri potest, ꝛ an requirat mandatum speciale.

Ex aduerso impugnandum.

1 ¶ † Istud põt fieri pluribus modis. vt in Spe. de instru. edic. §. instr̃m aũt, ꝛ dubitaui an requirat̃ spãle mandatũ, cuius grã aduertẽda est in causa impugnationis, qꝛ si sit causa que attigat crimen requiritur ꝛ speciale mandatum, facit quod habetur in l. si veteris. C. de fide instru.

Contumacis & defectus.

¶ Istud non requirit spãle mandatum, sed venit in consequentiam mandati ad lites in quibus contumacia notari opꝫ. c. fi. extra de dolo. ꝛ l. eum quem temere. ff. de iudi. ꝛ in c. calumnia ð penis. ꝛ facit ꝙ voluit Spe. de expẽ. §. i. ꝛ in tit. de cõtumacia nisi parte petẽte. vt in l. iiij. §. hoc aũt iudicium. ff. de dam. infe.

SVMMARIVM

1 Expensarum plures hic assignantur species.
2 Expense extraiudiciales in quo loco tractentur.

Et expensas quascunqꝫ.

1 ¶ † Istud ponit̃, qꝛ sunt plures spẽs expẽsarũ. s. cõtumacie more litis ꝛ cãe de qbus in Spe. de expẽ. §. i. ꝛ in §. si in hanc litẽ ꝛ alique sunt iudiciales aliq̃ extraiudicialis ſꝫ sub ista clausula nõ
2 meminit extraiudiciales † que hñtur i. c. qui ad agendum. extra de ꝓcu. li. vj. ꝛ in l. q Rome §. calymachus. ff. de verb. oblig.

SVMMARIVM

1 Expense quando ꝛ a quo taxari debeant.
2 Iudex cõdẽnãs nõ facta expẽsarũ mẽtione ð suo tenet̃ reficer̃.
3 Iur̃m calũnie est causa iusta absoluendi ab expensis.
4 Iuramentum de calumnia qñ non excuset ab expensis.
5 Expense non possunt peti post sn̄iam que trãsiuit in re iudicatã.

Taxari faciendum.

1 (Adde † qualr̃ ꝛ qñ expẽsaꝝ taxatio fieri dẽat, vide in Spe. de excep. §. iiij. ꝟs. qd si reus.) Dicet qspiaꝫ non taxant̃ expẽse, nisi prius ꝯdẽnauerit iudex parte petẽte, ꝛ accusante contumaciaꝫ. Solu. fateatur ꝯriũ, sed illud ideo nõ posui in instr̃o, qꝛ pertinet
2 ad eũ, qð si non ꝯdẽnauerit iudex † in expen̄. ipse de suo tenetur reficere, nisi sit aliqua iusta cã expressa in sn̄ia. l. sancimus cũ ibi notatis. C. de iudi. ꝛ in auct. §. opꝫ, in auct. de iudi. dicit tñ ibi gl.
3 qð iur̃m † de calũnia est iusta cã absoluẽdi ab expen̄. qð est sane intelligendũ in expen̄. ꝓuenientibus ex presumpta calũnia. Ex
4 vera calũnia, vel ex temeritate non excusat iur̃m † de calũnia ab expen̄. l. eũ queꝫ temere. ff. de iudi. ꝛ. c. calumniã. extra de penis, ꝛ Bar. in l. qui insolidũ. §. j. ff. de leg. ij. ꝛ in d. c. fi. ꝛ sup primo fundatus est tex. in cle. j. de re iudi. ꝛ dicit Spe. in ti. de expen̄. §. si ante litẽ, vers. nec est omittendũ qð si ab initio non condẽnauerit iudex in expen̄. qñcũqꝫ vsqꝫ ad sn̄iaꝫ diffinitiuã ꝓnũciare, ꝛ no. quod si ꝓcurator fuerit negligens, ꝛ non petierit condemnationem expensarũ ipse dꝫ reficere de suo per ea, que hñtur in
5 c. j. extra de lit. nõ ꝯtest. ꝛ est aduertendũ qð lata sn̄ia, que trãsiuit in rem iudicatã non põt amplius peti expẽsa † nec alia accessoria. l. iiij. C. depos. ꝛc. cũ ibi no. extra de sequestra. pos. ꝛ fruct. vbi sunt plures practice, ꝛ in l. terminato. C. de fruct. dicet qs, ꝗ expen̄. erunt iste, ꝛ qualr̃ fiet taxatio. Sol. erunt ille facte p litẽ ꝛ in lite quas alias facturus non fuisset; vt in d. l. sancimus, nec regrit̃ vera ꝓbatio, ſꝫ taxatione iudicis facta per iur̃m declarabit̃, vt in d. c. fi. ꝛ in Spe. de expen̄. §. postremo. in p̄n. ꝛ ab ista taxatione non põt appellari, vt in d. §. postremo. versic. i. in fi.

SVMMARIVM

1 Procurator ad causas sine mandato non põt exigere expẽsas.
2 Expense contumacie quando sint soluende.
3 Fugere reis proprie competit.

Et exigendum.

1 ¶ † Istud necessario est exprimẽdũ in instr̃o ꝓcurationis alias ꝓcurator ad cãs non posset exigere expen̄. quonismodo. l. vero ꝓcuratori. ff. de solu. Nec de exactis possent quittantiaꝫ facere.
2 Et aduertendum qð expen̄. † contumacie statim anteꝙ̃ audiat̃ cõtumax soluende sunt, vt. l. sancimus C. de iudi. ꝛ voluit Spe. in ti. de expen̄. §. si ante litẽ versi. sed queritur qñ, aduertendum tñ qð si actor fuerit ꝯtumax vtile est petere qð nõ audiat̃, nisi reficiant̃ expẽ. vt in d. l. sanci. Si ꝟo reus est ꝯtumax trussatoriũ
3 esset petere qð nõ audiat̃, qꝛ hẽret reus qð q̃rit cũ reorũ † sit fugere. l. inter stipulãtẽ. §. i. ff. de verb. obl. Et iõ actor petat ꝓcedi ad vlteriora, ꝛ alia remedia ꝑtoria, ꝛ vltra hoc instet sup expen̄. vt in auc. ꝗnalr̃. C. de episc. ꝛ cle. ꝛ iõ petet missionẽ i possessionẽ cedialẽ, ꝛ sn̄ias cẽsure, ꝛ alia ꝑtoria remedia prout magis timeri estimabit. c. qm̃ frequter in fi. ex̃ vt lite non ꝯtestata, in antiqs.

SVMMARIVM

1 Concludere ꝛ renunciare põt ꝓcurator absqꝫ speciali mãdatõ.
2 Renunciatio in quo differat a conclusione.
3 Exceptio excommunicationis semper opponi potest.
4 Renunciationes an requirant mandatum speciale.
5 Conclusio ꝛ renũciatio facta in causa principali nõ debet extendi ad causam appellationis.

Concludendũ & renunciandum in causa seu causis.

1 ¶ † Istud venit ẽt ex natura mandati ad iudicia, ꝛ cãs in ꝓcuratorio lꝫ non exprimat̃, qꝛ in ordinarijs causis requirit̃ cõclusio, ꝛ renunciatio. in summarijs non. c. auditis, de ꝓcuratoribus. c. cũ dilectus, in princ. de fide instrumen. iuncta cle. sepe de verboꝝ signõne, ꝛ que sit dr̃ia † inter ista. s. inter renunciationẽ, ꝛ conclu-
2 sionem habet̃ ibi. ꝛ in. c. pastoralis in fin. extra de cã possessio. ꝛ proprie, qꝛ conclusio fit per iudicẽ, ꝛ renunciatio fit a partibus dicit Spe. in tit. de renunciationũ. ꝛ conclusio. §. fin. versic. ꝛ vero. Et no. qð eoipso qð allegationibus renunciat̃ eoipso intelligit̃ esse cõclusum, nec admittunt̃ postea allegationes facti, vt in iuribus palleg. nisi euidens rõ moneat iudicẽ, opponit̃ de. d. c.
3 pastoralis, in fi. Sol. fallit in exceptiõe † excõicatiõis que semp

potest

pōt proponi, ⁊ singularis nature. vt. c. pia. de exce. li. vi. Adde quod except. excōicationis renūciari nō pōt. Jo. an. in. c. pia. de excep. vi. in nouella. Alex. sed ⁊ si qs. §. que sententie. si quis cau. ¶ Et voluit Spe. in ti. de renuncia. ⁊ conclusio. §. i. versi. ⁊ scias. de alijs autem renūciationibus que ponunt̄ in instrumētis nihil hic, sed dicite vt in Spe. ti. p̄realleg. ver. ⁊ qm̄. de renūcia. ⁊ dicit ibi spe. qđ tabelliones iuris ignari abutūtur istis re-
4 nunciationibus † ⁊ puto qđ requirunt speciale mandatū. quia sapiunt donationem iuxta ea que habentur. ⁊ vidistis in precedē
5 tibus. Aduertendum est quod renunciatio † ⁊ conclusio in causa principali nō extenditur ad cām appellationis. l. ꝑ hanc. C. đ tēpo. app. ⁊ in Spe. de renuncia. §. i. ver. hic aūt scias. nisi esset tale quid qđ inferret ad cām appellationis. vt est publicatio attestationum. c. fraternitatis. extra de test. ⁊ de testi. eo. titu.

SVMMARIVM

1 Procurator cām tenetur instruere tam in facto q̄ in iure.
2 Renunciatio ⁊ conclusio ad allegationes facti debent referi.
3 Judices supplere debent ea que aduocatis desunt.
4 Aduocatus vel procurator non debet legem falsam vel abrogatam inducere.
5 Aduocatus a quibus sibi cauere debeat.

Allegationes iuris producendum & faciendum.

1 ¶ † Jstud etiam venit in ꝯñam mandati ad causas ⁊ tenetur ꝑcur. instruere cām ⁊ instrui facere, tam in iure q̄ in facto. ꝯtra opponit̄, post renunciationē ⁊ cōclusionē in vltima admittitur. c, auditis. de procur. ergo nec alleg. iur. ergo debuit poni ante predicta, Sol. imo admittūtur allegationes iuris. q꞉ renūcia
2 tio † ⁊ conclusio referunt̄ ad alleg. facti. vt in. d ver. Et scias nisi esset facta assignatio ad ꝓducentes in iure, ⁊ in facto q꞉ illa excludit, ēt alleg. iuris. Sȝ ꝯ nō expedit allegare iura q꞉ iudices
3 † q̄ desunt aduocatis debent supplere. C. vt que desunt aduoc. l. i. Sol. lȝ iudex possit supplere in iure tñ pars per procuratores ⁊ aduocatos suos dȝ iudicare ⁊ rememorare iudici inducendo leges ⁊ allegando argumēta ⁊ exēpla, ⁊ si non hȝ casus expssos inducat similia quātum est possibile. argu. l. non possunt. ff. de legi. Et voluit Spe. in ti. de alleg. ⁊ di. §. nunc videndū. Ca-
4 ueat tñ aduocatus † ⁊ ꝑcurator ne inducat falsam legem, allegationem, vel abrogatam, vel correptā, q꞉ ⁊ ipse qui allegat ⁊ iudex q admittit debēt puniri de falso. l. i. in prin. ⁊ ibi gl. C. de lati. liber. tol. ⁊ C. de veteri iure enu. l. ij. §. has itaqꝫ leges. ⁊ Specu. in tit. de alleg. §. porro. ver. item si aduocatus, ⁊ Spe. in tit. de alleg. §. porro. versi. item si aduocatus, ⁊ in Spec. in ti. đ aduoca. §. vtriusqꝫ. ver. item caueat. ⁊ ibi Spe. ponit multas cau-
5 telas quas dȝ habere aduocatus in allegando. nam † caueat ne irascatur ⁊ vlciscatur. Jtē caueat ne alleget pro modico salario ⁊ reddat scientiā in cōtemptum. Adde no. per doc. ⁊ flo. in. l. si mensor. §. hoc iudicium. ff. si mensor. fal. mo.
¶ Jtem caueat ne accipiat plures causas q̄ possit attendere q꞉ pluribus ⁊c. videat acta. ⁊ nō cōsulat inconsulte siue acta ordinatiua decisiua, ⁊ caueat ne ꝯ scientiā aduocet vel alleget. itē nullatenus prouocet iudicem ad iram. Jtem nec aliquid contra se allegando ⁊ postremo in fine allegationū fortissima argumenta recolligat ⁊ concludat.

SVMMARIVM

1 Procuratori incumbit sententiam proferri ⁊ postulare.
2 Procurator petens ius non dȝ intempestiue concludere.
3 Judex magis deliberare dȝ in sñia diffinitiua q̄ i iterlocutoria.

Sententiam & sententias tā diffinitiuas quám interlocutorias proferri postulandum, & procurandum.

1 ¶ Jsta respiciunt ministeria ꝑcuratoris ⁊ iudicis, procurato-
2 ris in petendo, iudicis in ꝓnunciando. ⁊ caueat ꝑcurator † qñ petit ius ne intēpestiue concludere videat̄ ⁊ allegationibus facti renūciare iudex similiter non acceleret nimis, ne indeliberatam sñiam ꝓferre videatur. c. cū ex literis, extra de in integ. resti. imo breuem ⁊ verā facti contingentiā ⁊ allegatiōes, ⁊ replicationes procuratoris in scriptis faciat sibi dari, vt super ipsis deliberare valeat, ⁊ ita dicit Spec. in ti. de renuncia. §. i. versi.
3 auditis. in fine. ⁊ magis deliberet in diffinitiua † q̄ interlocutoria, q꞉ diffinitiua ruit irreparabile verbum. c. in literis. extra de offi. delega. interlocutoria remanet iterum officium suum cap. cum cessante. extra de appellatio.

SVMMARIVM

1 Procurator non debet sportulas soluere vel promittere sine speciali mandato.
2 Sportule cōiter ⁊ đ iure canonū iudicib' ordinarijs nō đbent̄.
3 Salaria moderata procuratoribus ad causas sunt debita.
4 Procurator seu iudex an possit petere sumptus factos ꝑ examine eundo extra locum.

Sportulas quascunqꝫ soluentes, & promittentes.

1 ¶ † Hec clausula necessaria est in procuratorio, q꞉ alias si solueret vel ꝓmitteret, solueret đ suo nec repeteret, q꞉ regulariter
2 sportule † nō debent̄ iudicibus ordinarijs, nec de iure canonico nec ciuili. l. plebiscito. ff. đ off. p̄esi. ⁊ in. c. cū ab oī. đ vi. ⁊ hone. cle. Adde qđ sportule debent̄ dele. Bar. in auc. offeratur. C. đ lit. ꝯtest. in. ij. col. ver. vlterius q̄ro. sȝ vide car. in. c. statutū insuper. de rescri. in. vj. vbi dicit qđ deleg. pape non debent.
¶ Jmmo inciderent in crimē cōcussionis si acciperent sportulas, vt in Spe. in ti. de salarijs. §. i. ver. sȝ qd si delegatus aliquibus tñ debent̄ sportule ⁊ salaria vt nuntijs, vt in. §. penul. insti. đ act. Jtē actionibus accessoribus. c. statutū. § accessorem. ⁊. §. insuper. extra de rescrip. li. vi. delegatis ēt non habentibus bñfi.
3 vt in. d. c. statutū. §. aduoca. ⁊ ꝑcuratoribus. † in causis debentur salaria moderata. l. i. §. licita. ff. de varijs ⁊ extraor. cogn. nō tñ paciscant̄ de quota quouismō, q꞉ succedit pena ifamie. l. si ꝑ
4 cur. §. i. ff. mādati. Sumptus † aūt quos faciunt ꝑ examine eundo extra locū bñ pñt petere deductis tñ illis sumptibus quos domi fecissent, vt. d. c. statutū. §. insup. ⁊ in Spec. de salari. §. i. ver. itē est obligatus a principe. sȝ nunqd iudex qui possit alias possȝ recipere sportulas pp illas nō solutas possit differe sñias dicite ꝙ per tex. in. l. properandum, in prin. C. de iudi.

SVMMARIVM

1 Judex equitatis cuncta rimari debet.
2 Judex peritiores suis expensis consulere debet.

Suspectos & confidentes dañ.

1 ¶ † Jstud nō est multū necessariū in ꝑcuratoria, q꞉ iudex q assumpsit sibi offiñ iudicādi qđ est onus. l. munerū. §. iudi. ff. đ mu. ⁊ ho. dȝ ipse cūcta rimari ⁊ iudicare, vt in. c. iudicātē. xxx. q. v.
2 ⁊. l. illicitas. §. veritas. ff. đ of. p̄es. † Et si velit cōsulere consulat suis expēsis ex quo ꝓfessus est se eē peritū, acceptādo offiñ ⁊ si hi iputet. ⁊ iō Spe. in ti. de requi. ꝯsi. §. i. si vero reprobat consuetudinem Jtalie, sm̄ q̄ dantur suspecti, ⁊ confidentes ⁊ iudices se exonerant, q꞉ veniunt plerumqꝫ multa pericula ⁊ est tex. in. c. ad nostram. extra de consue. consentientibus bñ capit accessorem, sȝ caueat ne colludat in. d. §. accessorem. ⁊ sequenti.

SVMMARIVM

1 Procurator litis ⁊ instantie absqꝫ speciali mandato si oportuerit tenetur appellare.
2 Procurator qui non appellauit cū deberet ad interesse tenet̄.
3 Applło a diffinitiua in quo differat ab ea q̄ ē ab iterlocutoria.
4 Probatio cārū offerri debet vt euitent̄ expense probationū.

A sententijs predictis & quolibet grauamine appellandum.

1 ¶ † Jstud respicit ꝑ sñiam latā ⁊ non est ꝓpea multuȝ necessariū, q꞉ procurator litis ⁊ instantie, ēt sine hac expressione appellare tenet̄. l. inuitus. ⁊. l. ita demū. C. de procu. ⁊. c. pe. eod. titu.
2 adeo ꝙ † ⁊ non appellauerit, vbi appellare expediat tenetur ad interesse. l. liberto. §. fi. ff. de ne. ge. ⁊ in. c. nō iniuste. extra de ꝓcu. Et voluit Spe. in tit. de ap. §. i. versi. breuiter aūt nec facile pōt excusari, vt in iuribus p̄realle. ⁊ tñ dr̄ia est inter app. a dif-
3 finitiua ⁊ appella. † ab interlocutoria, q꞉ appellatio a diffinitiua nō reqr̄it magnas expēsas, sȝ sufficit latas sñias statim dicere verbo. ego appello. si ex interuallo iudice nō extra tribunal existente, expedit tunc appellare in scriptis ī. x. dies. ⁊ compu-

tatur tempus de momento ad momentum.c.biduū.ij.q.vj.et.l.ij.§.biduū.ff.qñ ap.sit.et in auc.hodie.C.de re iudi.in appellationibus aūt ab interlocutoria reqrit expressio cause in scriptis. et tales cāe q si vere fore detegent appellationē eē iustā et dēnt eē iste cāe expresse in iure vel similes.c.vt dilectus.de ap.cle.appellanti.eo.ti.p q cle.pz non posse pseq aliā cām q expssam.

4 †Et tribuo vobis vnā cautelā ad exonerandū partē vestrā ab expēsis pbationū qd offerat pbatio cārum, et non admissa eo ipso iustificatur appellatio corā iudice ad quē sine alia probatiōe c.interposita vbi est casus.extra de appel.lib.vi. qd consilium est q deferatur causa instructa ad iudicem ad quem.

SVMMARIVM

1 Procurator de nullitate potest dicere absq speciali super hoc iniunctione.
2 Nullitas cum appellatione cumulari potest.

De nullitate dicendum.

1 ¶ †Istud ēt pōt pcurator sine alia specificatione, q2 pcedūt a pari nullitas et appellatio maxie si sit dubiū, vt in.l.si expssim.ff. de ap.et cōsulo cumulari nullitatē †cū appellatione qd pmittit vt.d.l.si expressim.ff.d ap.q2 multis ex causis obtinetur reuocatio snie a nullitate, q nō fit ab iniqtate snie,vt voluit Spe.in ti. de sen.pla.§.iuxta pposita.nec ob.si dicat est ɔdictio q2 rñdet pp dubiū sustinet hmōi ɔdictio et cumulatio,vt.d.l.si expressim facit qd hr in simili in.c.abbate.extra de re iud.li.vi.et in rub. ff.de rei ven sa.optime in simi.l.in bello.§.si qs forte.ff.de cap.
2

SVMMARIVM

1 Procurator šm tps a iure prefixum aplos impetrare dz.
2 Procurator apostolorum verba attendere debet.
3 Appellatio deserta remanet si tpa apostolorz fuerint seruata.
4 Apostolorum species quot sint.
5 Religiosis a suorum prelatorum correctione appellantibus datur carcer apostolorum vice.

Apostolos & literas dimissorias impetrandum.

1 ¶ †Ad istd ēt astringit pcurator, et iuxta tps iuris qd ex.xxx. dierū.c.ab eo.extra de ap.lib.vi. Aduertat diligenter pcurator†verba aplorū et assignationes ipsorū ne incidat in cle. qnis rigor.de appel.q2 malitiosi iudices ɔsueuerunt ad eludēdas appellationes, et cōcludendas apostolantes plura tpa in aposto. in rñsione eorū apponere in hac forma.q quidē appellationem admittimus,si et inquantū siue dicat nō admittim⁹,nisi si et inqtū etc.nō refert,q2 sp deuoluit ad superiorē.c.nō solū.de ap.lib. vi.et.c.cū appellationibus.eo.li.statuentes terminū vnius mensis, et diē vltimā dicti mēsis, et horā ad introducēdum suā appellationē corā iudice ad quē, et certificādū d dicta itroductiōe iudicē a quo terminū alterius mēsis etc.†Nā si ista tpa aplorz fuerint seruata appellatio remanet deserta vt.d.cle.quamuis. Adde qd ēt si nō petant apostoli appellatio remanet deserta. l.eos.§.aplos.et ibi Bar.C.de ap.Inno.i.c.i.d ap.bal.i mar. aplo.ver.ix. ¶ Itē aduertēdū q quatuor sunt spēs apostoloz †seu literarū.prima est dimissoriarū et hec conseruat manū iudicis a quo.adeo q nō pōt quouis mō pcedere in cā ēt si appellatio eēt friuola c.cū appellationibus friuolis,extra de ap.lib. vi.Scda spēs est apostolorū refutatoriorū per quos refutatur appellatio.Et assignat pars ad psequendū.et ista spēs conseruat ptātem iudicis a quo.l.ampliorū.§.in refutatorijs.C. d ap. Tertia spēs est apostolorū reuerentialiū p quos declaratur appellationem non esse admittendā,tñ pp reuerentiam iudicis ad quē admittit, et tradit lras.Quarta spēs est apostolorū tremebūdorū in quorū traditione pcedit ad opus facti assignādo carcerz p apostolis.† Que quarta spēs dat religiosis appellantibus a correctione prelatorū suorū.c.reprehensibilis.extra d ap.et d istis aplis dicite vt in spe.d ap.in tit.de formis app. in.iiij.lib.
2
3
4
5

SVMMARIVM

1 Procurator nō tenet appellationē pseq sine mandato spāli.
2 Appellatia a diffinitiua nō differt ab appellatiōe a grauamie.
3 Procurator falsus vel nō habēs mādatū spāle pōt appellare.

Et in causis appellationis prosequendis.

1 ¶ †Istud est bñ necessariū, q2 lz pcurator teneat appellare.nō tñ tenet pseq.vt in.c.pe.extra de pcu.nec est dria inter appellationē a diffinitiua et appellationē †a grauamine,nisi cā appellationis debeat agitari in loco in quo est appellatum. vt voluit Spe.in tit.de ap.§.i.ver.illud aūt no.Itē aduertendū qd falsus pcurator†vel q nō hz sufficiens mādatū pōt appellare dō modo dñs habeat ratū.j.x.dies post non pōt habere ratū.l.bonorum.ff.rem ra.habe.et ibi hoc voluit Bar.et sentit Specul. in tit.de appel.§.i.versic.porro.
2
3

SVMMARIVM

1 Procurator non tenetur in quocunq loco appellationem prosequi nisi cautum sit.
2 Procurator proficiscens extra locum potest expensas petere.

In quocunq tribunali.

1 ¶ †Istud est cautū ponere, q2 si pcurator acceptauerit pcuratoriū cū ista clausula habebit necesse pseq in quocūq loco appellationū.facit qd habet in cle.i.d pc.†Et est aduertendū q expēsas qñ pficiscit ex locū pt pcurator petē.l.sumpt⁹.ff.d pa. facit q hr i.c.statutum.§.insuper.extra de rescri.lib.vi.casum aūt obuenientem in personam sui vel equi sui non tenetur dominus reficere procur.l.inter causas §.non omnia.ff.mand. facit. l.si vt certo.§.cōmodatū.iij.et.l.in rebus.ff.cōmo.§.pe.
2

SVMMARIVM

1 Procurator non tenetur beneficium restitutionis impetrare absq speciali mandato.
2 Restitutionis in integrum multe sunt cause.

In integrum restitutionis beneficiū ex quacunq causa impetrandum.

1 ¶ †Istud bñ reqrit spāle mādatū.l.illud.§.si tales.ff.d mino.c. corā ex de in inte.rest.et iō dixi ex quacūq cā q2 multe sunt cāe restitutionis†in integrū.vt.l.i.ff.d inte.re.et tñ dubito vtrū reqrat spāle mādatū dōo ad integrū restitutionē petēdū in tali cā. an vero sufficit simpliciter dicere ad in integrū restitutionem. Bar.tz primā opi.in.l.i.C.rem pcur.in inte.resti.ipsum Barto.in.l.filiusfa.ff.de dona.cōis opinio tz oppositum.et cōtra euz est casus in.c.qui ad agendum.§.i.extra de procu. lib.vi.
2

SVMMARIVM

1 Procurator literas absolutorias a sententijs censure impetrare non tenetur absq mandato specialissimo.
2 Sententie censure que dicantur.
3 Contrariorū eadem est ratio seu disciplina.

Cum literis absolutorijs a sententijs censure.

1 ¶ †Istud bene reqrit specialissimū mandatū in quo fit mentio de snia et iudice.et de cā.c.qd de his.extra de sen.excō.in fi.facit qd hr in.c.quē penitet de pe.di.i.et voluit Spe.in tit.de pcu.§.i.ver.xvi.fallit.et ibi dicit Spe.q auditor cui cōmissa est absolutio mādabit psbytero parrochiali excōicati vt eū absoluat. q aūt sint snie censure†hr in.c.querēti.extra de ver.si. nū quid dñs possit excōicari pp cōtumaciā pcuratoris. Spec. in tit.de procu.§.i.ver.xviij.sentit qd ita demū dominus est excōmunicatus si procurator habeat speciale mandatum.vt sit eadem ratio contrariorz†de quo in.c.i.in fi.extra vt li.nō ɔte.
2
3

SVMMARIVM

1 Procurator non pōt supplicare p dño absq spāli mandato.
2 Persona cōiuncta supplicare pōt pro cōiūcta absq mādato.

Supplicantes.

1 ¶ †Istud reqrit spāle mādatū q2 pcurator gñalis nō admittitur ad supplicādū p dño.c.nonnulli.c.dilectus filius.d rescri. et est mirabile qd lz requirat spāle mandatū, nihilominus cōiūcta psona†admittit ad supplicādū p cōiuncta, vt in.d.c.nonnulli.in fi.et aduertendū qd lz cōcedat supplicatio in hmōi īmādato intelligitur in casibus a iure pmissis.puta in illa supplicatione
2

tione q̃ pro appellatione, vt in.l.i.C.de preci.impe.offe.& in.c. quo fit, vt lit.pēdē.& facit.l.si pcurator.ff.de cdi.indebi.&c.

SVMMARIVM

1 Procurator qrelare nō pōt p dño absq; mandato speciali.
2 Actio ad supplementum an contineatur sub mandato spāli.

Querelandum.

1 ¶ Istud ēt reqrit spāle mādatū† sine capiat̃ p restitutione, vt l.si ptor.§.marcellus.ff.d iud.facit qd hr in.c. coram. extra de in inte.resti.& vidistis in precedentibus sine loquamur in querela inofficiosi testi q̃ est odiosissima & in qua reqrit̃ spāle mandatū, q: agitur d detractiōe iniqtatis.l.hoc colore.ff.d inof.test.
2 cū ibi no.s; nunqd cōprehēdat̃ sub isto mandato actio† ad supplemētū.de qua i.l.sancimus.§.repletionē.C.d inof.test.& l. oī mō.putarē qd sic, q: si cōprehēdit̃ qrela, qd est plus, multomagis repletio.nā eius opi.sp fui & suz q etiam remedium agendi ad supplementum sit fauorabile, quia sustinet vltimam volūtatem.l.cum quidam.ff.de lib.& postbu.

SVMMARIVM

1 Procurator non dz accusare absq; speciali iniunctione.
2 Procurator in criminalibus grauibus non admittitur licet bene in leuibus.
3 Procurator cum speciali mandato accusare potest in causa tutoris suspecti.

Ad accusandum.

1 ¶ Istud reqrit spāle mādatū†.l.nō solū.§.i.ff.d pc.Ɔ in causis criminalibus nō admittit̃ pcurator.c.veniens.de accus.c.tue. d pc.& l.pe.§.ad crimē.ff.de pu.iudi.l.reū.C.de pcur.& l.pe.§. ad crimē.ff.de pc.ergo hic frustra ponit̃. Sol.verū est qd i cri
2 minalibus grauibus nō admittit̃ pcurator, † sed in leuibus infra relegationē bene admittit̃.l.i.§.i.ff.de accu.& in cā suspecti
3 tutoris admittit̃ procurator† ad accusandum cū spāli mādato. facit.l.leuia.ff.de accu.& ego alias dubitani & iterum dubito.& attento dicere vnum mirabile qd vbi ex forma statuti pōt procedi ad sniam in criminalibus Ɔ absen̄.qd alias est reprobatū de iure.l.absen̄.C.de penis.ff.de penis.quod tunc admittatur procurator in criminalibus, cogitabitis si posset substineri.

SVMMARIVM

1 Denunciatio que sit & an ad eam admittatur procurator.
2 Denunciatio criminalis quibus permittatur.
